Digitized by Google

C. VIII. 664

כוזרי
LIBER
COSRI

Continens

COLLOQUIUM ſeu DISPUTATIONEM
DE RELIGIONE,

Habitam ante nongentos annos, inter REGEM COSAREORUM, & R. ISAACUM SANGARUM Judæum; Contra PHILOSOPHOS præcipuè è Gentilibus, & Karraitas è Judæis; SYNOPSIN ſimul exhibens THEOLOGIÆ & PHILOSOPHIÆ Judaicæ, variâ & reconditâ eruditione refertam;

Eam collegit, in ordinem redegit, & in LINGUA ARABICA ante quingentos annos deſcripſit R. JEHUDAH LEVITA, Hiſpanus;

Ex Arabica in LINGUAM HEBRÆAM, circa idem tempus, tranſtulit R. JEHUDAH ABEN TYBBON, itidem natione Hiſpanus, Civitate Jerichuntinus.

Nunc, in gratiam Philologiæ, & Linguæ Sacræ cultorum, recenſuit, Latinâ verſione, & Notis illuſtravit

JOHANNES BUXTORFIUS, FIL.

Acceſſerunt; PRÆFATIO, in qua Coſareorum Hiſtoria, & totius Operis ratio & uſus exponitur: DISSERTATIONES aliquot Rabbinicæ: INDICES Locorum Scripturæ & Rerum.

Cum PRIVILEGIO.

BASILEÆ,
Sumptibus AUTHORIS,
Typis GEORGI DECKERI, Acad. Typogr. A. cIↃ IↃc LX.

Sereniſſimo Principi

CAROLO

COMITI PALATINO RHENI, DUCI BAVARIÆ,

ARCHIPALATINATUS ET DIGNITATIS ELECTORALIS HÆREDI,

HOC TEMPORE

ACADEMIÆ HEIDELBERGENSIS RECTORI MAGNIFICENTISSIMO,

DOMINO CLEMENTISSIMO,

Gratiæ Divinæ, Virtutum Heroicarum, & Dignitatum incrementa, à Patre luminum

precatur

JOHANNES BUXTORFIUS,

S. THEOL. ET LING. HEBR. IN ACAD. BASIL. PROFESSOR.

Miraberis, Serenissime Princeps, hominem Exterum & umbraticum, ad prælustre Virtutum & Dignitatum Tuarum faſtigium adeò confidenter adrepere, & munus quoque Exoticum & peregrinum Tibi offerre non dubitare. Non miraberis, ſi cauſas, quæ ad facinus hoc audendum, ei & ſtimulos & animum addiderunt, cle-

menter (quod quâ decet & par eſt humillimâ ſubmiſſione rogat) audire & cognoſcere dignaberis. Triennium eſt, ex quo Sereniſſimus ac Celſiſſimus Princeps ac Dominus, Dominus Pater tuus, CAROLUS LUDOVICUS, Comes Palatinus ad Rhenum, Dux Bavariæ, S. Rom. IMPERII ARCHITHESAURARIUS & ELECTOR; ejusdemque tùm tempors in partibus Rheni, Sueviæ, & Juris Franconici, PROVISOR ET VICARIUS Auguſtiſſimus, pro edendis, tùm Paternis tùm meis Propriis operibus, Privilegium mihi, ſupplicibus literis, juſtis de cauſis petenti, clementiſſimè, ſimul & largiſſimè, ſine cunctatione indulſit. Tam exprompta tanti Principis Gratia unde oriatur, & quorſum ſit referenda, facilè agnovi. Nimirum, quo amore & favore erga Bonarum literarum ſtudia, & harum Cultores feratur; quo zelo eas adjutas, & promotas cupiat; Hebræas quoque & Orientales Muſas ſibi in deliciis eſſe, palàm teſtatum facere voluit Princeps Sapientiſſimus. In his me aliquid vel noſſe, vel poſſe, vel conari ſaltem, ab aliis fortè liberaliùs perſuaſus, ignoto etiam, & immerito Gratiam ſuam non denegandam, cenſuit. Ab eo tempore quoties præſigni hoc Clypeo edita mea ſcripta munivi & colluſtravi, toties animum meum morſu quodam compunctum ſenſi, de ingrata tanti Beneficii diſſimulatione. Novi equidem, ut Deo, ita viris Principibus, pro Gratiis collatis condignas gratias nec agi, nec referri poſſe. Hîc verò cum debitoribus, ſi non optimis, ſaltem non omninò peſſimis, proxima eſt arripienda tabula, Beneficiorum acceptorum grata memoria, ac ingenua & ſyncera Debiti Confeſſio, quam *Optimam Beneficiorum cuſtodem*, dixit Chryſoſtomus. Hanc, quam maximo Parenti Tuo debere me agnoſco, apud Te, Princeps Auguſtiſſime, publicâ hac ſyngraphâ edere & profiteri volui, ratus, nec Serenitati ejus ingratam fore hanc meam apud tam charum Pignus depoſitionem, nec, quæ innata Tibi eſt gentilitia Comitas & Benignitas,

nignitas,gravatim Te Interpretis & Interceſſoris munus ſuſcepturum. Prolectavit me huc,præter Natalium ſplendorem, Majorum imagines,Dignitates hæreditarias, quibus fulges; publica jam longè lateque ſe diſpergens fama, de præclariſſima Tua Indole, Pietate, Virtute,& pulcherrimis auſis, quæ vernante hac ætate,ſupra ætatem,non duntaxat aggrederis, ſed & exequeris,ut omnium oculos, ora, & corda, in Tui admirationem & amorem convertas. Quod Sol inter aſtra eſt huic Univerſo, id rectè Princeps dicitur eſſe ſuis terris & populis. Sol lumine & radiis ſuis tenebras diſcutit,diem & ſerenitatem adducit,omnia fovet, recreat & fœcundat: Idem ſuis præſtat Princeps,non gemmis, non auro, non purpurâ, non ceris & imaginibus,ſed Sapientiæ lumine. Sapientiam dico,non vel prophanam, vel proletariam & plebejam, ſed ſolidam, in Timore Domini, qui ejus eſt principium, fundatam, & artium ac diſciplinarum, quæ ſalutaria ejus præcepta tradunt, aliarumque præclariſſimarum rerum ſcientiâ firmatam. Hâc inſtructi verè ſunt,quod dicuntur,Principes. Hac Sapientiâ *Joſephus* ad Principatum totius Ægypti fuit evectus: evectus, eandem ſaluberrimis conſiliis rexit & gubernavit. Hanc *David* commendavit Salomoni, ſuo in Regno hæredi & ſucceſſori. Hanc *Salomon* ſtatim in Regni ſui exordio, præ omnibus aliis hujus mundi bonis & opibus, unicè à Deo petiit, &, quia eam petiit, unà cum eâ omnia reliqua eousq; obtinuit, ut nullus inquam inter Reges ei comparandus fuerit: Hanc paſſim, ut omnibus,ita maximè Regibus & Principibus, in Proverbiis ſuis & alibi, ut ſummè neceſſariam & decoram, commendat. Quod idem ſub ejus nomine Auctor libri Sapientiæ,multis elegantiſſimis ſententiis, capite ſeptimo, & aliquot ſequentibus,expreſſit. Sapientia ipſa de cœlo clamat; *Per me regnant Reges, & Principes decernunt juſtitiam, per me Principes dominantur, & omnes Judices terræ.* (*Prov.* 8.15.16.) Hanc, Princeps Florentiſſime, tuam

jam eſſe curam, hæc ſtudia, has delicias, omnes alias laudes, omnem gloriam ſupergreditur. Hoc ſtadium ingreſſus, & inſtar Solis Archipalatinatui exorientis, tanquam Sponſus de thalamo ſuo, cum alacritate & gaudio decurrens, quouſque progreſſus & emenſus ſis, norunt ii, quibus Tu propiùs es notus. Quæ hujus rei ſpecimina, quantâ cum dexteritate, quâ animi præſentiâ, quâ judicii maturitate, in Fidei & Religionis orthodoxæ fundamentis, in Linguis, in Artibus ac diſciplinis, non ſolùm inferioribus, ſed etiam ſuperioribus, & Principem maximè decentibus, Geographicis, Topographicis, & Proſopographicis, in Magnorum & multorum Teſtium præſentia, haud ita nuper, edideris, intra Aulæ illius, in qua res geſta eſt, parietes contineri nec debuit, nec potuit; ſed, ut olim fama Salomonis, ad procul diſſitas & remotiſſimas jam terras & inſulas, pervagatum eſt; ut quem præſentes cum ſtupore viderunt & audiverunt, abſentes etiam mirentur, ſuſpiciant & collaudent. His de cauſis Academiæ Archipalatinæ Præſtites, Sapientiæ arbitri & judices, in conſuetis, ſub ingreſſum currentis hujus Anni, ſuis Comitiis, ſupremi in ea Magiſtratus, RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI Dignitatem, non tantùm jure Dominii ad Te ſpectare, ſed, citra ætatis prætextatæ conſiderationem, calculis ſuis in Te magno cum applauſu conjectis, meritis Tuis, Sapientiæ Tuæ, deberi, omnibus palàm facere voluerunt. Joſepho, ætate juveni, cùm jubente Rege Pharaone totius Ægypti Gubernator & Prorex deſignaretur, & pomposè circumveheretur, acclamatum ab omni populo fuiſſe legimus, אברך *Afrech* (Gen. 41. 43.) Hebræi quidam circa hujus vocis etymologiam ludentes, ſcribunt, eam ex duabus eſſe compoſitam, *Af* Pater, & *Rech*, Tener; ut eâ ſignificatum ſit, illi, quamvis *Annis* & ætate *tenero*, ſed *Sapientia Patri & adulto*, meritò hos honores collatos. Talis *Afrech* Tu meritò vocaberis, Princeps Inclyte. Gloriantur Hebræi noſtri in ſuo Talmude,

de, de quodam *Rabi Elieſare, filio Aſariæ*, & de alio *Rabba bar Nachmane*, de quibus miraculi quaſi loco referunt, quòd decimo octavo ætatis anno, ob ſummam eruditionem & Sapientiam, ad Academiæ Rectoratum evecti fuerint. Majori jure gloriabitur Academia Heidelbergenſis, quòd Princeps Novennis, maximo cum applauſu hanc dignitatem ſibi vindicarit. Hoc nomine ovantes & læti gratulantur Maximo Progenitori, gratulantur Tibi, gratulantur Sibi, gratulantur toti Electorali Palatinatui; Aula, Academia, Eccleſia, Populus, & Orbis Reformatus Univerſus. De quibus gratulantur, ex iisdem, veluti indubitatis Bonæ ſpei ſignis, felicia & fauſta quæq; de futuro ſibi pollicentur, & ominantur: quod ominantur, id ut Deus velit eſſe ratum, firmum, perpetuum, & ſpe ſuâ majus, ductis ab imo pectore ſuſpiriis, devotè vovent: quod vovent, ſupplicibus & ardentibus à Deo Precibus flagitant & contendunt. Inter has gratulantium, ovantium, voventium, ſupplicantium voces, ut hanc quoq; meam, ex hoc Helvetiæ reformatæ Athenæo, non dedigneris, ſed clementer admittas, & gratam Tibi eſſe patiaris; quæq; mea eſt, eandem eſſe hîc Baſileæ omnium bonorum mentem & vocem, ut perſuaſiſſimum habeas, quàm poſſum demiſsè & humillimè rogo.

Neque mihi verendum valdè eſſe arbitror, ne ingratum Tibi ſit Munus peregrinum & tenue, quod ad Tuæ Seren. ſolium adfero, & Splendidiſſimo Tuo Nomini conſecratum eo. Antiqui moris eſt, ut in Cultus, Honoris, Obſequii, & Submiſſionis teſtimonium ac pignus, præter alia, de Terræ quisque ſuæ Fructibus, Proventibus, vel rebus alioquin alibi rarioribus, munera ad exteros mittat vel adducat. Jacobus, filiis ſuis in Aegyptum ad frumentum comparandum profecturis, mandat, ut demulcẽdo Joſepho, adhuc tùm ipſis ignoto, munus afferant de optimis fructibus terræ ſuæ, (*Geneſ.* 43. 11.) Joſephus viciſſim Patri ſuo ex Aegypto munera

nera mittit de præſtantiſſimis bonis illius terræ (*Geneſ.* 45. 23.) Regina Sabæ, Salomoni gratulatura, & Sapientiam ejus coràm auditura, honoris causâ offert aromata, aurum & lapides pretioſos; quorum terra illius erat ferax, (1. *Reg.* 10.) Magi, primitiæ gentium in Evangelio, Chriſto recens nato offerunt aurum, thus & myrrham, quæ ex ſuis regionibus detulerunt.

Ego à multis abhinc annis Palæſtinæ ſeu Judææ oras perrerans, ejusque adyta & abdita perquirens, quid aliud inde efferre poſſum, quàm quæ ea habet, & ſuppeditare poteſt? Eſt illa quidem ſpatiis & terminis non uſque adeò ampla, ſed cujus anguſtiam, & Cæli benignitas, & Soli fertilitas, & præcipuè peculiaris Dei favor & præſentia, ubertim olim compenſarunt. Commendatur ab Hebræis à ſingulari aëris temperie, qui non ſolùm corporibus ſalubritatem adferat, ſed & animo ad ſapientiam gignendam conducat: Commendatur in Sacris literis à Frugum, & Fructuum omnis generis, tum bonitate & præſtantia, tum ubertate & copiâ; unde *Terra lacte & melle fluens*, frequenter appellatur: Commendatur à lingua, quam habuerunt, uti antiquiſſimâ & omnium primâ, ſic nobiliſſimâ & perfectiſſimâ. Commendatur inde, quòd eam Deus, præ reliquis terris omnibus, populo ſuo, quem elegerat, inhabitandam dare voluerit; Commendatiſſima eſt ex eo, quòd Deus in eadem ſæpe apparuerit, imò Urbem peculiarem ſibi elegerit; in hac urbe Domum; in Domo ἀμᾶει & conclave peculiare; in Conclavi illo Arcam anguſtam; in Arca vix unius ſpithamæ ſpatium; ubi Ipſemet habitaret, ubi populo ſuo audientiam faceret, & reſponſa daret; Deus, inquam, ille, quem nec Cæli cælorum, nedum Terra univerſa capiat & comprehendat. Hinc allatum, quid eſt, quantillum id ſit, quod non rarum, non carum haberi debeat! Novimus equidem, felicitatis & gloriæ illius priſtinæ faciem in quamplurimis hodiè eſſe mutatam & deformatam; attamen paſſim adhuc veterum muro-

rum

rum rudera & veſtigia quædam à curioſo & ſagaci ſcrutatore licet deprehendere.

Tale eſt quod inde effero & offero monumentum literarium. Commendat ſe illud ab Antiquitate, Argumento, & Vario quo contextum eſt opere & artificio. *Originem* ſuam primam, ſi vera Hebræi nobis narrant, arceſſit à nono; Lucis uſuram à quinto retrò ſæculo. *Argumentum* continet illuſtre & grave, de Vera Religione, & Cultu Deo grato ac placente: *Actores* & colloquutores ſunt, Rex quidam gentilis Thogarmeus, à Populo & agnitione Dei alienus, & Doctus quidam Rabbinus Judæus, qui Regi illi ſuam, quam profitebatur, Religionem, probat, & tandem comprobat, eumque, unà cum ejus populo, Proſelytum efficit: *Modus tractandi* is eſt, ut præter jucundum dialogiſmum, ſingulari arte, maxima rerum & materiarum rararum varietas ei ſit admixta & hinc inde ſparſa, quæ Lectorem & juvare & delectare poteſt. Quæ omnia, ut & ea, quæ à me in Latium illud traducendo, ſunt præſtita, ne Serenitati Tuæ prolixiori alloquio faſtidioſus fiam, ſequenti ad Lectorem Præfatione fuſiùs explicare conſultum duxi.

Ut verò omni ferè malogranato quædam putria inſunt grana: ita non negandum, hic quoque nonnulla eſſe, quæ nativum veteris Cananææ ſaporem perdiderunt, & recentem Judaiſmum redolent. Quid verò in his agendum? Quæ ſalubria ſunt & integra, eligenda, cætera linquenda & rejicienda. Ut nihil humani in hoc mundo tam eſt bonum, quod non mali aliquid, nihil tam malum, quod non boni quid admixtum habet: ita & hîc eſt comparatum. Neque Ethnicorum ſcripta, quæ nihil aut parum ad Sacrarum literarum illuſtrationem conferunt, multa autem vel illis, vel bonis moribus, contraria ſæpè habent, ideò ex noſtris Scholis exterminantur, ſed propter alias virtutes & uſus re-

)(

tinentur. Quidni idem juris habeant ſcripta Hebræorum, quæ ſubinde aliquid ad ulteriorem rerum ſacrarum cognitionem ſuggerunt? Itaque neque hunc obicem mihi extimescendum puto, ut minus acceptum Tibi oblatum munus reddat. Et cùm omnes alias à Sereniſſimo Patre Tuo Virtutes habeas hæreditarias, non dubito, quin inter eas & hæc ſit, ut quæ vel Antiquitatem vel Raritatem oſtentant, vel Orientis notas & characteres habent, Tibi chara ſint & jucunda. Pro generoſo hoc tuo affectu, ut præſens quoque nec prorſus invenuſtum, nec incelebre Antiquitatis Judaicæ monumentum, è ſcriniis meis depromptum, operâ meâ à ſitu & rubigine quà pote nonnihil vindicatum, & T. Seren. in perpetui Cultûs, & debiti Obſequii pignus, quâ decet & par eſt veneratione, oblatum, Gratioſiſſimo vultu accipias, ejusque obſcuritatem à fulgentiſſimi Nominis Tui Splendore, radiis aliquibus ulteriùs illuſtrari, clementer digneris, quantâ poſſum animi demiſſione obſequioſè contendo. Id ubi intellexero, maximum laborum meorum fructum me conſecutum meritò arbitrabor, & ad reliqua, quæ, Deo mihi porrò vires & vitam prorogante, meditor, alacriori animo abſolvenda, exſtimulabor. Quod ſupereſt, Princeps Auguſtiſſime, Deum Ter. Opt. Max. veneror, ut Annis Tuis annos, diebus dies, in longa usque addat ſæcula, cum his Heroicas illas dotes & virtutes, quas Spiritus ſui gratiâ in Te excitavit, adaugeat, conatus omnes laudatisſimos lætis ſucceſſibus fortunet, actiones generoſas dirigat & ſecundet; & ſerò, poſt glorioſè & feliciter completam omnium de Te Spem & exſpectationem in his terris, immarceſcibili illâ æternæ beatitudinis Coronâ in Cælo, cingat & ornet, per Jeſum Chriſtum Dominum ac Servatorem noſtrum, Amen! Dab. Baſileæ d. 18 Auguſti,

Anno M. DC LX.

Ad
Virum Venerab. & Excellentiſſimum
DN. D. JOHANNEM BUXTORFIUM
SS. THEOL. ET LING. HEBR. PROFESS.
LIBRUM COSRI
LATINA VERSIONE, ET NOTIS ILLUSTRANTEM.
Epigramma.

Quisquis in humanos totum ſe eviſcerat uſus,
Et ſibi nil proprium, quod capit, eſſe cupit.
Hic micat ô! magni dignisſima portio Mundi,
Hic bene ſe natum, nec ſine fruge, probat.
Cœlum mente refert, illiq́ eſt proximus aſtro,
Quod ſua per totam lumina vulgat humum.
Quodq́ omnem, quâ luce nitet, quoque prodigit omnem;
Et fax eſt tenebris publica Munde tuis.
Hâc mercede locat, BUXTORFI, Maxime rerum,
Fama tuum cœlo Solſtitiale caput:
Quidquid in Hebræas poſſunt tua Numina Muſas,
Pandis, & in quodvis præcipis ire ſolum.
Nec ceſſare poteſt tuus en. labor inclytus, iſthic
Poſt clara Ingenii tot monumenta tui,
COSRAEUM monſtras Latiali veſte decorum,
Atque doces Perſam cum Cicerone loqui.
Ardua res, cedroq́ omni dignisſimus auſus,
Cui priſca haud poterant ſecula ferre parem:
Philologûm ſupremus Apex, BUXTORFIUS, iſtud
Attigit, & facili Marte peregit opus.

M. J. J. HOFMANN.
S. M. C.

PRAEFATIO
AD LECTOREM.

Cùm ſuperiori ſæculo Linguarum ſtudium renaſceretur, qui tam felici partui in lucem producendo obſtetricantes manus attulerunt, & tenero fœtui fovendo atq; corroborando omnem ſuam artem & curam contulerunt, non tantùm hoc egerunt, ut Linguarum illarum addiſcendarum novas Præceptiones & commoda quævis ſubſidia pararent, & procuderent, ſed & optimos Authores quosq;, ſuâ linguâ loquentes, è ſitu & tenebris, quibus longo temporis tractu ſqualidi & otioſi diteſcebant, produxerunt & Orbi literato communicârunt. Sentiebant nimirum præclaræ & magnæ illæ animæ, Linguarum ſtudium Præceptis nonniſi inchoari, Uſu demùm perfici, neq; tàm in Theoria, quàm in Praxi conſiſtere, & eò ſervire debere, ut quæ in cujusq; linguæ ſelectiſsimis Scriptoribus laterent ſeu myſteria & arcana, ſeu utilia ad Veritatem cognoſcendam, ad Virtutem & Pietatem in animis hominum excitandam, ad Artes & diſciplinas quaſcunq; ſolidiùs & perfectiùs tradendas, ad Hiſtoriam illuſtrandam, præcepta, dogmata, monita, ex illis eruantur & cognoſcantur. Hinc Sacroſanctorum utriusq; Teſtamenti Codicum, hinc veterum Eccleſiæ Chriſtianæ Patrum & Scriptorum Eccleſiaſticorum, hinc Philoſophorum, Poëtarum, Oratorum, Hiſtoricornm, Medicorum, & aliorum antiquorum boni commatis Authorum, novæ, nitidæ, & caſtigatæ Editiones prognatæ, Verſionum commodarum veſtitu amictæ, & eruditarum Notarum acceſsione ornatæ ac locupletatæ, in lucem prodierunt. Fructu ſuo non caruiſſe improbos hos labores, quos hujus rei causâ eximii Viri ſubierunt, experientia locuples rerum teſtis abundè docuit. Ab eo enim tempore, quantum, diſcuſsis variorum errorum tenebris, Cæleſti veritati lucis; profligatis ſuperſtitiombus Divino cultui puritatis; quantum pulsâ procul fœdâ barbarie, bonis Literis, Diſciplinis, & Artibus, cultûs & ornatûs acceſſerit, notius

eſt, quàm ut hîc prolixiùs ſit dicendum & docendum. Quamvis autem hac in parte feliciori & facundiori fato uſæ fuerint literæ Græcæ & Latinæ; non defuerunt tamen, qui Hebraicis quoq; excolendis & promovendis ſubinde aliquid hujus generis conferrent. Sic Sebaſtianus Munſterus, *primùm Heydelbergenſis, pòſt Baſileenſis Academiæ lumen magnum, præter ſua propria ſcripta, varios libellos Grammaticales Eliæ Levitæ, Moſis Kimchii, Logicam R. Simeonis, Aſtronomiam R. Abrahami bar Chiiæ, Arithmeticam R. Eliæ Orientalis, Calendarium Hebraicum, Joſephum Gorionidis filium, Commentarios quosdam Hebræorum, edidit, & ex parte, ſuâ Verſione & Notis illuſtravit; quibus magnam apud* φιλεβραίες *gratiam inivit.* Iſaac Levita *dedit Phyſicam Hebræam cum Verſione Latina. Venetiis, in Italia, celebris ille Typographus,* Daniel Bombergus, *primus Biblia Hebraica cum Targum ſeu Paraphraſi Chaldaica, Maſorâ, & variis Hebræorum Commentariis, non tàm pro Judæis, quàm Judæorum operâ, in Chriſtianorum uſum, magnâ curâ, magnisq; ſumptibus evulgavit; unàcum plurimis aliis Hebræorum monumentis.* Paulus Ricius *librum Jezîrah, & Schâare ora, & quædam ex Talmude Latinè verſa dedit.* Gilbertus Genebrardus *Chronologiam Hebræorum.* Johannes Mercerus *in Commentariis quibusdam Rabbinorum in Prophetas, cum aliis quibusdam, Latinâ civitate donandis, liberaliter ſuam ſymbolam contulit. Hoc noſtro ſæculo etiam complures paſſim extiterunt, qui provinciam iſtam occuparunt, & in hoc opere laudatiſſimè deſudarunt, quorum Nomina pariter & Opera Viris doctis, & diſcendi avidis nota ſunt & commendata.*

Ad horum exemplum ego quoq; ante hos triginta annos celeberrimi inter Hebræos ſcriptoris, Rabbi Moſis Majemonidis librum, Môre nevóchim, *ſeu* Doctor Perplexorum, *dictum, novâ verſione Latinâ donatum, publicavi: neq; hactenus fuit cur operæ illius tùm ſuſceptæ me pœniteret; niſi quòd publicis temporum illorum calamitatibus deterritus, de Textu ſimul Hebræo addendo minus ſollicitus fuerim, quod pleriq; deſiderarunt. Continet ille multa præclara, de Deo, ejusq; Nominibus & Attributis, de Creatione, de Providentia, de Angelis, de Prophetia, de Lege Dei, ac Præceptorum Moſaicorum rationibus & fundamentis, aliisq;, de quibus profundè & eruditè ex Scriptura & ſanâ ratione differit, & contra Græcorum & Arabum Philoſophos diſputat.*

Ejusdem fere generis eſt præſens, quem nunc in lucem edimus, Liber, Coſri, *vel,* Cuſri, *inſcriptus. Ad ejus primò lectionem, poſtmodum etiam recenſionem & interpretationem, incitavit me tùm Argumenti præſtantia & dignitas, tum Authoris & Scripti ipſius inter Hebræos fama & celebritas, uti jam audiemus.*

Argumentum *ejus eſt,* Inquiſitio de vera Religione, veroq; Dei cultu. *Introduci-*

Introducitur Rex quidam Coſar gentilis, in ſuâ quam habebat Religione, & Dei, qualem ille ſibi fingebat, cultu devotus & aſſiduus, in ſomnio à Deo monitus, intentionem quidem ejus Deo eſſe gratam, opera verò ejus non item. Divinum hocce monitum cùm ſæpiùs ipſi iteraretur, de Actione, modoq; Deum colendi, qui ipſi gratus eſſet, ſerias cogitationes animo verſat. Hujus rei causâ primò ad ſe advocat Philoſophum, eumq; quid ipſe de Deo crederet & ſentiret, interrogat & audit. Cùm hic ipſi non ſatisfaceret, Chriſtianum accerſit, & eum, quæ ipſius fidei & religionis ſumma ſit, audit. Cùm nec iſte ad ſuum guſtum ei reſponderet, Iſmaëlitam quoq; ſapientem conſulit. Sed nec hujus placita Rex approbare potuit. Itaq;, quia tùm Chriſtianus tùm Judæus in ſua fidei confeſſione, quam edebant, Iſraëlitarum mentionem feciſſent, conſtituit Judæum ſeu Iſraëlitam etiam aliquem ſapientem audire. Hic cùm itidem ſuæ fidei Summam ipſi expoſuiſſet, & ille cæteris melius ei placuiſſet, in ulterius Colloquium cum eo digreſſus eſt, & tandem permotus, ut & ipſe Religionem Judaicam amplexus fuerit, & populo quoq; ſuo eandem perſuaſerit. Hiſtoria refertur contigiſſe ante nongentos annos. Habentur hæc fuſiùs parte primâ, à §.1. uſq; ad 15. & parte 2. §.1. unde peti poſſunt.

Quod ad Authorem attinet, dubitatur, Utrum à Judæo illo ipſo, qui cum Rege colloquutus dicitur, primitùs monumentis mandatum, & ex ejus commentariis deinde in alias linguas, Arabicam videlicet, & Hebræam, translatum ſit hoc Colloquium! De eo, qui primus linguâ Arabicâ illud edidit & publicavit, nemo hactenus dubitavit. Eſt ille R. JEHUDAH HALLEVI, Hiſpanus, qui floruit circa annum Mundi, ſecundum ſupputationem Judaicam, 4900. ut vult Author Chronici Tzémach David, hoc eſt, ut nos numeramus, à nato Chriſto 1140. Σύγχρονος fuit R. Abrahamo Aben Eſra, qui paulò pòſt florére cœpit. Patet id ex eo quòd Aben Eſra ejus mentionem faciat Exo. cap. 20. ubi ſcribit, שאלני ר׳ יהודה הלוי מנוחתו כבוד Quæſivit ex me R. Jehúdah Hallevi, cujus requies ſit glorioſa. Quidam volunt, illum fuiſſe ſocerum Aben Eſræ. Sic ſcribit Abarbenel, Comment. in Legem, fol. 338. col. 4. שהיה חותנו אבי אשתו של הראבע quòd fuerit חותן hoc eſt, pater uxoris Aben Eſræ. Sic R. Aſarias in Meor enájim cap. 42. Author libri Júchaſin, mihi fol. 130. col. 2. ſcribit, fuiſſe duorum ſororum filios. Prius tamen pleriq; malunt. Quomodo filiâ ejus potitus, & gener ejus factus ſit Aben Eſra, prolixè narratur in Schalſchéleth. Quicquid ſit, coætanei fuerunt, aliquanto tamen ætate ſuperior R. Jehudah Hallevi. Et hoc ordine illorum mentionem facit R. Abraham ben Dior, in fine Cabalæ ſuæ Hiſtoricæ, qui itidem temporibus illorum vixit & ſcripſit. In utraq; editione vocatur R. Jehudah ben שאול filius Saulis Hallévi; ſed in ספר הקבלה,

modò citato Ben Schemuel Hallevi. *Sic quoq; à Muſcato in Præfatione, & R. Gedalia in Schalſchéleth hakkabbálah. In his autem error videtur irrepſiſſe. Nā Samuel Hallevi fuit hujus R. Jehudæ filius, & floruit tempore Majemonidis: Celebratur inde, quòd non ſolùm fuerit inſignis Theologus & Philoſophus, ſed &* פייטן *Poëta eximius. Hinc R. Jedájah filius R. Abraham Anbonet Badreſchi de eo ſcribit:* ור׳ יהודה הלוי מתפאר בענייני החכמות בתהלותיו ופיוטיו הנפלאים וממנו עוד אצלנו ספר הכוזר כפי מה שקבלנו הפליג לחקור ולבאר בסתרי התורה והנבואות על צד הסכמת הדת והמושכל ככל כחו יותר מכל אשר היו לפניו *h.e.* R. Jehúda Hallévi eximium ſe oſtendit in omnibus artibus ac diſciplinis, in Hymnis & Poëmatis ſuis admirandis. Habemus ab eo librum Coſar, uti traditione accepimus: in explicandis arcanis Legis & Prophetarum, juxta Scripturam & Intellectum, omnes qui ipſum præceſſerunt ſuperavit. *R. Aſarias in Meor enájim cap. 36. ſcribit,* שהוא מלא ברכת יי׳ בדעות אמתיות אשר כל היהודי נאמן בבריתו יאות לו ללמדו לעצמו ולבקש שיכתב על לוח לב כל אדם מבניו ותלמידיו עם צווי ואזהרה השמר לך פן תעזוב את הלוי וגו׳ quòd hic liber ſit plenus benedictione Domini circa veritatem dogmatum ſciendorum, dignusque quem omnes Judæi in fœdere ſuo (*h.e. in Religione ſuâ*) fideles tùm ipſimet diſcant, tùm operam dent, ut omnes ipſorum filii & diſcipuli tabulæ cordis ſui inſcribant, cum hac admonitione & præceptione; *Cave tibi ne derelinquas Levitam* (ſicut ſc. Moſes dicit Deut. 12.19.). *In Capitulis R. Barachielis cap. 2.* דברי הרמבם הם קרובים אל האמת יותר מן השקר ודברי הרלבג קרובים אל השקר יותר מן האמת ודברי הר׳ יהודה הלוי כולם אמת: *h.e.* Verba R. Moſis Majemónidis magis accedunt ad veritatem quàm ad falſitatem: verba R. Levi ben Gerſon propiùs accedunt ad falſitatem, quàm ad veritatem: ſed verba R. Jehudæ Levitæ omnia ſunt vera. In Schalſchelet Hakkabbálah fol. 39. col. 2. רבינו יהודה הלוי היה בדור הזה חכם גדול ומדקדק ומשורר ובכל המושכלות Hoc ſæculo fuit R. Jehúda Hallévi, magnus Philoſophus, Grammaticus, Poëta, & in omni ſcibili. *Idem ſcribit, illum anno ætatis quinquageſimo in terram ſanctam profectum eſſe, & accepiſſe ſe à quodam ſene, quòd ad portas urbis Hieroſolymæ perveniens, veſtes ſuas dilacerarit, & humi repens digitis pedum innixus ingreſſus ſit, ut impleret id quod Pſalmo 102. 15. ſcriptum eſt;* Quia delectantur ſervi tui lapidibus ejus, & pulveri ipſius gratiam faciunt (*confer Auth. parte 5. §. 27.*)*: dum ita incederet, ab Iſmaëlita quodam maligno equo oppreſſum & conculcatum occubuiſſe.*

Num verò hic R. Jehúdah Hallévi rei geſtæ, & antea jam ſeu in

chartis

chartis disjectis confusè deſcriptæ, collector, ſeu in libro jam digeſtæ, translator tantùm; an verò primus author & inventor fuerit? *de eo diverſa ſunt ſententiæ.*

Hic ipſe R. Jehúdah Hallévi, non ſibi, ſed alii cuidam Rabbino, quem tamen non nominat, ſed cognomento הֶחָבֵר *ſeu* Socii *indigitat, primum operis inventum adſcribit, ſtatim ab initio libri §.1. quemq́; quadringentis annis ſe majorem facit, uti patet ex eo quod ſcribit par.1.§.1.& §.47. Hunc inducit cum Rege quodã Coſar (de quo poſtea) de Religione colloquentem, & tandem reſponſis ſuis illum ad Judaicam convertentem. Eum nomine ſuo primus, quod mihi conſtet,* R. Iſaac Sangari, *vocavit R. Schem Tof, ben Schem Tof, in* ספר האמונות *cap.4. ita de eo ſcribens:* כבר קדמני רבי יצחק הסנגרי ז״ל חבר למלך אלכזרי המתגייר על ידי החכם הזה זה כמה שנים בארץ תוגרמה כידוע ממקצת כתבים ׃ והחכם הזה נמצאו תשובותיו וחמודות חכמותיו המורות על חכמתו הגדולה בתורה ובקבלה ובכל חכמות בניינן מפוזרות בלשון ערב והחכם ר׳ יהודה הלוי ז״ל הפייטן הספרדי מצא אותם וחבר ספר מהם בלשון ערב כאשר היו והועתק ללשוננו וכו׳ *h. e.* In his jam præceſſit me Rabbi Iſaac Sangari b.m. familiaris Regis Alcoſri, qui proſelytus Judæus factus eſt operâ ſapientis hujus, multis abhinc annis, in terra Thogarmah, uti ex ſcriptis quibuſdam conſtat. Hujus Sapientis Reſponſiones eximiæ & eruditiſſimæ, de magna ejus peritia in Lege, Kabbala, & omnibus diſciplinis teſtantes, cùm disjectæ & diſperſæ haberentur in lingua Arabica, (*R. Gedalia in Schalſchéleth fol. 39. col.2. pro hoc habet,* הלשון כוזרי *in lingua Coſareâ*) R. Jehuda Hallévi, Poëta Hiſpanus, eas inveniens, in librum redegit linguâ Arabicâ, qui in Linguam noſtram Hebræam deinde eſt translatus. *De hoc* Iſaac Sangari *Judæorum Chronica nihil habent: unde iſte R. Schem Tof hauſerit, non conſtat. Procul dubio ex Traditione aliqua id accepit, vel ſcripto quopiam, quod ad manus noſtras non pervenit. Sic ſcribit R. Jehudah Muſcatus:* לר׳ יהודה הלוי ייוחס החבור ור׳ יצחק הסנגרו הוא אשר יאמר עליו כי הוא זה אשר יסדו וקדש שם שמים בויכוחו R. Jehudæ attribuenda eſt laus compoſitionis hujus ſyntagmatis: ſed R. Iſaac Sangari eſt is, de quo dicendum eſt, quòd ejus fundamenta jecerit, & ſanctificârit Nomen Dei ſuâ Diſputatione. Utrique laus & gratia debetur, ſed cuique ſua *&c. Poſtea prolixè in ejus laudes digreditur.*

R. Aſarias autem in Meór enájim cap. 42. exiſtimat, R. Jehúdam Levitam ſolum eſſe Inventorem & authorem. Quòd duas has perſonas loquentes & diſputantes introducat, ab eo eſſe confictum, ad imitationem Platonis, Ciceronis, qui ſimiles Dialogos conſcripſerunt. Verba ejus ſunt: תדע שעם היות זה ר׳ יהודה

הנזכר מיחס בראשית הספר דבריו כולם לחבר שזכר אין ספק כי הוא היה הממציא
ומחדש את הכל בחכמתו כי רבה ׃ אבל על דרך השרידים אפלטון וטוליאו ודומיהם
השמים בקצת המצאותם דבר דיונגי בפי סוקראט וקטוני או כדומה מן הנודעים
בדורותם ראוים אליו יחס גם הוא את ויכוחיו הקדושים ההם אל חכם קדמון שארע לו
כעין המעשה ההוא אשר לדברי בעל ספר האמונות נקרא ר׳ יצחק הסנגרי כו׳ ׃
h.e. Scito, quòd licet R. Jehúdah attribuat in principio libri verba ſua omnia alii cuidam Cháver ſeu Rabbino; nullum tamen ſit dubium, quin ipſe omnium illorum primus ſit Author, pro ſumma ſuâ, quâ polluit, eruditione. Verùm ad imitationem aliorum eximiorum virorum, Platonis, Tullii, & ſimilium, qui nonnulla ſua opera conſcripſerunt ſub forma duorum colloquentium, iiſque Socratis, Catonis, vel aliorum ſuis temporibus celebrium virorum, nomina adſcripſerunt, quaſi illi ea quæ dicuntur protuliſſent; ipſe quoque ſuam diſputationem ſanctam attribuit antiquo cuidam Rabbino, quaſi cum ipſo tale quid geſtum eſſet, quem R. Schem Tof vult vocatum fuiſſe R. Iſaac Sangari. *Quod par. 1. §. 47. ponit numerum annorum mundi usq, ad ſua tempora, quadringentis annis ſe majorem, dicit factum eſſe ex ficto illo* διαλογισμῷ *duarum perſonarum, quæ ante tot ſecula vixerint. Sic in prima hujus libri editionis titulo inſcribitur*, Liber כוזרי Coſri, חברו בלשון ערבי החכם הגדול אבי כל המשוררים רבי יהודה הלוי הספרדי ז״ל אשר קדש שם שמים בויכוחו הזה וכו׳ quem compoſuit in lingua Arabica R. Jehúdah Hallévi, Hiſpanus, qui Nomen Dei ſanctificavit hac diſputatione. *Quod reprehendit R. Jehudah Muſcatus.*

Sunt etiam, qui exiſtimant duos hujus nominis fuiſſe, quorum primus hanc diſputationem cum Rege Coſar habuerit, alter, ex ipſius nepotibus & poſteris, eam collegerit & publicarit, ut obſervat David Gans, in Tzémach Dávid.

R. Jehudah Muſcatus primæ ſententiæ accedit, & exiſtimat, rem hanc totam revera eſſe geſtam, & Diſputationem iſtam, eo tempore, & ab illis perſonis, ut narratur, fuiſſe habitam; quamvis non neget, variis additamentis eam eſſe à R. Jehudah Levita interpolatam & ſuffertam; ואם איננו כן מה לו למחבר הספר לשקר
בדבורו כי הוא אמר ויהי בראשיתו כאשר נזכר ונודע בספרי כוזר מגלותו סוד חלומו
לשר צבאו וכו׳ ואיך יאמר דבר שסופו להשמע בספרי הקדמוניות ואי אפשר לשמע
להעדר מציאותו ונמצא בזה שם נאמנותו מתחלל ׃ וחזקה לא מרע איניש נפשיה ׃ גם
אריכות דבריו שם בפרטי המאורע עד נאמן על ככה וכו׳ *h.e.* Quod (*inquit*) ſi non ita eſſet, quâ fronte tam audacter mentiri ſuſtinuiſſet Author ab initio ſtatim libri, dicens; *Prout memoria proditum, & notum eſt in libris & Annalibus Coſaræorum; quomodo Rex patefecerit Somnium ſuum Duci ſuo exercitus &c.*

tus &c. (*vide par.*1.*§.*1.*& par.*2.*§.*1.)Quomodo auſus fuiſſet dicere, Rem hanc proditam eſſe in libris Priſcorum, & inde cognoſci, ſi nunquam geſta fuiſſet? Sic certè fidem & authoritatē ſuam labefactaſſet. Non prę-ſumitur autem homo ſponte ſibi malum aliquod conſciſcere. Præterea prolixa & particularis rei hujus geſtæ narratio etiam teſtatur, eam non eſſe fictam *&c. Et mox*; אך את שפתותי אשמור לבל יעבור פי לגזרת אומר שתסולקנה ידי המחבר מלהוסיף מעין המאורעות במקומות רבים אשר מפרסמים לא נוכל להתעלם Attamen labia mea cuſtodiam, ne os meum neget, quædam paſſim à Scriptore libri eſſe addita, quæ ita manifeſta ſunt, ut negari nequeant. *Sic in Comment. par.* 1. *§.*1. *hac authoris verba*; Viſum eſt mihi res illas, prout geſtæ ſunt, deſcribere: Qui ſapientes ſunt, advertent & intelligent, *hoc quoque modo intelligi poſſe, ſcribit*: Sapientes intelligent & agnoſcent quæ in narratione hac de meo addidi, ad meliorem & pleniorem rerum ordinem & explicationem. Quamvis enim ſcribat, ſe narraturum res, *prout geſta ſunt*; id intellexit de ſumma rerum geſtarum, quòd eam ſit deſcripturus eo ordine & modo, quo neceſſitas requiſitura ſit. Non enim exiſtimandum eſt, omnia eo numero, formâ, & menſurâ, vel iiſdem verbis, quibus referuntur, בלי שום תוספת וגרעון ſine ulla additione aut detractione, acta eſſe: רק תמצית עקר הכונה ערוכה בכל ושמורה אצלו על פי הדברים אשר נפלו · חשית עליהם נוספות משלו כפי צורך מקומן ושעתן *h.e.* ſed ſuccus principalis ſcopi & intentionis ubique eſt retentus, juxta ſeriem rerum & verborum quæ tum inter illos inciderunt: quibus R. Jehudah Levita de ſuo paſſim addidit, prout locus & tempus requirebant.

Sic eſt ipſius ſententia. Fieri poteſt, ut tùm temporis, ſeu ex antiquis monumentis vel Arabum, vel aliorum populorum, ſeu ex Traditionibus aliquibus habuerint; atq; etiam chartæ & ſcripta aliqua hoc titulo circumlata fuerint; vix tamen dubitari poteſt, quin Libro huic & forma, & augmentum atq; complementum magnum ab hoc R. Jehuda Levita acceſſerit, atq; inde etiam ipſi ſoli tandem à pleriſq; ſit adſcriptus. In Talmud Sota cap. 1. *ad locum Exod.* 13.*v.*19. Et tulit Moſes oſſa Joſephi ſecum: *& Joſ. cap.*24.*v.*32. Oſſa autem Joſephi, quæ detulerant filii Iſrael ex Ægypto, ſepelierunt in Sichon *&c. quærunt*; *Quomodo in primo loco dicatur* Moſes, *in altero*, Filii Iſraelis detuliſſe ex Ægypto oſſa Joſephi? Reſpondet illic Rabbi Chaninah; כל העושה דבר ולא גמרו ובא אחר וגמרו מעלה עליו הכתוב על שגמרו כאלו עשאו Si quis rem aliquam faciat, ſed non abſolvat, & alius ſuperveniat, qui eam perficiat, tum Scriptura eàm perficienti ita adſcribit, ac ſi ipſe feciſſet

ciſſet eam. Sic idem hoc loco quoq́ contigiſſe poſſit. Nos id in medio, & Lectoris cujusvis arbitrio permittimus.

Interim tamen conſtare ſatis videtur, famâ tùm hujusmodi Regem fuiſſe celebratum, tales etiam populos, qui Coſaræi *vocabantur. Quinam autem illi fuerint! non ſatis liquet. Quid ego hactenus in Hebræorum ſcriptis de his obſervarim, paucis placet hîc apponere.*

Ab initio libri ad §. 1. ſcripſi, me exiſtimare כוזר *eſſe* Coſroes, *Perſicorum olim Regum commune nomen: Muſcati autem ſententiâ eſſe nomen* Terræ, *à qua Rex ille, cujus nomen proprium hîc non exprimitur, denominetur, quaſi dicas,* Rex Coſareus, *vel* Coſareorum. *Atq́ in hanc poſteriorem ſententiam nunc ego magis inclino, ob ea quæ ſequuntur, ſive vera illa ſint, ſive fictitia.*

Joſephus Gorionides ab initio ſuæ Hiſtoriæ attribuit Togarmæ (*Geneſ.* 10. 3.) *decem familias, quæ ab ipſo prodierint:* תוגרמה הם עשר משפחות מהם כוזר ופצינך וכו' Togarma, *inquit*, complectitur decem familias, quæ ſunt, *Coſar vel Cuſar, & Patzinach &c.* ושמות ארצותם על שמותם quorum Terræ nomina ſua ab illis acceperunt. *Hinc pleriq́, qui hujus terræ mentionem faciunt, eam vel Thogarmæ adſcribunt, vel ei confinem faciunt, ut ſuprà R. Schem Tof. Samuel Bochartus in ſuo Phaleg. lib. 3. cap. 15. ad hunc locum notat; Chozar,* Ortelio *Cunſar* perperam, eſt locus ad mare Caſpium, à quo vocatur *Mare Chozar* à Geographo Nubienſi, clim. 5. pag. 7. *Hinc Schindlerus in Lexico Pentaglotto, inter Arabica ponit* ים כוזר *Mare Cuſar.*

R. Abraham bar Chijah, in ſua Sphæra Hebraicâ cap. 7. dividens Terram habitabilem in ſeptem climata, de climate ſexto ita ſcribit: Clima ſextum incipit à termino ſeu extremitate quinti, & extenditur ad 48um gradum à circulo æquatoris, Aquilonem verſus. Ejus dies longiſsima eſt quindecim horarum æqualium, cum dimidia. Principium illius eſt in Oriente à regionibus Gog & Magog, *& Cuſar.* Omnes etiam terræ Græcorum, Romanorum, & magna Conſtantinopolis, ingrediuntur in hoc clima, cum terris פרנציא Franciæ, uſque ad Oceanum occidentalem. *Sebaſt. Munſterus ad hunc locum annotat, ſibi videri,* Terram Chuſar eſſe Scythiam exteriorem.

Rabbi Petachja in ſuo Itinerario hujus quoq́ regionis facit mentionem, eamq́ cum Thogarma conjungit, ſic de ſuo Itinere loquens: Ego inquit, Petachjah profectus Ratisbonâ, veni Pragam: Pragâ in Poloniam: ex Polonia in Ruſſiam: ex Ruſſia ſex dierum itinere progreſſus ultra fluvium נפארה Navaram, vel, Nafaram, veni in Tartariam. *Et poſt quædam de Tartaris interjecta:* Hinc peragravi terram Kedar, ſecundum ejus latitudinem, ſpatio

ſpatio ſedecim dierum, cujus incolæ habitant in tentoriis, & candidos habent oculos, & acrem viſum, ut longisſimè proſpiciant, quia nullum edunt ſal, &c. Terra eorum nullos habet montes. Diurni itineris ſpatio à terra Kedar vena eſt de mari magno, quę diſtinguit inter Tartariam & *terram Cuſar*, ubi Mulieres miſerè & flebiliter diu noctuque lamentari ſolent ſuper morte parentum ſuorum defunctorum; canes etiam ululatum edere. Octo dies conſumpſi in hac terra. In extremitate terræ *Cuſaræorum* ſeptem flumina confluunt. Qui in longè disſitas regiones vult proficiſci eò venit. Sunt illic duo maria diei itinere à ſe invicem diſtantia, quarum unum peſtilentisſimè fœtet, alterum verò non. Si quis mari illi fœtenti ſe committat, ſtatim moritur: Imò ſi ventus ab illo ſpiret verſus alterum, quamplurimi morte abſumuntur. Unde eo ferri oportet, vento non à fœtenti illo mari ſpirante. Hinc venit *Thogarmam (urbem)*, ubi obſervant legem Mahumeti. Exſtructa eſt hæc in terrâ *Ararat*. Hinc octo dierum ſpatio profectus eſt נציבין *Niſibin*, ad dextram relictis montibus Ararat. In Niſibi magna eſt Eccleſia, & Schola quam ædificavit Doctor quidam Miſchnicus, paulò poſt vaſtationem Hieroſolymæ, qui vocabatur Rabbi Juda ben Betíra; duæ item aliæ, quas exſtruxit Eſdras; Prioris muris inſertus eſt lapis rubicundus, quem ſecum advexit (*ille Rabbi*) de ruderibus Domûs ſanctuarii, ſeu Templi Hieroſolymitani. Niſibi adjacet terra Aſſur ſeu Aſſyria, Thogarma, & *Cuſra*, quarum unaquæque diverſam habet linguam, &c. Hæc ille.

Rabbi Benjamin in ſuo Itinerario, & R. Abraham Peritzol in ſua Coſmographia, nullam hujus regionis faciunt mentionem, ſicut nec noſtri Geographiæ Scriptores, quod ego ſciam, niſi quòd Guilelmus Poſtellus in libro de Univerſitate parte 1. pag. 20. ſcribit: Reipublicæ neceſſariò toti terrarum Orbi legem daturæ ordo hoc propter commoditatem ſedium poſtulat, ut ad prima ſubſellia mundi, quæ in Gallia & Judæa ſunt ratione ſui juris conſtituta, conſtituantur decem alia loca; Chambulag, Samarcand, Moſcovia, Chaſſuma, Benemotapa, Marrocha, Leucetia, Chaſda, Cuſroa, Quimra, ſub Romano Regno, & Heroſolymitano Pontificatu.

Clarisſimus D. Hottingerus, Amicus noſter integerrimus, & Literarum Orientalium promotor indefeſſus, in Bibliotheca ſua Orientali pag. 96. ſcribit: Num antea talis unquam extiterit Rex (*Coſar, qualis in hoc libro deſcribitur*) dubitare videtur Author Meor enájim; quod tamen mihi ſatis probabile fit, cùm legamus in Geographia Scharifol-Edriſi, apud Coſaros

liberum fuiſſe unicuique quam vellet Religionem amplecti, atq; apud Achmedem, Joſephi filium, fuiſſe ex ipſis alios profesſione Muhammediſtas, alios Judæos, alios nulli prorſus religioni addictos.

In præſenti libro meutio fit Regis Coſar, & Coſaræorum, tanquam infidelium, & Deum ignorantium, qui verò per Rabbinum iſtum, quem rex conſuluit, ad religionem Judaicam, & quidem Rabbanitarum ſeu Traditionariorum ſectam amplectendam ſunt adducti, ut habetur par.2.§.1. Confirmat id R. Abraham ben Dior in Sepher *bakkabbalab circa finem, ſol. 32. col.3. & 4. Poſteaquam enim illic Catenam cabaliſticam, & continuam propagationem Legis oralis, per continuam ſucceſsionem quamplurimorum & eximiorum Virorum, oſtendiſſet, tandem hinc occaſione ſumptâ, ita de magna præcellentia Rabbanitarum ſupra Karræos, ſeu Scripturarios loquitur*: Ecce hoc non reperire licet de Hæreticis (*ſic Karræos vocat*). Nam Anan impius, & Saul filius ejus (quorum nomen putreſcat), diſcipuli R. Jehudai fuerunt, & non aliam ob cauſam in mundo, quam ex invidia & æmulatione diſſenſerunt ab eo & ejus Traditionibus, neque poſſunt dicere; Sic per Cabalam edocti ſumus ex ore N. vel N. vel ex ore Prophetarum, ſed ex proprio inſtinctu. Præterea illi paulatim deficiunt; cùm è contrà plurimas ſynagogas Iſraëlitarum (*Rabbanitarum*) reperias à regione סלא *Salla*, quæ eſt in extremo Occidentis, uſque ad תהרת *Táharath*, quæ eſt in principio Occidentis; per totam item Africam, Ægyptum, Palæſtinam, Arabiam, Sinear (*h.e. Chaldæam*), Elam, Perſiam, terram Dedan, & גרגשי Gergeſenorum, quæ vocatur גרגאן Gargan (*an fortè eſt* Georgiana, *quæ Arabicè ירגאן*) & טברסטאן Tabraſtan, & אל דילאן Al Dilan, uſque ad fluvium אוכל Ubal; שהיו שם גוים כוזריים שנתגיירו ויוסף מלכם שלח ספר לרב חסדאי הנשיא בר יצחק בן שפרוט והודיעו שהוא על דעת רבנות וכל עמו וראינו בטליטולה מבני בניהם תלמידי חכמים והודיעונו ששאריתם על דעת רבנות וכו׳ ubi ſunt *Gentes Coſaræa*, qui Judaiſmum amplexi ſunt. Joſephus, Rex illorum, miſit epiſtolam ad Raf Chaſdai principem, filium R. Iſaaci ben Schperot, quâ ipſi ſignificat, quòd ipſe & totus populus ſuus Rabbanitarum dogmata ſequatur. Vidimus etiam Toletólæ ex nepotibus ipſorum, Doctores eximios, qui profesſi apud nos ſunt, quòd itidem ſint Rabbanitarum ſectæ addicti, &c.

Impreſſus exſtat libellus inter Judæos, cui titulus קול מבשר Vox Evangeliſtæ. *Ejus Author ſe vocat*, יצחק בן אברהם בן יהודה עקריש Iſaac fil. Abrahami, nepos Jehudę Akriſch. *Scopus ejus in eo eſt, oſtendere, quòd Judæi etiamnũ in præſenti exilio alicubi terrarum Regnum habeant, &* Αὐτοκρατορίαν. *Hoc*

fine

ſiue refert primò quæ per totam vitam audiverit de Statu decem Tribuum, ultra flumen Sabbatjon habitantium, de illorum gloria, potentia & regno. Poſt varias aliorum relationes, magna ex parte ipſi ſuſpectas, refert, quæ ipſemet tandem de Regnis Judæorum compererit. Ait; cùm Anno 322. h.e. Anno Chriſti 1562. Conſtantinopoli in Aegyptum maritimo itinere proficiſceretur, in eâ navi, quâ vehebatur, inter Arabes & Turcas multos, vetulum quendam Turcam fuiſſe. Hunc varia & miranda multa narraſſe, quæ viderit in India & terra חבויש Chabuſch, *tandem rogatum, num quid unquam audiverit vel intellexerit, quòd Judæi hoc tempore Regnum & Dominium alicubi terrarum habeant, id confirmaſſe, & propriâ experientiâ comprobaſſe. Cùm poſtea Alexandriam Aegypti veniſſet, idem affirmaſſe R. Samuel Schullam, Principis Medicum, & aliquot teſtimoniis productis fidem rei indubitatam ſibi feciſſe. Eodem itinere dicit ſe vidiſſe & accepiſſe* Epiſtolam quam Raf Chaſdai ſcripſit ad Regem Coſaræorum, Regiſque Joſephi ad illum Reſponſum *(cujus antè mentionem fecit R. Abraham ben Dior). Itaq; ſe cogitaſſe, non abs re fore, ſi ad hujus rei confirmationem (quòd ſc. Judæi regnum adhuc habeant) formis publicè excudendas eas curaret. Libellum hunc, à Judæo quodam in Alſatia nactum, hoc ipſo tempore commodè huc detulit & mihi exhibuit Doctiſſimus Vir D. Philippus Jacobus Spenerus, Rupiſvilla-Roch-Spoletanus, S. Theologiæ Candid. Linguarum Orientalium, Philoſophiæ, & Diſciplinarum Mathematicarum, Geographiæ præſertim & Genealogices, peritiſſimus. Quamvis autem Epiſtolæ illæ in quamplurimis manifeſtè ſint fabuloſæ, & glorioſum, ſimul & in Commentis fingendis fæcundum, ingenium Judaicum plus ſatis prodant; volui tamen illas hîc inſerere; non tam ad rei probationem quàm ad Lectoris curioſi, & ſeu veterũ fabularum, ſeu novarum & inauditarum antè rerum avidi, oblectationem. Epiſtolarum illarum famam jam ab aliquot ſæculis inter Judæos eſſe jactatam, docet ſuprà allatum R. Abraham ben Dior teſtimonium, qui Authori noſtro fuit coævus. Quamvis mirari conveniat, quomodo ille hujus Raf Chaſdaj ben Iſaac Schprot meminiſſe potuerit, qui illo longè fuit inferior. Nam, ſecundum Chronologiam Tzémach David, ducentis quinquaginta circiter annis hi duo fuerunt ipſo juniores. Nam Abrahamum ben Dior ipſe recenſet ſub Ann. 3921. Iſaacum Schprot Ann. 4135. Raf Chaſdai Ann. 4156. Itaq; videntur hæc ab alio quodam recentiore eſſe inſarta. Quod in Joſepho Gorionide quoq; fuiſſe factitatum, Joſephus Scaliger, Druſius, & alii docuerunt. Vel de alio erunt intelligenda, quod vult R. Gedaljah. Benevolus Lector, quales quales ſunt, ſtudium noſtrum æqui boniq; conſulet. Si rerum & hiſtoriæ veritate ſe non commendant, ſaltem propter ſtyli, quâ, præſertim prior, pollent gratiam, non prorſus ſunt contemnenda, & Hebraiſmi ſtudioſis aliquid utilitatis afferre poſſunt.*

מכתב רב הסראי בן יצחק סֹב למלך אלכזר ׃

אפידת גזר לשבט מושלים הממלכה הנהלאה ׃ נועם ה֗ עליה ׃ ושלום בכל
מחוקקיה ורב צבאה ׃ ישע תלבושת על מלונה ומועדה ומקראיה ׃ חילי צבאת
ושלטי הגבורים יעוזו ביד המפלאה ׃ פוסי מרכבותיה ורוכביה בל יסוגו אחור ברוח
נכאה ׃ דגלי טפסריה ודרוכי לוחמיה יעטו גאה גאה ׃ את חיצי רביה וברק
חניתיה בכובד משאה ׃ יפלחו לב אויבי אדני המלך למען רבות תלאה ׃ בצאורי
מרבבותיו ילין עוז ורגש ויראה ׃ רוכביה יושעון ובשלוה ישובון מארץ נוראה ׃
יחידתי לזאת תשתפך אשרי עין שרואה ׃ צאת המלך ביום קרב בחכה זרוחה ופליאה ׃
חיליו כברקים ירוצון שנים לרבבה ואחד למאה ׃ קמיהם יעיקון כאשר תעיק העגלה
המלאה ׃ בינו נא מצוקי ארץ ומי שמע כזאת ומי ראה ׃ רדות שריד באבירים
יניסו ויסתירו עיר ומלואה ׃ עוז זרוע עליון אילם גם עורם ותהי לתשואה ׃ זאת
פעלת שדי ומנת גמולו בממלכת החטאה ׃ רבות את הוד ותפארת ניר לאום מני
בטן נשואה ׃ אזכרה אותות מני קדם זרוב עברה ורעל אגמאה ׃ בהיותה רבוצה
על עדניה וצל שמריה קפואה ׃ רק רגולה היתה והנה זרויה לכל רוח ופאה ׃ שמש
שזפה ותלך עליה ומנוח לא מצאה ׃ פדה לא נפדתה ואת עת הדרור לא באה ׃
רצוצה ברצועת און ואל חופש לא יצאה ׃ ונותרה בעניה ושבורה ומשכר לא
סבואה ׃ טורפיה השינוה וממקדש הקדש הוציאוה ׃ ארכו העתים ונמשכו הימים
ומופת לא נראה ׃ נחתם חזון ונביא ולא נפרץ רוח ולא מראה ׃ חזיוני איש
חמודות לא יגלו ולא נותר כל נבואה ׃ אל אל אילותי אפרש כפי כנפש צמאה ׃
פזורי קצות פזורי אפסיכם לאסוף מארץ משואה ׃ נוגי המועד או לאל יביעו העת
שקוינותו והנה באה נצח קרית מלך רב תקיאכם באשר קאה ׃ רוממות מעת
תראינה עיני שארית הנמצאה ׃ וממלכת בן ישי בסוד חזות הנבואה ׃ קרנך אשים
ברזל לנצח מהיזכם ההוא והלאה ׃

ממני חסדאי בן יצחק בן עזרא מבני גלות ירושלים אשר בספרד עבד אדני המלך
המשתחוה אפים ארצה לעמתו ׃ והכורע אל מול מקום שבת נחלת מעלת גדולתו ׃
מארץ מרחקים השש בשלותו והשש בגדולתו ובמנוחתו והפורש כפיו לאל בשמים
להאריך ימים על ממלכתו בקרב ישראל ׃ מי אנכי ומי חיי לעבור כח לחקות מכתב אל
אדני המלך ולבקר יקר תפארתו אבל נשענתי בקשט נתיבה ומעגלי מישרים ומה יכולת
שרעף למצוא אמרי שפר אצל הולכי נילה שוכחי רבצם אשר כר מעליהם הוד מלכות
וימשכו עליהם ימי עוצר ומשפט ואותותם לא נראו בארץ ולפי שבני הגולה אנו פליטת
ישראל עבדי אדני המלך שרויים בשלוה בארץ מגורינו כי אלדינו לא עזבנו ולא סר צלו
מעלינו ׃ ויהי כאשר מעלנו באלהינו הביאנו במשפט וישת מועקה במתננו ויער את רוח
הפקידים אשר היו על ישראל וישימו עליו שרי מסים ויכבדו עולם וילחצום בחימה עזה
ויכנעו תחתיהם ותמצאן אותם צרות רבות ורעות וכראות אלהינו את ענים ועמלם
ואפס עצור ועזוב היתה סבה מאתו ויציבני לפני המלך ועלי הטה חסד ויסב את לבבו
אלי

אלי לא בצדקתי כי אם בחסדו ולמען בריתו ובזאת עניי הצאן קודרים שגבו ישע ותרפנה ידי לוחציהם ותקפוץ ידם מעונש ויקל עולם ברחמי אלדינו :

יורע לאדני המלך כי שם ארצנו שאנו גרים בתוכה בלשון הקודש ספרד ובלשון ישמעאלים יושבי הארץ אל אנדלס ושם מדינת הממלכה קרטבה ארכה חמשה ועשרים אלף באמה ורוחב עשרה אלף והיא משמאל לים המהלך אל ארצכם היוצא מן הים הגדול וסובב כל הארץ ובין הים הגדול ובין המדינה הזאת ובין הים הגדול אשר אין אחריו ישוב תשע מעלות ממעלות הרקיע אשר השמש הולכת מהם בכל יום מעלה אחד לדברי החכמים החוזים בככבים וכל מעלה מהן בארץ ששה וששים מילין ושתי ידות מיל וכל מיל שלשת אלפים אמה כן נמצאו בתשע מעלות שש מאות אלף מילין ומן הים הגדול הזה הסובבת את כל הארץ אל מדינת קושטנדינא שלשת אלפים ומאה ונתרחקה מדינת קרטבה משפת הים ההולכת לארצכם שמנים מילין : ואמצא בספרי החכמים כי אורך ארץ אלכזר ששים מעלות שהם מאתים וששים ועשרה מילין זו מדת דרך קרטבה אל קסטנטינא והנני אקדים זכר מדת רחבה לגבולותיה בטרם אפרשנה : ועבדך יודע כי קטן מצעירי המלך אדני גדול מגבוני ארצנו אבל איני מורה כי אם מזכיר : אמרו תחכמונים יודעי העתים כי המקום הפונה ללכת השמש בחנות טלה ומאזנים ובהם ישתוה ממוצא דבר השכל מרחבי המדינות באלו התוותו בארץ מזרח שמש עד מבואו במקום הזה אשר אלו נקשר קו בגלגל השמש בהשתוות לילה ויומם והיה הולך אל קצה הקו השני על חקחתו הזה · הן נמצא מרחק מדינתנו מן התו שמנה ושלשים מעלות ומרחק קסטנטינא ארבע וארבעים ומרחק גבולכם שבע וארבעים מעלות ·ולא הוצרכתי לחזות את זאת כי אם מרוב תמהון אשר תמהתי מזכר מלכותם אשר לא הגיע אלינו ולא שמענו את שמעה כי אמרנו אכן אורך הדרך יעלים ממנו את שמע תפארת ממלכת אדני המלך אף על פי כששמעתי כי נפלו במקום אדני המלך שני אנשים מאנשי ארצנו שם האחד רבי יהודא בר מאיר בר נתן איש נבון וסבר וגרסן ושם הב רבי יוסף הגרים גם הוא חכם אשריהם מה טוב חלקם אשר זכו לראות את יקר תפארת גדולת אדוני המלך ומושב עבדיו ומעמד משרתיו ומנוחות ה׳ נחלתו ונקל בעיני ה׳ להפליא גם לי כחסד הגדול הזה ויזכני לראות את הוד אדני ואת כסא מלכותו ולהקביל פניו בנעימים גם אגיד לאדני המלך את שם המלך המולך עלינו שמו עבד אל רחמן בן מחמד בן עבד אל רחמאן בן חכים בן השם בן עבד אל רחמאן כלם מלכו זה אחר זה זולתי מחמד אבי מלכנו אשר לא מלך כי מת בחיי אביו ועבד אל רחמאן השמיני הוא הבא ארץ ספרד בהשתרר עליהם בני אל עבאסי קרוביהם אשר המה מלכו בארץ שנער בעת הזאת ועבד אל רחמאן זה השמיני הפונה ארץ ספרד בקום עליהם בני אל עבאסי קיא בן מעדיא בן השאם בן עבד אל מלך זה הנקרא אמיר אל מומנין ושמו ידוע מהתעלם ולא היה כמותו במלכים אשר היו לפניו : ומדת ארץ ספרד ממלכת עבד אל רחמן והאמיר אלמומנין יחי אלהיו עמו שש עשרה מעלות שהן אלף ומאה מילין וזאת מדת ארץ ממשלתו בגבולותיה ארץ שמנה רבת נהרות ועיינות ובורות חצובות ארץ דגן ותירוש ויצהר רבת תנובות ועדנים וכל מיני מגדים גנות ופרדסים ומצמחת כל עץ פרי ומפרחת כל

מיני עצים אשר מעליהם מגדלים המשי כי המשי לרוב אצלנו מאד וגם בהרי
ארצנו וביערה מלקטים תולעת שני לרוב וגם נמצא אצלנו הרי כרכום למינן
הרבה ויש בארצנו מוצא לכסף ומוצא לזהב ומהרריה חוצבים נחושת וגוזרים
ברזל בדיל ועופרת ואבני השוך ואבני גפרית ואבני שיש ואבני זכוכית ומוציא
ללאון כי כן שמו בלשון ישמעאלים אשר יבואון סוחרים מאפסי הארץ ורוכלים
מכל המדינות ואיים רחוקים ינהרו אליה מארץ מצרים ומשאר המדינות העליונות
מביאין בשם ואבן יקרה וסוחרת מלכים ורוכלת רוזנים וכל חמודות מצרים ויאסוף
המלך המולך עליה סגולת כסף וזהב ונכבדות וקהלת חילים אשר לא אסף כמוהו
מלך אשר היה לפניו ׃ ומדי שנה בשנה הגיע קניינו אלי הגד מאת אלף זהובים זה
חק קניינו בכל שנה ושנה ואין בזה כי אם מרוב הסוחרים הבאים מכל הארצות
ומאייהם וכל דבר סחורותם וכל אודותם לא יתכן כי אם על ידי ולפי דברי ׃ שבח
והודאה לאל הגומל עלי ברוב חסדיו ׃ ומלכי הארץ כשמעם את גדולתו ואת תקפו
יובילו שי לו ויחלו פניו במנחות ובחמודות ומהם מלך אשכנזי ומלך הגבלים שהם
אל צקלאב ומלך קשטנטיניה ומלכים אחרים ׃ ועל ידי תבאנה מנחתם ועל ידי
תצאנה גמולתם ׃ תבענה שפתי תהלה לאלהי השמים אשר הטה אלי חסדו לא
בצדקתי כי אם ברוב רחמיו ׃ ואת כל השלוחים האלה מביאי המנחות אני שואל
אותם תמיד בעד אחינו ישראל פליטת הגולה אם שמעו שמע לדבר הדרור לשרידים
אשר כלו בעבודה ולא מצאו מנוח עד אשר הודיעוני שלוחי הראסאן הסוחרים
שאמרו לי כי יש ממלכת ליהודים נקראים על שם אלכזר ולאהאמנתי לדבריהם כי אמרתי
לא יאמרו לי בדבר הזה כי אם לרצות אותי ולהתקרב אלי ואשתומם על הדבר הזה
עד אשר באו שלוחי קסטנטיניה בתשורה וכתב מאת מלכם אל מלכנו ואשאלם
על הדבר הזה וישיבו אותי כי באמת הוא הדבר הזה וכי שם המלכות אלכזר ובין
אלקסטנטניה ובין ארצם מהלך טו יום בים אבל ביבשה יש בינינו אומות רבות ושם
המלך המולך יוסף ואניות באורח אלינו מארצם ומביאים דגים ועורות וכל מיני
סחורות והם אנשי אחותינו ומכובדים עלינו ובינינו וביניהם שליחות ומנחות ולהם
כח ומעוז גדודים וחילים יוצאים בזמנים ואני כשמעי את הדבר הזה מלאתי כח
וחזקו ידי ואמצה תקותי ׃ ואקוד ואשתחוה לאלהי השמים ואפן כה וכה
למצוא ציר נאמן לשלוח לארצכם לדעת אמתת הדבר ולדעת שלו׳ אדוני המלך ואת
שלו׳ עבדיו אחינו ויפלא הדבר על כי רחוק המקום והזמין לי הקבה בידו הטובה
עלי איש א׳ שמו מר יצחק בר נתן וישם נפשו בכפו ויתנדב ללכת באגרתי אל אדוני
המלך ונתתי לו שכר גדול לרב וכסף וזהב קרבתי להוצאותיו לו ולמשרתיו ולכל דבר לדרך
וגם שלחתי ממוני מנחה מכובדת למלך קסטנטניה ואבקשה ממנו לעזור לשלוחי
זה בכל צרכיו עד הגיעו אל המקום אשר אדוני חונה שם וילך שלוחי זה אל
קסטנטניה ויעמד לפני המלך ויתן לו כתבי ומנחתי ויכבד את שלוחי ויתאחר עמו
כמו ו׳ חדשים עם שלוחי אדוננו מלך קרטבה יום א׳ אמר להם לשוב אלינו
וכמו כן השיב את שלוחי ועמו אגרת וכתוב בה כי הדרך אשר בינינו וביניהם והאומות
שבינינו בקטטה והים סוער לא יעבור בה אדם כי אם בזמן ידוע וכשומעי את

הדבר

הדבר הרע הזה חרה לי עד מות ויצר לי עד מאד על אשר לא הקים את דברי ולא
עשה כרצוני ותרב מהומתי ונכפלה רעתי ואחרי כן רציתי לשלוח אגרתי אל אדוני
המלך מפארת ירושלים עיר הקודש וערבו לי אנשים מישראל להוליך אגרתי
מארצם לנציבים ומשם לארמניא ומארמנייא אל ברעדה ומשם אל ארצכם אני
טרם אכלה לדבר אל לבי והנה שלוחי המלך הגבלים באים ועמהם ב' אנשי' מישראל
שם הא' מר שאול ושם הב' מר יוסף וכשומעם את מהומתי נחמו אותי ויאמרו
לי תנה לנו אגרותיך ואנחנו נגיעם אל מלך הגבלים ובשביל כבודך ישגר כתבך
אל בני ישראל היושבים בארץ הנגרין וגם כן ישלחוה אל רום ומשם אל בלגאד
עד שיגיע כתבך כרצונך אל המקום אשר אתה רוצה ׃ הבוחן לבות וכליות והחוקר
כליות יודע כי לא עשיתי כל זאת לכבודי כי אם לדרוש ולדעת האמת אם יש
מקום שיש ניר וממלכת לגולת ישראל ואין רודים בהם ולא מושלים עליהם ואלו
ידעתי כי נכון הדבר הייתי מואס בכבודי ועוזב גדולתי ונוטש משפחתי והייתי הולך
מהר אל גבעה בים וביבשה עד בוא אל המקום אשר אדוני המלך חונה שם לראות
גדולתו וכבוד מעלתו ומושב עבדיו ומעמד משרתיו ומנוחת פליטת ישראל
ובראותי את יקר תפארת גדולתו תאורנה עיני ותעלוזנה כליותי תבענה שפתי
תהלה לאל אשר לא עזב חסדו מעם עניו ׃ ועתה אם על המלך טוב ואם יראה
במאויי עבדו תיקר נא נפשי בעיניו ויצוה את הסופרים העומדים לפניו לכתוב את
עבדו תשובה שלמה הנוסחת אלי מארץ מרחקים ויודיעני שרש הדבר ויסוד כל
המעשה איך היתה נפילת ישראל במקום ההוא ואבותינו ספרו לנו כי בתחלת שבתם
היה שם המקום נקרא הר שעיר ואדוני יודע כי הר שעיר רחוק מן המקום אשר
הוא חונה שם חקנינו אומרים כי כבר נקרא הר שעיר אבל נתגלגלו הגדורות ויצאו
מרעה אל רעה עד אשר נאחזו בארץ אשר הם יושבים עליה וגם אמרו לנו ישישי
הדור קדמוני האמנם כי על מעלם נגזרה שמד ויעמד חיל כשדים באף ובחימה
ויגנזו במערה ספרי התורה וכתבי הקדש ועל זאת מתפללים במערה ובשביל
הספרים למדו את בניהם להתפלל במערה ערב ובקר עד אשר משכו העתים
וברוב הימים שכחו ולא ידעו אודות המערה על מה נהגו להתפלל בתוכה
אבל נהגו מנהג אבותם ולא ידעו על מה ולקץ ימים קם איש ישראל ויבקש לדעת
על מה ויבא אל המערה וימצאה מלאה ספרים ויוציאם משם ומן היום ההוא
והלאה שמו ביניהם ללמד התורה ככה ספרו לנו אבותינו כאשר שמעו הקדמונים
שומע מפי שומע והדברים עתיקים ואותם ב' אנשים אשר מארץ הגבלים
מר שאול ומר יוסף אשר ערבו לי להוביל אגרותי אל אדוני המלך אמרו לי כי היום
כמו שש שנים בא אלינו איש ישראלי סגיא נהור איש חכם ונבון ושמו מר עמרם
ואמר כי הוא מארץ אלכזר והיה בבית אדוני המלך ומאוכלי שלחנו ונכבד אצלו
וכשמעי שלחתי אחריו מלאכים להשיבו אלי ולא השיגוהו גם בזה אמצרת
תקותי וחזקה תוחלתי ׃ ועתה הנה חקותי האגרת הזאת לאדוני המלך וחנותי
לטולו שלא תכבד עליו שאלתי ויצוה להודיע את עבדו כל הדברים האלה וכל
ענינו

עניני ארצו ומאיזה שבט הוא ומה דרך המלכות איך ינחלו המלכים ככא כבוד המלכים
המשבט ידוע אם ממשפחה הראויה למלוך ואם מלך. בן מלך כאשר הוא מנהג אבותינו
בהיותם שוכנים בארצם : ויודיעני אדוני המלך כמה מהלך ארצו ארכה ורחבה ערי
חומה וערי פרזות ואם היא משקה או נשומה ועד אין פגע ממשלתו מספר חייליו
גדודיו ושריו ואל נא יחר לאדוני בשאלי מספר גדודיו יוסף ה' עליהם כהם כו' ועיני המלך
ראות ולא שאלתי השאלה הזאת כי אם למען אעלת ברבות עם הקדש ויודיעני
אדוני מספר המדינות אשר הוא רודה בהם ומספר המס אשר ישיבו לו אם יתנו לו
מעשר ואם אדוני חונה תמיד בעיר הממלכה ידוע או אם הוא יסוב את כל גבול
ממשלתו ואם האיים הקרובים אליו אם מהם מתיהדים ואם ישפוט את עמו או אם
יקים להם שופטים ואיך עלותו בית ה' ועם איזו אומה יערוך קרב ועל מי ילחם ואם
המלחמה דוחה את השבת ומי הממלכות והגוים אשר סביבותיו ומה שמם ומה שם
ארצם ומה שם הערים הקרובות אל ממלכתו מן בראסאן ומן בדרעה ודאב אל אבואב
ומנהג הליכות הסוחרים ההולכות אל מחוז אדוני המלך ויודיעני כמה מלכים מלכו לפניו
ומה שמם וכמה מלך כל אחד מהם ובאיזה לשון אתם מדברים ובימי אבותינו נפל
אצלנו איש ישראל נבון דבר היה מתיחס בשבט דן עד שמגיע לדן בן יעקב והיה
מדבר בצחות וקורא שמות לכל דבר בלשון הקדש וכל דבר לא נעלם ממנו ובעמדו
לדרוש בהלכה כך היה אומר עתניאל בן קנז קבל מפי יהושוע מפי משה מפי הגבורה :
ועוד בקשתי הפליאה מאת אדוני להודיעני אם יש אצלכם זכר לחשבון קץ הפלאות
אשר אנו מחכים זה כמה שנים תצא משבי אל שבי ומגולה אל גולה ומה כח תוחלת
המצפה להתאפק על זאת ואיככה אוכל לתת דמי על חורבן בית תפארתינו ועל פליטת
חרב אשר באו באש ובמים אשר נשארנו מעט מהרבה וירד מכבוד ונשב בגולה ואין
לאל ידינו באומרם לנו כל היום לכל עם ועם יש מלכות ולכם אין זכר בארץ : וכאשר
שמענו את שמע אדוני המלך ותוקף מלכותו ורב חייליו תמהנו בזאת נשאנו ראש ותחי
רוחנו ותחזקנה ידינו ותהי ממלכת אדוני לנו לפתחון פה ומי יתן ספות השמועה הזאת
כח כי בזאת תרבה גדולתנו וברוך ה' אלהי ישראל אשר לא השבית לנו גואל ולא
השבית ניר וממלכת משבטי ישראל יחי אדוננו המלך לעולם והייתי שואל בעד אודות
אשר לא שאלתים לולי כי יגורתי להכביד על אדוני המלך בהרבות מלים כי כן דרך
מלכים ואמנם כבר הרבתי והנני מודה בזאת ואל יאשימני אדוני כי מרוב שיחי וכעסי
דברתי עד הנה אבל כמוני ישנה וכמוהו יסלח כי אדוני יודע כי אין עם גולה דעת
ולא עם בני שביה תושיה ואני עבדך לא פקחתי עין כי אם בתוך גולה ודלות על יש
על אדוני המלך מאמתת החסד ומאורח האמת להעביר שגיוני עבדו ובלא ספק כבר
שמעת איך היו מכתבי מלכי ישראל ומה אגרותיה' ומה מנהג בספרי שליחותם ואם על
המלך טוב יעביר שגגת עבדו כידו הטובה וכחסדו הגדולה ושלום רב לאדוני
המלך לו ולזרעו ולביתו ולכסאו עד עולם ויאריך ימים על ממלכתו הוא ובניו בקרב
ישראל :

Epiſtola

Epiſtola R. Chaſdaj, filii Iſaaci (glorioſæ memoriæ) ad Regem Coſræorum.

[*Præmittitur exordium prolixum, rhythmicum, & pro more Judæorum, hyperbolicum planè, in commendationem & laudem Regis & regni ipſius, cum ſubjuncto voto. Ea in lingua Hebræa quidem ſuam habent gratiam & venuſtatem, quæ autem fiunt inſipida, ſi in aliam linguam transferantur. Qua de cauſa, & quia nihil ad rem præſentem faciunt, eo labore hîc ſuperſedére volumus.*]

EGo Chaſdai, filius Iſaaci, fil. Eſræ, ex deportatis Hieroſolymitanis in Hiſpania, ſervus Domini mei Regis, incurvo me in terram coram ipſo, & proſterno me verſus ſedem Majeſtatis tuæ è terra longinqua: lætor de tranquillitate, & magnificentia ipſius; & extendo manus meas ad Deum in cœlis, ut diuturnum ac perpetuum conſtituat Regnum ipſius in Iſraële! Quis verò ſum ego, & quæ eſt vita mea, ut ſuſtineam epiſtolam exarare ad Dominum Regem meum, & Majeſtatem ipſius compellare? Confido tamen, me integritate meâ, & verbis meis gratiam impetraturum pro iis qui oberrant in captivitate, & doctrinæ ſuæ oblivi ſcuntur, quibus decor regni eſt ablatus, qui in continuis afflictionibus & calamitatibus verſantur, & ſigna ſua non amplius vident in terra. Equidem nos, qui ſumus de reliquiis Iſraëlis captivis, ſervi Domini mei Regis, habitabamus tranquillè in terra peregrinationum noſtrarum (Deus enim noſter non deſeruit nos, neque umbra ejus receſſit à nobis) cùm verò prævaricati eſſemus, adduxit nos in judicium, poſuit anguſtiam in lumbis noſtris, & excitavit ſpiritum eorum qui præfecti erant Iſraëlitis, ut Exactores tributorum ſuper eos conſtituerent, qui aggravarunt jugum eorum, eoſque graviter oppreſſerunt, & magnis calamitatibus affecerunt. Quando verò Deus videbit miſeriam & laborem eorum, deficiet clauſus & derelictus (*ex Deut.* 32. 36.) Et hac de cauſa induxit me Deus, ut me ſiſterem coram Rege, gratioſéque cor ſuum convertit ad me, non propter juſtitiam meam, ſed propter miſericordiam, & fœdus ſuum. Per hoc pauperes gregis paſcentur (*Zach.* 11. 7.), & pullati exaltabuntur ſalute (*Job.* 5. 11.), manus oppreſſorum ipſorum remittentur, à pœnis abſtinebunt, & jugum alleviabitur, propter miſericordiam Dei noſtri.

Sciat itaque Rex, nomen terræ noſtræ in qua habitamus, linguâ ſanctâ

ſanctâ vocari ספרד *Sephárad*, in lingua autem incolarum Iſmaëlitarum אל אנדלס *Alandalas* (*Andaluſia*): Nomen urbis Regiæ eſt קרטבה *Cordubah.* Longitudo ejus eſt 25000. cubitorum: Latitudo 10000. ſita eſt ad ſiniſtram maris, quod in terram veſtram influit è mari magno, & circumit totam illam terram. Inter hanc urbem, & inter mare magnum, poſt quod nulla eſt ulteriùs terra habitabilis, interſunt novem gradus Aſtronomici, Sole ſingulis diebus illorum uno progrediente, juxta ſententiam Aſtronomorum: & quilibet gradus in Terra comprehendit ſexaginta ſex milliaria, & duas manus milliaris: quodque milliare conſtat 3000. cubitis; ut ſic novem iſti gradus faciant 600000. milliaria. Ab iſto mari magno, quod circumdat totam terram, uſque ad קושטנדינא Conſtantinam, 3100; Corduba autem diſtat à littore maris in terram veſtram meantis, 80. milliaribus. Et in libris Sapientum inveni, quòd terra al Coſar 60. gradus habeat in longitudine, qui faciunt ducenta ſexaginta & decem milliaria. Tantum itineris eſt à Corduba, Conſtantinam uſque. Antequam verò ejus rationem exponam, præmittam quoque menſuram longitudinis terminorum ejus. Non ignorat equidem Servus tuus, minimum ſervorum Domini mei Regis majorem eſſe prudentisſimis & doctisſimis in terra noſtra. Verùm intentio mea non eſt docere, ſed hiſtoricè tantùm rem narrare.

Juxta fundamenta Mathematica invenimus diſtantiam civitatis noſtræ ab Æquatore 38. graduum, Conſtantinæ 44. Veſtri termini 47. Ad hoc indagandum inductus fui ex ſumma admiratione quæ me inceſſit ex audita fama Regni veſtri, de quo nihil unquam ſciveramus vel audiveramus. Diximus enim; Longitudo viæ abſcondit à nobis decórem regni Domini mei Regis. Quamvis audiens, perveniſſe in locum Domini Regis mei duos viros ex incolis terræ noſtræ, quorum unus vocatur Rabbi Juda filius Meir, filii Nathanis, vir prudens & doctus; alter, Rabbi Joſeph Haggaris, nec ipſe ineruditus (beatos illos, & feliciſſimâ ſortem eorum, quibus contigit videre gloriam, Majeſtatem, & ſplendorem Domini Regis mei, & ſervorum ac miniſtrorum ejus ſtatum & conditionē!) cogitavi facile eſſe in oculis Dei, pro magna ſua miſericordia, etiam mihi miraculum facere, & me quoque dignum reddere, ut videam Majeſtatem & thronum regium Domini mei.

Ut verò tuam gratiam tantò faciliùs promerear, indicabo Domino meo Regi nomen Regis ſuper nos regnantis. Nomen ejus eſt עבד אל רחמן *Abd al rachman*, (vel *Abdelramen*) בן מחמד *filius Mahomedis*, בן עבד אל רחמן

רחמן *filius Abdalrachman* (*Abdelramen*), *filius* חכים *Chackim*, *filius* השם *Scham*, *filius* עבד אל רחמאן *Abd al rachman*; qui omnes regnarunt unus poſt alterum, uno excepto Mahomede, Regis noſtri patre, qui non regnavit, quia vivente patre fuerat mortuus. Abd-al-rachman octavus venit in Hiſpaniam, regnantibus ſuper eos filiis Al abáſi propinquis ipſorum, qui hoc tempore regnant in terra Sinear. Hic Abd al Rachman octavus liberavit Hiſpaniam, cùm inſurgeret contra eos Al-abasſi-ki fil. Madja, filius Scham, filius Abd el melech, qui vocatur אמיר אלמומנים *Amir-Almumenim* (*ſic legendum docet Clariſſ. D. Hottingerus, & explicat* Imperatorem fidelium, *addens, ſic vocatos fuiſſe Imperatores Muslimicos ab Imperio Omari, & deinceps. Vide eum in Hiſtoria Orientali p. 275.*) cujus nomen celebrius eſt, quàm ut occultari posſit, neque ullus Regum eorum, qui ipſum præceſſerunt, ei comparari poteſt. Porrò menſura Hiſpaniæ quæ eſt ſub Regno Abdalrachman, & Amir-Almumenim (cui Deus ſit propitius) eſt ſedecim graduum, qui faciunt 1100. milliaria: Terram habet pinguem, fluviis, fontibus & ciſternis effosſis abundantem, terram frumenti, olei, & muſti, fructuum, & omnis generis deliciarum: habet hortos & pomaria, omnis generis arbores frugiferas, & ex quarum foliis creſcit ſericum, cujus maxima apud nos eſt copia. In montibus etiam & ſylvis terræ noſtræ colligunt תולעת שני Vermiculum cocci magnâ quantitate. Inveniuntur etiam apud nos montes Croci ex variis ejus ſpeciebus: venæ item argenti, auri, cupri, ferri, ſtanni, plumbi, ſulphuris, marmoris, vitri. Producit inſuper quod Linguâ Iſmaëliticâ dicitur, ללאין. Confluunt in ea mercatores, & negotiatores ex finibus terræ, ex Ægypto, & cæteris regionibus ſuperioribus, advehentes aromata, lapides pretioſos, merces ſplendidas pro Regibus & principibus, omniaque deſiderabilia Ægypti. Rex noſter colligit theſaurum argenti, auri, & rerum pretioſarum maximum; exercitus, quales nullus Regum unquam. Quotannis cenſus ejus defertur ad me ad aliquot centena millia florenorum, idque maximam partem à mercatoribus, qui ex variis terris & inſulis eò veniunt: nec quicquam ab eis agitur, niſi per me, & meo ſcitu ac arbitrio; laus ſit Deo benefacienti mihi pro ſua miſericordia! Reges terræ, quibus nota eſt ipſius magnificentia & potentia, afferunt ei munera, ipſiusque gratiam ſibi conciliant donis & rebus quibusque pretioſisſimis; veluti Rex Germanorum, Rex הגבלים, qui ſunt אל צקלאב, Rex Conſtantinæ, & alii: per manus meas exhibentur omnia dona ipſorum, &

per me fiunt retributiones illorum; (eructent labia mea laudem Deo cœli, qui eouſq; extendit erga me benignitatẽ ſuam, nullo meo merito, ex mera ſua bonitate!) Horum Legatos ego ſemper quæro de fratribus noſtris Iſraëlitis pasſim exulantibus, an aliquid audiverint de gloria quorundam Iſraëlitarũ, ſed nemo illorũ mihi potuit ſatisfacere, donec Legati הראסאן Haráſan (*an nomen viri! vel terræ! vide Coſri par.2. §.1. ubi mentio Montium* הרסאן) mercatores mihi retulerunt & dixerunt, eſſe Regnum quorundam Judæorum qui vocantur אלכזר *Coſræi:* neque tamen fidem habui verbis ipſorum. Cogitavi enim, illos hæc mihi dicere gratiam & favorem meum ſibi conciliandi causâ. Unde hæſitabundus & dubius fui, donec adveniſſent Legati Conſtantinæ cum muneribus & Epiſtola à Rege ſuo ad Regem noſtrum, quos hac de re interrogavi. Hi reſponderunt mihi; Res eſt verisſima: eſt ibi regnum *Alcoſari*, & inter Conſtantinam ac terram ipſorum iter eſt quindecim dierum per mare: per terram autem ſunt interjecti populi multi: nomen Regis nunc regnantis eſt Joſeph: ſubinde naves veniunt ex terra ipſorum ad nos, adducentes piſces, pelles, atque omnis generis merces: ſunt viri fratres noſtri (*confœderati noſtri*), & à nobis honorantur: frequenter commeant inter nos Legati, & dona mutua: Pollent potentiâ & viribus: copioſos alunt exercitus, quibus excurſiones ſubinde faciunt, unde totus corroboratus fui, manus meæ fuerunt firmatæ, & ſpes mea confirmata. Itaque incurvavi me & adoravi Deum cœli, atque hinc inde circumſpexi, ubi invenirem tabellarium fidelem, quem in terram veſtram mitterem, ad veritatem hujus rei cognoſcendam, & ut reſciſcerem felicem Domini mei & ſervorum ejus, fratrum noſtrorum, ſtatum. Imposſibile id mihi videbatur, ob ſummam locorum diſtantiam. Tandem verò Dei nutu & favore obtulit ſe mihi quidam, cujus nomen eſt Mar Iſaac, filius Nathan, qui animam ſuam poſuit in manum ſuam, & ſponte obtulit, ſe cum Epiſtola mea ad Dominum meum Regem iturum. Dedi ipſi mercedem maximam, aurum & argentum ipſi ſuppeditavi, pro ſuis & ſervorum ſuorum expenſis itineris, & omnibus ad id neceſſariis. Miſi etiam de facultatibus meis Munus magnificum Regi Conſtantinæ, petens ab eo, ut hunc meum legatum omnibus modis & mediis juvare velit, uſque ad eum locum, ubi Dominus meus reſidet. Sic profectus eſt hic Legatus meus Conſtantinam, ad Regem adiit, eique meas literas & munera exhibuit. Rex viciſſim Legatum meum honorificè habuit, ac ſex circiter

menſium

menſium moram apud eum fecit cum legatis Domini mei Regis Cordubenſis. Die quodam dixit his, & legato meo, ut ad nos reverterentur: tradiditque ei epiſtolam, in qua ſcribebat, viam eſſe periculoſam, populos, per quos tranſeundum ſit, eſſe rixis & bellis implicitos, mare procelloſum, neque, niſi certo tempore, navigabile. Ego cùm hæc audirem, excandui uſque ad mortem, & ægerrimè tuli, quòd non impleviſſet verbum meum, & ſecundum voluntatem meam feciſſet. Poſtea volui epiſtolam meam mittere viâ Hieroſolymæ, quia ibi erant, qui mihi ſpondebant, ſe eam miſſuros è terra ſua Niſibin, inde in Armeniam, ex Armenia in ברעדדה Barádam, ac inde in terram veſtram. Dum ego hæc mecum adhuc deliberarem, en Legati Regis גבלים appellunt, & cum illis duo Iſraëlitæ; nomen unius erat, *Mar Saul*, alterius, Mar Joſeph. Hi intelligentes perplexitatem meam, conſolati ſunt me, dixeruntque mihi; Da nobis literas tuas, & curabimus ut illæ perferantur ad Regem גבלים Gabhlim, qui honoris tui causâ eas mittet ad Iſraëlitas qui habitant in terra הנגרין, hi eas mittent ad רוס, & inde ad בלגאר, donec, pro tuo voto, eò quò deſideras perveniant. Qui probat corda & renes, quique ſcrutatur renes, novit me nihil horum feciſſe honoris mei causâ, ſed cognoſcendæ ſolùm veritatis causâ; Utrum alicubi Regnum habeant exules Iſraëlitæ, ab omnibus Dominatoribus & exactoribus liberi & immunes! & ſiquidem intelligerem, ita omninò rem habere, omni meâ gloriâ ſpretâ, magnificentiâ derelictâ, familiâ deſertâ, per montes & colles, per mare, per terras eò contenderem, donec pertingerem ad locum in quo Dominus meus Rex reſidet, ut tùm ejus & ſervorum ac miniſtrorum ejus gloriam & magnificentiam, tùm Iſraëlitarum tranquillitatem & proſperitatem viderem; hac viſâ, oculi mei illuſtrentur, renes mei exultent, labia mea Deo laudem fundant, qui afflictis benignitatem ſuam non ſubtraxerit.

Nunc itaque placeat quæſo Majeſtati tuæ reſpicere deſideria ſervi ſui, & præcipiat Scribis ſuis qui ipſi ad manus ſunt, ut perfectum reſponſum ſervo ſuo reſcribant è terra longinqua, & certiorem reddat me ſolidè de toto ipſorum ſtatu; Quomodo Iſraëlitæ in locum illum pervenerint? Patres noſtri narrarunt nobis, locum illum in quo primò habitarunt, fuiſſe dictum, הר שעיר *Mons Seir*. Atqui novit Dominus meus Montem Seir procul abeſſe ab eo loco ubi ipſe habitat. Et Senes noſtri dicunt, ſic quidem appellatum fuiſſe; ſed continuis perſecutionibus illos calamitate unâ poſt alteram devolutos eſſe, donec tandem

tandem hæſerint in loco illo in quo habitant. Dixerunt nobis etiam quidam decrepiti inter nos, cùm aliquando propter prævaricationes ſuas decretum Perſecutionis & excidii contra ipſos promulgatum eſſet, & exercitus Chaldæorum furiosè contra ipſos inſurgeret, illos libros Legis & Scripturas ſanctas in ſpelunca quadam abdidiſſe, atq; hujus rei causâ in ſpelunca oraſſe, propterea etiam filios ſuos manè & & veſperi orare docuiſſe in ſpelunca, ſed tandem longitudine temporis & dierum oblitos eſſe & ignoraſſe, quid ſibi hæc ſpelunca velit, & quare in illa orent; tamen conſuetudinem à Patribus acceptam obſervaſſe, ignari quare id faciant: Poſt longum tempus veniſſe quendam Iſraëlitam, cupidum ſciendi quid hoc ſibi velit: cùm ingreſſus eſſet ſpeluncam, inveniſſe eam plenam libris, eosque inde eduxiſſe, & ab eo tempore illos didiciſſe Legem. Sic nobis narrarunt Patres noſtri, quemadmodum illud antiquitùs unus ab altero audivit. Illi verò duo viri è terra הגבלים *Gablim*, Mar Saul & Mar Joſeph, qui in ſe receperunt, ſe litearas meas ad Dominum meum Regem curaturos, dixerunt mihi; Ante ſex circiter annos venit ad nos Iſraëlita quidam oculis orbus, vir ſapiens & prudens, cui nomen erat מר עמרם Mar Amram, qui dixit, ſe eſſe ex terra Alcuſri ſeu Coſaræorum: fuit ille ex domeſticis Regis, ei familiaris, & honoratus apud ipſum. Cùm hoc audirem, miſi nuncios, qui ipſum ad me adducerent, ſed non invenerunt eum. Hoc tamen etiam ſpem meam confirmabat.

Quocirca hanc ad Majeſtatem tuam exaravi epiſtolam, quâ ſubmiſsè precor, ne dedignetur petitionem meam, ſed mandet ſervis ſuis, ut de his omnibus ad me accuratè perſcribant; Quis tuus ſit ſtatus, qualis terra, quæ tribus, quæ ratio Regni, quomodo Reges ſibi invicem ſuccedant, an ex certa tribu aut familia eligantur, an verò filii patribus ſuccedant, quemadmodum inter Patres noſtros uſitatum fuit, cùm in terra ſua habitarent: Significet etiam mihi Dominus meus Rex, quanta ſit ipſius terra, ejus longitudinem & latitudinem, quæ civitates muro cinctæ, & oppida; an ſit irrigua, & quouſque ſe extendat dominatus ipſius; numerum exercituum, copiarum, & ducum ſuorū. Ne quæſo Dominus meus indignè ferat, quòd quæram de numero copiarum ipſius; (Dominus illis addat &c.): Dominus meus videt, me non alio fine de hoc quærere, niſi ut exultem audiens multiplicationem populi ſancti. Velim etiam ut mihi exponat numerum provinciarum ejus quibus dominatur, ut & numerum tributorum quæ ipſi reddun-

redduntur; an dent ipſi decimas; an item continuè habitet in urbe Regia, aut an circumeat per totum terminum Dominatus ſui? an Inſulas quaſdam vicinas habeat! an quidam ex illis Judæi fiant! an ipſemet judicet populum ſuum, an verò eis conſtituat judices! quomodo in domũ Dei aſcendat! cum quibus populis bella gerat! an Bellũ pellat Sabbathum! quæ regna, quasve gentes in confiniis ſuis habeat, & quæ ſint eorum & terrarum ipſorum nomina; quæ urbes regno ejus finitimæ de בראסאן Braſan; ברדעה Bardea, דאב אל אבואב & Dab Alabuab; quâ ratione ſoleant mercatores terras tuas adire, quot Reges ante ipſum regnarint, quomodo fuerint appellati, quot annis quisque eorum regnarit! quâ linguâ loquamini. Temporibus Patrum noſtrorum fuit apud nos quidam Iſraëlita uſu rerum prudens, qui ſuam proſapiam referebat ad tribum Dan, uſque ad Dan filium Jacobi, qui eleganter loquebatur, & cuique rei ſuum nomen dabat in lingua Sancta, nec quicquam ipſi ignotum erat, & cùm Jura exponebat, dicebat, *Sic dixit Othniel, filius Kenás, ex ore Joſuæ, hic ex ore Moſis, hic ex ore Dei.* Unum adhuc peto à Domino meo, ut mihi indicet, an apud vos aliquid habeatur de ſupputatione finis miraculorum (*ultimorum temporum, h.e. de adventu Meſſiæ, & miraculoſa liberatione per eum praſtanda*) cujus exſpectatione per tot jam annos producimur, ab una captivitate ad alteram, ab uno exilio ad alterum. Quæ verò ſpes hujus rei eſt, quâ ſe confirmet is qui eam exſpectat? Utinam poſſim dare ſanguinem meum pro vaſtatione Domûs decoris noſtri, & pro liberatione eorũ, qui, ingreſſi in ignem & in aquam, à clade illa ſuperſtites ſumus, quamvis pauci de multis, & dejecti à priſtina gloria in captivitate habitamus, ut nihil habeamus quod reponamus, quando nobis quotidiè dicunt; *Quilibet alius populus ſuum habet regnum, veſtri verò nulla eſt memoria in terra.* Itaque audientes famam Domini mei Regis, & potentiam regni ipſius, multitudinem item exercituum ipſius, obſtupuimus, extulimus caput, ſpiritus noſter revixit, & manus noſtræ corroboratæ fuerunt, Regnumque Domini mei nobis præbuit argumentum ad hoc reſpondendi. Utinam fama hæc continuetur & augeſcat! hoc enim faceret ad dignitatem noſtram. Benedictus itaque ſit Deus, qui non ceſſare fecit nobis redemptorem, neque regnum à tribubus Iſraëlis. Vivat Dominus meus Rex in ſeculum. Rogaſſem quidem adhuc alia, niſi metuiſſem me moleſtum Domino meo Regi futurum multitudine verborum. Jam enim æquo fui prolixior, fateor. Rogo autem ne hoc no-

hoc nomine me culpet Dominus meus: nam ex magna ſolicitudine & cura hactenus ſum loquutus. Meum eſt errare: Tuum eſt condonare. Noſti enim captivos ægritudine nec ſui eſſe compotes, nec ſano conſilio præditos. Ego ſervus tuus non aperio oculos, niſi in medio captivitatis & paupertatis. Itaque Dominus meus Rex pro ſua clementia & manſuetudine mihi hoc nomine ignoſcat. Procul dubio non ignoras, Reges Iſraëlis olim quoque ſolitos fuiſſe ſcribere epiſtolas, & legatos mittere. Placeat itaque Domino condonare ſervo ſuo ſi quid hîc peccavit, &c. Salutem multam precor Domino meo Regi, ejus familiæ, domui, & ſolio, uſque in ſeculum, prolongent dies Ipſe & filii ejus in medio Iſraëlis!

וזאת תשובת יוסף המלך התוגרמי

אל רב חסדאי ראש גולה בן יצחק בן עזרא הספרדי הנחמד אלינו והנכבד עלינו ׃ הנה אודיעך שבא אלינו כתבך המכובד על יד ר׳ יעקב בן אליעזר מארץ נמץ ושמחנו בו וששנו על בינתך וחכמתך ואמצא כתוב בכתבך מקום ארצך ארכה ורחבה ויחוס עבד אל רחמאן המלך המולך עליה ויקר תפארת גדולתו ועזרה האל לו עד כבישתו מדינת מזרח עד שנשמע עוצם מלכותו בכל הארץ ופחדו כל המלכים אלולי שלוחי קסטנטינירה לבא בכשורות ויספרו לכם האומות מלכותינו ודיננו לפי שהייתם מכזבים אותו לפנים ולא הייתם מאמינים בו ׃ ובקשת להודיעך אמתת הדברים ממלכותינו ויחוסנו ואיך נכנסו אבותינו בדין ישראל והאיר האל עינינו ושבר קמינו עוד בקשת לדעת מדת ארצנו ארכה ורחבה והגוים אשר סביבותינו והמשלימים אתנו והנלחמים עלינו ואם יתכן לבא שלוחנו אל ארצכם לחלות פני מלככם היקר והנעים שהמשיך לבבות לאהבתו בטוב דרכיו והביאם באהבתו ביושר מפעלותיו לפי שהאומות אומרים להם כי אין לישראל מקום ממשלת וממלכה שהיו ישראל נהנים בדבר הזה והיה להם להרמת לב ומענה לשון ושבח ותהלה בעיני האומרים להם כי אין לישראל שארית ולא מקום ממשלה וממלכה ׃ ואנחנו משיבי׳ תשובתך על דבר ודבר מן השאלה ש ששאלת בכתבך תשובת הששי׳ בך והשמחים בחכמתך אשר זכרת מארצך ויחוס המולך עליה כבר נגע אלינו וכבר היו בין אבותינו אגרות דרישת שלום והדבר הזה היה שמור בספרינו ידוע לכל זקני ארצנו ונחדש מה שנקדם בין אבותינו ונשים אותה ירושה לבנינו שאלת בכתבך מאיזה אומה ומאיזה משפחה ואיזה שבט אנחנו דע כי אנחנו מבני יפת מבני תוגרמה בנו ומצינו בספרי יחוסים של אבותינו שהיו לתוגרמה עשרה בנים ואלה שמותם הראשון אגיור תירוש אוור אוגין ביזל תרנא כזר זנור בלנד סאויר ׃ אנו מבני כזר הוא השביעי כתוב אצלו שבימיו היו אבותי׳ מתי מספר והקבה נתן להם כח וגבורה ועשו מלחמה עם גוים רבים ועצומים מהם ובעזר האל גרשום וירשו ארצם וברחו וירדפו אחריהם עד שהעבירום הנהר הגדול

ששמו

ששמו רונא עד היום הזה הם חונים על נהר רונא וקרובים לקסטנטיניה ויירשו כוריים את ארצם ואחרי כן עברו דורות עד שעמד מלך אחד מהם ושמו בולאן היה איש חכם וירא אלהים בוטח בכל לבו ויסר את הקוסמים ואת עובדי עבודה זרה מן הארץ וחוסה בצל כנפיו ונראה לו מלאך בחלום ואמר לו בולאן ׃ ה׳ שלחני אליך לאמר שמעתי את תפלתך ותחנתך הנה ברכתיך והרביתיך ואקיים מלכותך עד סוף הדורות ואמסור את כל אויביך בידך ועתה עמוד בבקר והתפלל לפני ה׳ וכן עשה ׃ וירא אליו שנית ויאמר לו ראיתי את דרכיך ורציתי את מעשיך וידעתי כי תלך אחריי בכל לבבך ואני חפץ לתת לך מצות חק ומשפט ואם תשמור מצותי ומשפטי אברכך וארבך ׃ ויען ויאמר למלאך הדובר אליו אתה ידעת אדוני מחשבות לבי וחקרת כליותי שלא שמתי בטחוני אלא בך אבל העם אשר אני מולך עליהם הם כופרים לא אדע אם יאמינו בי אם נא מצאתי חן בעיניך ואם עלי יתגלגלו רחמים הראה לפלוני השר הגדול שלהם והוא יעזרני על זאת והקבה עשה כרצונו וירא לשר ההוא בחלום וכאשר השכים בבקר בא ויגד למלך והמלך קבץ כל שריו ועבדיו ואת כל עמו ויגד להם את כל הדברים האלה וייטב בעיניהם הדבר וקבלו עליהם את הדין ונכנסו תחת כנפי השכינה ׃ וירא אליו המלאך עוד ויאמר אליו הנה השמים ושמי השמים לא יכלכלוני ואתה בנה בית לשמי ׃ ויען ויאמר רבש״ע מאד אני מתבייש מלפניך שאין לי כסף וזהב לעשות כמו שיתכן כאשר ברצוני אמר לו חזק ואמץ קח עמך כל חייליך וקום לך אל ארץ רודלאן ואל ארץ ארדיל הנה נתתי פחדך ואימתך בלבם ומסרתים בידך והנה זמנתי לך ב׳ אוצרות אחד של כסף ואחד של זהב ואני אהיה עמך ושמרתיך בכל אשר תלך ותקח את הממון ותבא בשלום ותבנה בית לשמי והוא האמין בו ויעש כאשר צוהו וילחם והחרים המדינה ושב בשלום והקדיש הממון ובנה ממנו אהל וארון ומנורה ושולחן ומזבחות וכלי הקדש עד היום הזה הם שמורים בידי וקיימים אחר כן הלך שמעו בכל הארץ ושמע מלך אדום ומלך ישמעאלים ושלחו לו מלאכיהם בממון גדול ובמנחות רבות עם חכמיהם להסותו אל דיניהם והמלך היה חכם וצוה להביא חכם מישראל ודרש וחקר ושאל היטיב ושם אותם יחדיו לברר בדיניהם והיו שוברים אחד את דברי חבירו ולא היו מסכימים על דבר אחד כשראה המלך כן אמר אל כומר של מלך אדום ואל הישמעאלים לכו אל אהליכם ועד יום השלישי אני אשלח בעדכם ותבואו אלי ולמחר שלח המלך בשביל הכומר ואמר לו אני ידע כי מלך אדום גדול מאלה המלכים ודינו דין מכובד ואני חפץ בדעך אבל שואל אני מעמך שתאמר לי האמת דין ישראל ודין ישמעאל איזה מהם טוב ענה הכומר ואמר יחי אדוננו המלך לעולם דע באמת כי אין דין בכל העולם כדין ישראל שהקבה בחר בישראל מכל האומות וקראם בני בכורי ועשה עמהם נסים ונפלאות גדולות והוציאם מעבדות פרעה והעבירם בים בחרבה ורודפיהם טבע והוריד להם המן ויוצא להם מים מצור ונתן להם את התורה מתוך האש והנחילם ארץ כנען ובנה להם בית המקדש לשכון ביניהם ואחר חטאו לו ויכעס עליהם וישליכם מעל פניו ופזרם לכל רוח ולולי זאת לא היה כדין ישראל בעולם השיבו המלך כנה דברת דבריך דע באמת כי אני אכבדך ׃ ביום הב׳ שלח

המלך בשביל אל קאני של הישמעלאים וישאלהו ויאמר לו הודיעני האמת מה יש
בין דין ישראל ובין דין אדום אי זה מהם הטוב וישיבהו אלקאצי ואמר לו דין ישראל
הטוב וכולו אמת ועמהם תורת ה׳ וחקים ומשפטים צדיקים ובשביל שחטאו לו
ופשעו בו כעס עליהם ויתן אותם ביד אויביהם מה דין אדום אוכלים כל טומאה
ומשתחוים למעשה ידיהם השיבו המלך כבר דברת לי האמת ואמנם אכבדך וליום
אחר קרא לכלם יחד ויאמר אליהם לפני כל שריו ועבדיו ועמו מבקש אני מכם
שתבחרו לי איזה הטוב והישר מן הדינין והתחילו לדבר ולא היו מעמידים דבריהם
על יסוד עד שאמר המלך לכומר דין ישראל ודין ישמעאל איזה הטוב מהם ענה
הכומר ואמר דין ישראל הטוב ועוד שאל לאלקאצי ואמר דין ישראל ודין אדום אי
זה הטוב ענה האלקצי ואמר דין ישראל הטיב ויען המלך כבר הודיתם בפיכם שדין
ישראל הטוב והישר ואני כבר בחרתי כדין ישראל שהוא דינו של אברהם ואל שדי
יהיה בעזרי והכסף והזהב שאמרתם לתת לי הוא יכול לתת לי בלא צער ואתם
לכו לשלום אל ארצכם ומן היום ההוא והלאה עזרו האל שדי ואמץ את כחו וימל
את בשר ערלתו הוא ועבדיו וישלח ויבא אחד מחכמי ישראל ויפרשו התורה ויסדרו
לו את כל המצות עד היום הזה אנו על הדין הנכבד והאמתית יתברך שמו של
הקבה לעולם ומן היום ההוא שנכנסו אבותינו תחת כנפי השכינה הכניע לפנינו את
כל אויבנו והשפיל את כל האומות והלשונות אשר סביבותינו ולא עמד איש בפנינו
עד היום וכלם לנו למס על ידי מלכי אדום ומלכי ישמעאל׳ ואחר הדברים האלה
עמד מלך מבני בניו ושמו עובדיה צדיק וישר הוא חדש הממלכה והעמיד את הדיק
כדין וכהלכה והוא בנה בתי כנסיות ובתי מדרשות וקבץ לרוב מחכמי ישראל ויתן
להם כסף וזהב לרוב ויפרשו לו ארבע ועשרים ספרים ומשנה ותלמוד וכל תקון
תפלות חזנים והיה ירא אלהים ואוהב התורה והמצות ואחריו עמד חזקיה בנו ואחריו
מנשה בנו ואחריו עמד חנוכה אחי עובדיה ויצחק בנו וזבולן בנו ומנשה בנו נסי בנו
מנחם בנו בנימין בנו אהרן בנו ואני יוסף בן אהרן המכר וכלנו מלך בן מלך ולא
יוכל זר לישב על כסא אבותינו יהי רצון מלפני ממליך כל מלך שתתמיד מלכותינו
בתורתו ובמצותיו׃ ואשר שאלת מהלך ארצנו וארכה ורחבה והיא על יד הנהר
הסמוך לים גרגאן לפאת מזרח מהלך ד׳ חדשים ועל יד הנהר חונים אומות רבות
לרוב עד אין מספר בכפרים ועיירים וערי מבצר והם תשע אומות לאין חקר ומספר
להם כלם נותנים לי מס׃ ומשם יסוב הגבול עד גרגאן כל יושבי חוף הים מהלך חדש
כלם נותנים לי מס ובצד דרום חמשה עשר אומות רבים ועצומים לאין מספר עד
באב אל אבואב והם חונים בהרים וכל יושבי ארץ באסא ותנת עד ים קסטנטניה
מהלך ב׳ חדשים כלם נותנים לי מס ובצד מערב י״ג אומות רבים ועצומים חונים
על שפת ים קסטנטניה ומשם יסוב הגבול לפאת צפון עד הנהר הגדול ששמו יוג
והם יושבים פרוזות בלא חומה והולכי׳ בכל המדבר עד שמגיעי׳ עד גבול ההוגריאים
והם רבים כחול אשר על שפת הים כלם נותנים לי מס ומדת ארצם מהלך ארבעה
חדשים׃ ואני יושב על מבואות הנהר ולא אעזוב את רוסיים הבאים בספינות
לעבור אליהם וכמו כן לא אעזוב את כל אויביהם הבאים ביבשה לעבור אל
ארצם׃

ארצם ואני אלחם עמהם מלחמה קשה ואלו עזבתים היו מכחידים כל ארץ ישמעאל
עד בגדאד ועוד אודיעך שאני יושב על הנהר הזה בעזרת שדי ויש לי בתוך מלכותי
שלשה מדינות· הא׳ יושבת בה המלכה עם נערותיה וסריסיה ארכה ורחבה
חמשים על חמשים פרסה עם מגרשיה והכפרים הסמוכים לה והיושבים בה
ישראלים וישמעאלים ונוצרים ואומות אחרות מלשונות אחרות יושבים בה·
המדינה השנית ובמגרשיה ארכה ורחבה שמנה על שמנה פרסאות והמדינה
השלישית אני יושב בה עם שרי ועבדי וכל משרתי הקרובים אלי והיא קטנה ארכה
ורחבה שלש על שלש פרסאות ובין החומות הנהר מושך והולך ואנו יושבים במדינה
כל החורף ובחדש ניסן אנו יוצאין אל המדינה והולכי׳ איש אל שדהו ואיש אל גנו
ואל עבודתו ועוד כל משפחה ומשפחה יש להם אחוזת אבותיהם ידוע נוסעים וחונים
בגבולם בשמחה ושירים לא ישמע אדם קול נוגש ואין שטן ואין פגע רע ואני ושרי
ועבדי נסע ונלך מהלך עשרים פרסאות עד שנגיע לנהר הגדול הנקרא ורשאן ומשם
נסובב עד שנבוא אל קצה המדינה זו מדת ארצנו ומקום מנוחתינו והארץ אינה
גשומה הרבה ויש בה נהרות רבות מגדלים דגים לרוב ויש בה לנו מעיינות רבות והארץ
טובה ושמנה שדות וכרמים וגנות ופרדסים כלם משקים מן הנהרות ויש לנו כל עץ פרי
לרוב מאד ועוד אודיעך גבול ארצי לצד מזרח מהלך עשרים פרסאות עד ים גרגאן
ולפאת דרום מהלך שלשים פרסאות ולפאת מערב מהלך ארבעים פרסאות ואני יושב
בתוך האי שדותי וכרמי וגנותי ופרדסי בתוך האי ולפאת צפון מהלך שלשים פרסאות
נהרות ומעיינות רבות ובעזר ה׳ יושב לבטח: ועוד שאלת מדבר קץ הפלאות ואנחנו
עינינו אל ה׳ אלהינו ואל חכמי ישראל הישיבה שבירושלים ואל הישיבה שבבבל ואנו
רחוקים מציון אבל שמוע שמענו שברוב העונות תעו החשבונות ואין אנו יודעי׳ מאומה
אבל יישר בעיני אלקים ויעשה למען שמו הגדול ואל ימעט לפניו חרבן ביתו וביטול
עבודתו וכל התלאות אשר מצאתנו ויקיים בנו ופתאום יבא אל היכלו כו׳ ואין בידינו כי
אם נבואת דניאל ואל אלהי ישראל ימהר הגאולה ויקבץ גלותינו ונפוצותינו בחיינו
ובחייך ובחיי דכל בית ישראל אהכי שמו תכרת באגרתך שאתה מתאוה לראות פני
גם מאד אני כוסף ומתאוה לראות פניך הנעימים ויקר תפארת חכמתך וגדולתך ומי
יתן והיה כדברך ולו זכיתי לחתחבר עמך ולראות פניך הנכבדים והנעימים והנחמדים
אתה תהיה לי לאב ואני אהיה לך לבן ועל פיך ישק כל עמי ובדברך הייתי יוצא ובא
ובעצתך הנכונה ושלו׳ רב:

Responsum Josephi *Regis Togarmorum ad Raf Chaſdaj, Aechmalotarcham, filium Iſaaci fil. Eſræ, Hiſpanum, nobis dilectum & honoratum.*

En certiorem te reddo, epiſtolam tuam elegantiſsimam mihi eſſe redditam per R. Jacobum filium Eleaſaris è terra נמץ Namaz. Exhilarati & gaviſi ſumus tuâ prudentiâ & ſapientiâ, quam ex ea perſpeximus. Inveni in ea deſcriptionem Terræ tuæ, ejus longitudinem & latitu-

titudinem; proſapiam & genealogiam Alrachmani Regis illius, ejus magnificentiam & majeſtatem; quâ item ratione, Deo auxiliante, totum Orientem ſibi ſubegerit, ut fama Regni ejus pervaſerit totum terrarum orbem, & pavor ejus omnes Reges corripuerit. Niſi Legati illi Conſtantinæ veniſſent, & vobis enarraſſent populos regni noſtri, & mores noſtros, pro falſis omnia habuiſſetis, neque credidiſſetis ea. Petis itaque, ut tibi ſignificem accuratè omnia de Regno, & familia noſtra; quomodo Patres noſtri amplexi ſint Leges, & religionem Iſraëlitarum, Deus oculos noſtros illuminarit, & hoſtes noſtros diſſiparit; Cupis etiam ſcire terræ noſtræ longitudinem & latitudinem, gentes nobis vicinas, amicas & inimicas: annon poſſint Legati noſtri venire in terram veſtram, ad ſalutandum Regem veſtrum eximium & gratioſum, qui integritate actionum ſuarum, & æquanimitate ſuâ, omnium corda in amorem ſui, & amicitiam ſecum contrahendam, allicit? quia gentes dicant vobis, Iſraëlitas nullum habere Dominatum, nullumque regnum. Magnam, ſi hoc fieret, Iſraëlitas inde capturos utilitatem, animum ipſis additurum, & reſponſum, ac materiam gloriandi ſuppeditaturum, contra dicentes eis; Nullos Iſraëlitas ſupereſſe, qui regnum vel dominatum habeant. Ad ſingula hæc itaque tibi reſpondebimus, qui nobis gratulamur de ſapientia tua.

Quæ de terra tua, & familia Regis ſcripſiſti, jam antea acceperamus. Inter patres enim noſtros jam mutua inter nos literarum commercia fuerunt, quod in libris noſtris annotatum habemus, & ſenioribus terræ noſtræ notũ eſt. Silentio autem prætervehemur ea quæ ante nos geſta ſunt à patribus noſtris, eaq; pro hæreditate relinquemus filiis noſtris.

Quæris etiam in epiſtola tua, ex quonam ſimus populo, ex qua familia, & ex qua tribu? Scito, nos eſſe de poſteris Japheti, ex filiis Thogarmæ, ipſius filii. Invenimus in libris genealogicis Patrum noſtrorum, *Thogarmam decem habuiſſe filios, quorum hæc fuerunt nomina*, אגיור ותירוש , אוור , אתין , ביזל , תרנא , כזר , זנור , בלגד , סאויר *Agijor, Tirus, Ouvar, Ugin, Biſal, Tarna, Caſar, Sanar, Balgad, Savir.* (NB. *Joſephus Gorionides, Thogarma, ut ſuprà dictum, quoq; decem filios attribuit, ſed prorſus aliis nominibus, excepto* כזר Caſar, *vel*, Coſar, *&* בולגר *Bulgar quem ille facit primum; ſic enim ille* eos recenſet, כוזר *Coſar*, פצינך *Patzinach*, אליקנוס *Alicanus*, בולגר *Bulgar*, רגבינא *Ragbina*, טורקי *Turki*, בז *Bus*, זבוך *Sabuch*, אונגרי *Ungari*, טילמץ *Tilmaz*). Nos ſumus ex *Caſar*, vel, *Coſar*. De eo ſcribunt, quòd diebus ejus Patres noſtri exiguo fuerint numero:

Deus

Deus autem, cùm bella gererent cum multis & potentibus gentibus, dedit ipſis fortitudinem & potentiam, ut eos è terra ſua expulerint, eosque in fuga perſequuti ſint uſque ad fluvium magnum qui vocatur רונא *Rona*, ubi etiamnum hodiè degunt prope Conſtantinam; & ſic Coſaræi terram ipſorum occuparunt.

Poſt aliquot ſecula exſurrexit Rex alius, cujus nomen בולאן *Bulan*, qui fuit Vir Sapiens, Deum timens, Divinatores è medio tollens, omnem Idololatriam è terra removens, ac in Deo unicè confidens. Huic apparuit Angelus in ſomnio, dicens ad eum; *Buláne; Deus miſit me ad te, dicens tibi; Audivi orationes & deprecationes tuas: benedicam tibi, multiplicabo te, & ſtabiliam regnum tuum usq; ad finem ſeculorum, tradam etiam omnes inimicos tuos in manum tuam. Age, ſurge manè, & ora coram Domino.* Et ſic fecit Bulan. Apparet ei Angelus ſecundò, & dicit ei; *Vidi vias tuas, grata mihi ſunt opera tua, & ſcio quòd ambules coram me ex toto corde tuo: dabo tibi præcepta, ſtatuta & judicia: quod ſi obſervaveris Præcepta, ſtatuta & judicia mea; benedicam tibi, & multiplicabo te.* Reſpondet ille, & dicit ad Angelum; *Tu Domine, noſti cogitationes cordis mei, ſcrutatus es renes meos, & noſti, me fiduciam omnem nonniſi in te habere: populus autem regno meo ſubditus ſunt infideles: neſcio an credituri ſint mihi. Si inveni gratiam in oculis tuis, & ſi miſericordiâ tuâ me complectaris; appare τῷ N. Principi vel duci ipſorum magno, ut ille me hac in re adjuvet. Fecit ſic Deus, juxta ipſius voluntatem, & apparuit Principi illi in ſomnio.* Is manè ſurgens, Regi quid ſibi contigerit, narravit. Rex, congregatis omnibus ſuis Principibus & Miniſtris, totoque populo ſuo, omnia hæc ipſis indicavit. Placuit ipſis negotiũ, & receperunt in ſe Legem, atq; ingreſſi ſunt ſub alas Majeſtatis Divinæ. Hoc facto, tertiâ vice apparet ei Angelus, & dicit ei; *Ecce cæli cælorum non capiunt me, & tamen exſtrue Domum nomini meo.* Reſpondit Rex; *Domine mundi, pudore ſuffundor à conſpectu tuo: non enim habeo argentum & aurum, ad perficiendum hoc prout par eſt, & ego vellem.* Reſpondet ei Deus; *Confortare & collige animum, ſume tecum omnes tuos exercitus, & ſurge, proficiſcere in terram* רודלאן *Rudelan, & in terram* ארדיל *Ardil: en indam pavorem & terrorem tui in cor eorum, & tradam eos in manum tuam: deſtinavi tibi duos theſauros, unum argenti, & alterum auri, & ero tecum, cuſtodiam te in omnibus tuis viis quocunq; progreſſus fueris, ut opes acquiras, & ſalvus redeas, & domum nomini meo ædifices.* Credidit Rex, & fecit ſicut præcepit ei, reverſusque in pace, conſecravit opes quas acquiſiverat Deo, & ex illis conſtruxit Tabernaculum, Arcam, Candelabrum, Menſam,

Altaria, & Vaſa ſancta, quæ hodieque à me aſſervantur & ſuperſunt. His peractis ivit fama ejus in totam terram, quâ permoti *Rex Edomæorum h. e. Chriſtianorum, & Rex Iſmaëlitarum*, miſerunt ad eum Legatos cum magnis divitiis & muneribus multis, adjungentes eis quoſdam ex Sapientibus ſuis, qui eos converterent ad Religionem ipſorum. Rex verò ſapiens callidè accerſivit *Sapientem Iſraelitam*, eximiè in omnibus diſciplinis eruditum: hos inter ſe commiſit, ut ſinguli ſuæ religionis & fidei capita exponerent: qui acriter inter ſe diſputarunt, & alter alterius rationes convellere eſt anniſus, neque inter ſe conſentire potuerunt. Rex hoc videns, ſic dixit ad Sacerdotem Regis Edom, & ad Iſmaëlitas; Abite domum, & die tertio vos revocabo, ut iterùm ad me veniatis. Poſtero die miſit ad Sacerdotem Edomæum (*Chriſtianum*), & dixit ei; *Scio quòd Rex Edom major ſit quàm iſti Reges* (Iſmaëlitæ) *& religio ejus ſit præſtans: neq; diſplicet mihi religio tua: ſed peto, ut mihi dicas veritatem; Quænam duarum harum eſt melior, Iſraëlitarum an Iſmaëlitarum?* Reſpondit ei Sacerdos; *Vivat Dominus meus Rex in ſeculum! Scito, in rei veritate, in toto mundo nullam eſſe Religionem comparandam cum religione Iſraëlitarum. Deus enim elegit Iſraëlem ex omnibus populis, vocavit eos* Filium ſuum primogenitum, *fecit ipſis miracula & ſigna maxima, eduxit eos è ſervitute Pharaonis, & tranſire fecit eos per mare in aridâ, inimicos eorum ſubmerſit in mari, depluit ipſis Manna, eduxit ipſis aquas è petra, dedit eis Legem è medio ignis, poſſidendam dedit eis terram Canaan, ædificavit ipſis Sanctuarium, ut inter ipſos habitaret. Poſteaquam verò contra ipſum peccarunt, iratus in eos, abjecit illos à facie ſua, & diſperſit eos in omnes mundi plagas. Abſq; hoc, non eſſet religio in mundo ſimilis religioni Iſraelitarum.* Reſpondit ei rex; *hactenus mihi dixiſti ſententiam tuam; ſcito me te honoraturum.* Die ſecundo accerſivit Rex אל קאני *Alkáni* Iſmaëlitarum (pro קאני legendum puto אלקאצי *Alkatzi*, vel, *Alkádi*. Sic enim Schindlerus ponit in Lexico, קָאצִי & קָצִי Arabicè, *Judex, literatus in Jure, Jureconſultus, Cenſor eccleſiaſticus, Sacerdos fidei præfectus*), quem itidem conſuluit, & dixit ei; *Dic mihi veritatem, quænam eſt differentia inter Religionem Iſraëlitarum, & Edomæorum? quænam ex illis eſt melior?* Reſpondit Alkádi, & dixit ei; *Religio Iſraëlitarum eſt optima, & tota vera: illi habent Legem Dei, ſtatuta & judicia juſta: quia autem peccarunt, & prævaricati ſunt in ipſum, irâ accenſus contra ipſos, tradidit eos in manum inimicorum ipſorum. Qualis eſt religio Edomæorum? comedunt omnia immunda, & incurvant ſe operi manuum ſuarum.* Reges ſit ipſi Rex: *Tu mihi, dixiſti veritatem, ideò honorabo te.* Die inſequente convocatis omnibus

dixit

dixit eis,præſentibus omnibus principibus & miniſtris ſuis, totoque populo ſuo; *Peto à vobis, ut eligatis mihi optimam & rectiſſimam Religionem.* Cœperunt illi loqui, ſed nullo fundamento innixa erant verba ipſorum. Dixit ergo Rex; *Inter religionem Iſraëlitarum & Iſmaëlitarum, quanam eſt alteri præferenda?* Reſpondit Sacerdos Edomæus; *Religio Iſraëlitarum.* Rurſum interrogavit idem Alkatzi Iſmaëlitam: *Inter religionem Iſraëlitarum & Edomitarum quænam eſt potior?* reſpondit Alkatzi; *Religio Iſraëlitarum eſt potior.* Rex ad hæc; *Fatemini*, inquit, *ambo, quòd Religio Iſraëlitarum ſit optima & rectiſſima. Eligo itaq; religionem Iſraëlitarum, quæ eſt religio Abrahami. Deus omnipotens meum propoſitum adjuvabit: aurum & argentum, quod mihi dare voluiſtis, ipſe mihi poterit dare ſine labore & moleſtia. Vos nunc in pace abite in terram veſtram.* Ab illo tempore & deinceps auxilio ſuo adfuit ei Deus omnipotens, & corroboravit ipſum; circumcidens carnem præputii ſui, ipſe & omnes ſervi ejus. Quo facto miſit Rex & advocavit *quendam è Sapientibus Iſraëlis*, qui explicavit ipſi Legem & Præcepta. Inde in hunc diem habemus hanc religionem, laus ſit Deo in ſeculum! Et ab eo tempore, quo Patres noſtri ingreſſi ſunt ſub alas Majeſtatis Divinæ, proſtravit coram nobis inimicos noſtros omnes, & humiliavit omnes populos & linguas, qui ſunt in circuitu noſtro, nec quiſquam coram nobis ſubſiſtere potuit hucuſq;: omnes nobis tributarii ſunt per manus regum Edom & regum Iſmaël (*Chriſtianorum & Turcarum*).

Poſt hæc ſequutus eſt Rex ex filiis filiorum ejus, *Obadias* nomine, vir pius & probus. Ille reſtauravit Regnum, conſtituit Jura & religionem prout decebat juxta ritus & conſtitutiones, exſtruxit Synagogas & Eccleſias, accivit multos è Sapientibus Iſraëlis, & dedit ipſis magnam auri & argenti copiam, qui ipſi expoſuerunt Biblia, Talmud, Miſchnam, Gemaram, & ordinem precum faciendarum, timebat Deum, & diligebat Legem ac præcepta.

Huic ſucceſſit *Chiskias* filius ejus: iſti *Manaſſes*, filius: hunc excepit *Chanucha* (Chanochus), Obadiæ frater, iſtum *Iſaac* ipſius filius, poſt, *Zabulon*, f. *Menaſſe* f. *Niſſi* f. *Menachem* f. *Benjamin* f. *Aharon* f. & ego *Joſephus filius Aharonis* hujus, qui omnes Regum filii fuimus, neque poteſt extraneus occupare thronum majorum noſtrorum. Faxit ille, qui omnes Reges conſtituit, ut continuum ſit regnum noſtrum in Lege & præceptis ipſius!

Quod etiam petiiſti Terræ noſtræ quantitatem, ejus longitudinem & lati-

& latitudinem, ſcias eam eſſe ad Fluvium vicinum Mari Gargan, verſus plagam orientalem, itineris quatuor menſium. Juxta fluvium habitant populi quamplurimi & innumeri: ſunt oppida, villæ, pagi, urbes munitæ, qui omnes mihi tributum pendunt. Inde circuitu facto ad גרגאן Gargan ſunt accolæ portus maris, iter eſt menſis unius: & hi quoque mihi ſunt tributarii. Ad latus Meridionale ſunt quindecim nationes numeroſisſimæ uſque ad Bal-Abuab, qui degunt in montibus; incolæ item terræ באסא *Baſſa*, & תנת *Tanat*, uſque ad mare Conſtantinæ; iter eſt menſium duorum: Omnes hi mihi dant tributum. Ad latus Occidentale ſunt 13. populi itidem numeroſisſimi, habitantes ad littus maris Conſtantinæ, inde obverſo termino ad plagam Septentrionalem, uſque ad mare יוג *Juſag*. Hi inhabitant oppida nullo muro cincta, & occupant totum deſertum uſque ad terminum ההגריאים *Higræorum*, copioſi inſtar arenæ maris, & mihi tributarii. Terra ipſorum eſt itineris quatuor menſium. Ego verò habito ad ingreſſus fluvii, neque permitto ut רוסים *Ruſſi* in terram illorum trajiciant, bella gravia cum illis gerens: quod ſi enim hoc illis concederem, vaſtarent totam terram Iſmaëlitarum Bagdádam uſque.

Præterea ſignifico tibi, quòd ego, qui per gratiam Dei juxta fluvium habito, habeam in Regno meo tres urbes regias; In *prima* agit Regina cum gynæceo, & eunuchis ſuis. Longitudo ejus eſt quinquaginta paraſangarum, unà cum ſuburbiis & villis ei adjacentibus. In ea habitant Iſraëlitæ, Iſmaëlitæ, Chriſtiani, & alii populi, variarum linguarum. *Secunda*, unâ cum ſuis ſuburbiis, continet in longitudine & latitudine octo ſuper octo paraſangas. In *Tertia* reſideo ego cum principibus & ſervis meis, omnibusque ad miniſteria mea paratis. Hæc parva eſt: longitudo & latitudo eſt trium ſuper tria milliarium: inter muros fluvius labitur: totâ hyeme manemus intra urbem, menſe Martio egreditur quiſque in ſuos agros, & hortos, ad eos colendos. Quæque familia habet ſuam propriam poſſesſionem ex hæreditate paterna, in quam proficiſcuntur, quamque incolunt cum lætitia, & canticis: Non auditur inter nos vox exactoris, nullæ inimicitiæ, nullæ lites. Ego, cum principibus & miniſtris meis, proficiſcentes ad fluvium magnum ור״שאן *Varſchan*, vel, *Orſchan* iter emetimur 20. milliarium, inde circuimus, donec perveniamus ad extremitatem provinciæ. Hæc eſt menſura Terræ noſtræ, & locus quietis noſtræ. Porrò non habet pluvias frequentes; abundat fluviis & amnibus piſcium magnâ copiâ ſcatentibus;

tibus; habemus fontes: terra eſt bona & pinguis: agri, vineæ, horti, pomaria omnia, irrigantur à fluminibus: habemus arbores fructiferas omnis generis & magno numero.

Hoc adhuc addo; terminum terræ noſtræ verſus plagam Orientalem eſſe itineris viginti milliarium, uſque ad mare Gargan; verſus Meridionalem, triginta, verſus Occidentalem, quadraginta. Et per Dei gratiam habito ſecurè & tranquillè.

Quod inſuper rogaſti *De fine mirabilium* (*Dan. 12. 6. h. e. de Judæorum ex præſenti exilio liberatione, & in priſtinam gloriam reſtitutione per Meſsiam*); confidimus Deo noſtro, & credimus Sapientibus Iſraëlis, qui ſunt Hieroſolymis & in Babele. Nos equidem procul abſumus à Tzijone, ſed audivimus, quòd propter iniquitates noſtras ſupputationes iſtæ ſint incertæ, nec quicquam de illis ſciamus, certæ autem in oculis Dei. Ille faciet propter nomen ſuum, neque parvipendetur coram eo Vaſtatio domus ejus, cultûs abrogatio, omniſque moleſtia quæ nos obruit. Ille impleat verbum ſuum, ut repentè veniat ad templum ſuum Dominator quem quærimus, & Angelus fœderis quem optamus, Mal. 3. 1. Deus Iſraëlis acceleret Redemptionem, congreget captivos & diſperſos, vivente me, vivente te, & vivente totâ domo Iſraëlis, diligentium nomen ejus!

Tandem meminiſti in Epiſtola tua, te deſiderare videre faciem meam. Ego verò viciſsim aveo & percupio videre faciem tuam jucundam, ſapientiam, & magnificentiam tuam. Utinam fiat ſecundum verbum tuum, & mihi detur tecum conjungi, tuoque deſideratiſsimo exoptatiſsimoque conſpectu frui! Tu mihi fores in Patrem, ego tibi loco filii: os tuum oſcularetur totus populus meus: ſecundum verbum tuum exiremus & ingrederemur, rectiſsimo tuo conſilio regeremur. Vale.

In his Epiſtolis quædam diffuſiùs, quædam contractiùs, alia aliter referuntur, quàm in præſenti Opere ipſo. Regis nomen exprimitur בולאן Bulan, *quod illic reticetur nec alibi legiſſe memini. Jud*[illegible] *Ra*[illegible]*u nomen, quod R. Schem Tof nobis ſuggeſſit, hîc omittitur. Somnium Re*[illegible] *o*[illegible]*atu pluribus hîc circumſtantiis deſcribitur; Tres verò duntaxat Rex audiviſſe & accerſiviſſe refertur; Chriſtianum, Iſmaelitam, & Iſraelitam; Philoſophus omittitur, contra quos tamen inprimis etiam in hac diſputatione agitur. Regis cum illis acta & colloquia aliter narrantur. Fides ſingulorum ſit penes illorum authores. Nobis hîc nihil vel ſeritur, vel metitur,*

metitur, vel demetitur. Stolidum enim eſt, quòd R. Iſaac Akriſch hinc Regnum & Sceptrum Judaicum vult extundere. Quis enim his Legendis & narrationibus fidem habeat? Mirum, ſi tam latè patens ſit hoc regnum, tam florens & opulentum, neminem Nautarum, Mercatorum, Peregrinantium aliorum, qui navigando totum orbem circumiverunt, omniaq; inhabitata loca, quacunq; vel odorari potuerunt, adierunt, & perveſtigarunt, ſimile quid unquam, vel audiſſe, vel retuliſſe? Si Regibus Conſtantinopolitanis aliquando cum hoc Rege tantum commercium interceſſit, ſi Legati ipſorum ultrò citroq; commearunt, ſi vel bellis alios infeſtarunt, vel auxilio ſuo unquam juverunt, cur vel Turcarum & Iſmaelitarum, vel aliorum Annales nihil de eo referunt? Tùm ſi tale Judæi Regnum ibi haberent, non multum haberent, quòd hinc gloriarentur, neq; id, vel Judaicum dici poſſet, vel Iſraeliticum; Neq; enim illi vel de tribu Juda, vel decem tribuum aliquâ indigenæ Iſraelitæ, ſed proſelyti fuerunt, ex Japheti poſteris. Nulla hinc ipſis accederet conſolatio, pro perpetuatione vel Sceptri in tribu Juda, vel Regni Davidici. Mirum, illos tum temporis non majori copiâ ſe in illam terram, veluti alteram Canaan, contuliſſe, poſteaquam & illius ſitum, & itineris rationem, cognoverunt! Ponamus, Regem aliquem Gentilem ſimilem in illis terris Judaiſmum amplexum eſſe. An verò inde ſequitur, tantam Judaicæ genti gloriam, Majeſtatem, potentiam, accreviſſe, quantâ hic hyperbolicè aſſeritur! Solenne ſcilicet Judæis eſt, perpetuò veterum Patrum ſuorum gloriam ſomniare, undecunq; poſſunt, bellâ aliquâ fabellâ eam ſibi effingere, hanc variis additamentis exornare, miraculis amplificare, & ubiq; ex muſca elephantum facere. Sunt hæc revera המציאות שהמציאו לחזק ברכים כושלות ולאמץ לבות נדכאים *inventa hominum febriculoſorum, quibus in præſenti miſeria, ſua & plebeculæ ſuæ genua titubantia ſuſtentare, & corda contrita confirmare nituntur.*

Porrò quamprimùm hic liber linguâ Arabicâ conſcriptus ab Authore in manus hominum veniſſet, in linguam Hebræam à R. Jehudah Aben Tybbon translatus fuit. Eo ſæculo, ex quo ſtudia literarum poſt Imperii, Romani declinationem, inter Arabes florere cœperunt, ſoliti ſunt complures Hebræorum Linguâ Arabicâ in ſuis ſcriptis uti, per 500. circiter annos, cujus rei ipſe Aben Tybbon in Præfatione libri Chóvas hallevávos *duas reddit cauſas;* primò, *quia illa lingua ſit locupletior, & ad quævis non tantùm aptè exprimenda, ſed & jucundè exornanda atq; amplificanda, accommodatior, quàm Hebræa:* deinde, *quòd ſic etiam conſulere voluerint vulgo Judæorum, qui pleriq; tùm Hebrææ imperiti erant, & Arabicam vernaculam habebant. Quàm difficile ſit Arabica in Hebræam linguam transfundere, ipſe alicubi docet, adeò ut ſcribat,* ſe ne unum quidem vidiſſe, qui id aggreſſus, non ſplendorem & elegantiam linguæ Arabicæ corruperit, &

rit, & ſenſus aljenos induxerit. *Alioquin hic R. Jehudah Aben Tybbon tum ab utriusq; linguæ peritia, & exacta Philoſophiæ & Theologiæ cognitione, tum à plurium aliorum librorum Arabicorum erudita & fideli Verſione, paſſim celebratur. Habetur & alia Verſio cujusdam Jehudæ ben Kardanielis, cujus meminit R. Aſarias in Meor Enájim & ex ea locum quendam reſtituit par. 2. §. 57. ut ibi à nobis notatum. Hanc verò non ita eſſe perfectam, ut priorem, ſcribitur in Schalſchelet hakkabála fol. 39. col 2.*

Quàm benè autem; & an ubiq; Authoris mentem hîc vel aſſequutus ſit, vel expreſſerit, non habeo dicere, qui Arabicum nunquam vidi, nec, ſi vidiſſem, intellexiſſem. R. Aſarias in Meor enájim cap. 36. exiſtimat, illum non ubiq; rem acu tetigiſſe. Idem Conſtantinopoli ad me olim ſcripſit R. Jacob Romanus, qui Arabicum exemplar habuit, & editionem ejus trilinguem, Arabicam, Hebræam, Latinam, tùm moliebatur. Fieri etiam poteſt, ut, quod in aliis veteribus monumentis frequens, partim librariorum imperitiâ & incuriâ, partim ſciolorum audaciâ, hinc inde quædam longitudine temporis ſint depravata & corrupta. Varias enim Manuſcriptorum exemplarium lectiones paſſim notat & obſervat R. Jehudah Muſcatus.

Porrò Argumentum libri eſt, Regi huic gentili, in veram Religionem & Cultum Deo placentem inquirenti, oſtendere & perſuadere, Deum Iſraelitarum eſſe verum Deum, Cœli, Terræ, & omnium quæ his continentur, Creatorem, Conſervatorem & Gubernatorem. Ab hoc vero Deo illos Legem ſuam accepiſſe, & modum quo coli velit. Neq; enim alium Cultum Deo placere poſſe, quàm eum qui fiat ſecundum ejus voluntatem & præceptum. Legem autem intelligit, ex Judæorum principio, tam Scriptam, quàm Oralem: quia ſine poſteriori, & ejus authoritate Divinâ, Judæorum cultus, quem Regi perſuadere voluit, ſubſiſtere non poſſet.

Hac occaſione ergo præcipui Articuli Judaicæ Religionis hîc exponuntur, variæ etiam Digreſſiones aliæ Theologicæ, Philoſophicæ, Philologicæ, Cabaliſticæ &c. inſtituuntur, adeò ut vix alius ſit liber, & qui alicujus ſit authoritatis, qui tantâ brevitate tantam rerum variarum copiam comprehẽdat. Pleraq; enim breviter, ſed nervosè & concisè pertractantur, ut attentum, & vel multarum rerum jam peritum, vel ſtudioſum requirat Lectorem, qui aliunde ſupplere ſtudeat, quod hîc vel nutu tantùm, vel paucis verbis indigitatur. Hinc ſcribit de hoc Authore Jehudah Muſcatus in ſua Præfatione; הזהר בדבריו כי לשונו עט סופר מהיר בלתי שפך טפת
דיו לאין צורך עד שתאמר. טפה זו מה תהא עליה • רק הוא מבחין בין טפה לטפה
כיתרון בעל הלשון לבלתי היות מלה כפולה בלשונו אשר יתפש בה על דברים בטלים •
דהכי קיימא ליה הלך אחר הפחות שבלשונות להתחכם לו פן ירבה ונוסף ועלה לכפל
מותר ונמצא דברו נעשה חולין • זכרון לבני ישראל שהחמירו על עצמם שאפילו רואים

בו טפת דיו כחרדל ישבו עליה שבעה נקיים בדעת צלולה נכונה ומישבת · וכל היד המרבה לבדוק משובחת *h.e.* Diligenter attende ad verba ejus: nam lingua (*h.e. phraſis & ſtylus ejus*) eſt ſicut ſtylus ſcribæ velocis, qui nullam atramenti guttam ſine neceſſitate effundit, ut dici ei poſſit; *Quid ſibi vult iſta gutta?* Sed examinat & explorat unamquamq;, ceu ſcriptor accuratiſſimus & excellentiſſimus attendens, ne vel verbum aliquod linguâ ſua ingeminet, ob quod carpi & reprehendi poſſit de verbis otioſis & ſuperfluis. Sic enim prudenter apud ſe conſtituit, ſimpliciſſimo uti ſtylo, ne multitudine verborũ & orationis tautologiæ & σπερμολογίας inſimulari poſſit, & verba ejus fiant prophana ac communia. Quo commoniti Lectores eſſe debent, ut, ſi vel minimam guttulam atramenti, inſtar grani ſinapis, in eo videant, ſuper ea ſedeant, & animo ſereno atq; attento illam examinent. Et omnis manus, quæ operam dabit ſedulæ explorationi, laudabitur.

Agitur in eo de Deo, ejus Exiſtentia, Nominibus, & Attributis: De Creatione mundi: De Angelis: De Lege Dei, ſeu Sacra Scriptura, ejusq; Divina authoritate; De Traditionibus ſeu Lege orali, ejusq; origine & propagatione: De Providentia Dei tùm generali, tum ſpeciali: de Decretu Dei: de Libero Arbitrio: De Reſurrectione & Vita æterna: De Cul[illegible] Dei in genere & in ſpecie, de Precatione: de Idololatria, & aliis. His accedunt varia de Apparitionibus Divinis, de Gloria Dei inter Iſraelitas olim habitante, quæ שְׁכִינָה *vulgò dicitur, Authori noſtro frequenter* עִנְיָן אֱלֹהִי Res Divina: *de Judaici populi privilegiis & prærogativis præ aliis populis; de magna illorum olim Sapientiâ, non ſolùm Divinâ, ex revelatione Dei, ſed & Humanâ in omnibus ſcientiis artibus & diſciplinis: de dignitate & præſtantia Terræ Canaan, ipſis à Deo datæ; de nobilitate & præſtantiâ Linguæ Hebrææ, qu[illegible] uſi fuerunt; de Muſica & Poeſi ſacra; de Anima ejusq; natura, immortalitate, & facultatibus; de Prophetia & prophetis; & alia innumera. In his omnibus ſimul plurimorũ habentur locorum Scripturæ expoſitiones. Summa: vix quicquam ad Hebræorum ritus & dogmata ſpectans occurrit, quod non in hac diſputatione aliquâ ſaltem ratione attingatur. Cabaliſticæ etiam doctrinæ myſteria & arcana pandit ex libro* Jezirah. *Unde Joh. Reuchlinus de Arte Cabaliſtica libro primo, hunc ad Cabaliſticos authores retulit, ita de eo ſcribens:* Exſtat demùm liber elegantiſſimus in Cabala, adverſum Philoſophaſtros, nomine *Alkozer* more Arabico (*Al* articulus eſt Arabicus), quem compoſuit R. Juda Levi, cujus hæc ſunt verba: כי אין קבלה טובה אלא עם הלב טוב id eſt, *Quòd non ſit Cabala bona niſi cum corde bono.* Ubi plurimùm viſus eſt ſapienter à tam ſancta contemplatione malignos

malignos Sophiſtas repuliſſe, qui, tanquam muſcæ morientes, omnem unguenti quantumvis pretioſi ſuavitatem perdunt.

Diſputationem autem ſuam dirigit potiſſimùm, primò *contra* Philophos gentiles & infideles; *quia eo tempore ſicut inter Chriſtianos, ita etiam inter Arabes, & quoſdam etiam Judæos, Philoſophia Scholaſtica ſtudium maximè viguit, ut neglectâ & poſthabitâ Scripturâ, omnia dogmata conati ſint ratiocinationibus humanis probare & confirmare; docens, longe firmiores demonſtrationes ex Scriptura & Lege Dei, quàm Ratione humanâ peti. Et hac occaſione multa habet de dogmatibus & fundamentis* Loquentium, *celebris inter Arabes Philoſophorum ſectæ.* Deinde *ex profeſſo agit etiam contra* Karraitas, *Judæorum ſectarios, qui Traditiones Rabbinorum omnes, quæ ſub ſpecioſo* Legis oralis *nomine venditantur, rejiciebant, illarum αὐθεντίας, divinam originem, & propagationem, magno niſu aſſerens & defendens; horum dogmata, eorumq; incertitudinem & imperitiam vellicans & refutans.*

Hinc Ephodeus in Præfatione Operis ſui Grammatici ἀνεκδότου, iis, qui Philoſophia ſtudio ſe cupiant addicere, ſuadet, ut prophylactici & antidoti loco priùs legant duos hos libros, More hannevóchim Majemonidis, & Coſri R. Jehúdæ Levitæ, *quo ex illis contra Sophiſmata & Seductiones Philoſophorum præmuniantur:* Quod ſi, *inquit*, quis deſiderii vehementioris, & concupiſcentiæ humanæ vi victus, velit aggredi ſtudium aliarum quoque ſcientiarum, Naturalium præſertim ſeu Phyſicarum, & Methaphyſicarum Philoſophi Græci (*Ariſtotelis*) hicque morbus apud ipſum invaleſcat, ut ſanari aliter nequeat; ei, ad evitandum omne periculum, & ne hoc ipſum in pernicioſos labyrinthos præcipitet, atque adeò in perditionem ipſam, præſcribam hîc remedium pro morbo ejus, & conſilium ſaluberrimum ſuggeram; ut ſcilicet ante omnia præparationis loco præmittat lectionem eximii libri, quem compoſuit vir ſapientiſſimus & excellentiſſimus R. Jehúdah Levita, in quo ad Regis Coſaræorum objectiones ex Ariſtotele depromptas & fundamentis Legis oppoſitas, reſpondet. Illic enim appoſitiſſimas, veriſſimas, & ſolidiſſimas adducit rationes pro ſtabiliendis fundamentis Legis Divinæ, ut nō opus ſit habiturus ipſemet ulteriori inquiſitione & operoſo ſtudio: ſimul etiam tutus erit, מהסתכן בשורש הרוש והלענה הפורה: בפרדס חכמותיהם עם פרי מגדיהם כפריהם ונרדיהם ne periculum ipſi creetur à Radice venenata & amara, quæ effloreſcit è horto Sapientiæ ipſorum, & una ſuccreſcit cum pretioſis fructibus & floribus illorum. Deinde, præmiſsâ præſervativæ loco hac medicinâ, confirmationem

umbilico ejus afferet liber inæſtimabilis & incomparabilis, cui ſimilis in nulla unquam natione ad hunc uſq; diem eſt compoſitus, cujus nomen, ex Lege deſumptum, eſt מורה הנבוכים *Doctor perplexorum* (*Exo* 14. 13.) cujus Author, corona & ornamentum Doctorum Legis & Sapientiæ, אחרון הגאונים בזמן ראשם בחשיבות Geonæorum ultimus tempore, dignitate primus, Rabbi Moſes ben Majemon. Hujus lectio neceſſe eſt ut poſteriore loco fiat, quia ipſemet dixit, *Verba ſua non eſſe niſi pro iis, qui Philoſophiâ jam ſunt imbuti:* quod etiam deprehendet ex profunditate quæſtionum, & gemmis ſententiarum ejus, is qui intellectu claro eum legerit. In eo enim libro ſummâ diligentiâ conatus eſt ita ſtabilire fundamenta Legis Divinæ, prout dictitat ratio & inquiſitio intellectualis. *Hactenus ille.*

Cæterum, non negandum, vel diſſimulandum, multa in his occurrere, quæ Judaicam ſuperſtitionem & errorem redolent. Eos ſcopulos autem prudens & eruditus Lector facilè poterit obſervare, & declinare.

Quod ad Editionem & recenſionem *attinet, uſus ſum ad eam duobus exemplaribus, quorum prius ſine ullis Commentariis, impreſſum eſt Venetiis, Anno Jud. 307. Chriſti 1547. alterum cum Commentario R. Jehuda Muſcati, Venet. Anno 1594. inter quæ, ſi quæ notatu digna differentia quandoq; occurrit, eam notavimus. Antiquius exemplar aliquoties nonnulla ſuppeditavit, quæ in recentiori cautè ſunt vel omiſſa vel caſtigata: quæ etiam plerumq; monuimus. In altero ſubinde ex diverſis codicibus variæ annotatæ ſunt lectiones, è quibus eas plerumq; ſum amplexus & expreſſi, quæ ſenſui videbantur accommodatiſſimæ. Imitatus hac in parte Muſcatum, qui ipſe de ſe ſcribit, ſe antiquius exemplar impreſſum ſequutum eſſe, aliquando alios etiam codices contuliſſe, quandoq; ſed rariùs, proprio judicio uſum, quædam reſtituiſſe, maximè ubi errata Typographica & librariorum irrepſiſſe animadverterit.*

In vertendo *eam ſtudui obſervare rationem, ut, medium tenendo, neq; à verborum proprietate & ſeriè nimiùm recederem, neq; etiam preſſè nimiùm illis adhærerem & inſiſterem, ſed ita ſingula, quoad fieri potuit, exprimerem, ut & Authoris mentem Lector intelligere, & ectypi cum archetypo convenientiam agnoſcere & invenire poſſit. Itaq; elegantiam Linguæ Latinæ nemo hic quæret, neq; eam neglectam culpabit. Satis in his præſtat, qui fideliter genuinum rerum & verborum ſenſum aliâ linguâ exhibet. Quæ nimis breviter & conciſè ab Authore dicta videbantur, paraphraſi paulò latiore explicanda duxi, quæ vel obſcuriora, vel difficiliora, ea Notis meis illuſtrare & clariora reddere ſum conatus. Eas quandoq; textui ipſi parentheticè, compendii causâ, diſtincto tamen charactere, inſerui;*

inſerui, quandoq;, ſi prolixiores fuerunt, paragraphis ſuis ſeparatim ſubjunxi. Fateor quædam occurriſſe loca, quæ non ſolùm mihi ἄπορα prorsùs & inexplicabilia fuerunt, ſed & ipſi Muſcato, hujus libri commentatori Hebræo crucem fixerunt; maximè parte ſecundâ, ubi de Linguâ Hebræa agit, & Grammaticalia quædam tractat, ad ſui, quo vivebat, ſæculi genium & ſtylum accommodata, nobis hodiè minùs explorata. Sic in Philoſophicis terminos ſuos peculiares quandoq; habet, qui alicubi difficultatem & ambiguitatem pepererunt. De pleriſq; autem hujusmodi locis paßim monui. Si non ubiq; ſcopum attigi, qui intelligit, quantam difficultatem habeat, Scripta ex Arabica lingua in Hebræam transfuſa, rurſus in aliam convertere, facilè mihi veniam dabit. Hanc difficultatem auxit rerum contentarum profunditas & maxima varietas, quæ Interpretem requirunt non tantùm Linguæ peritum, ſed & in omni panè ſcibili exercitatum & ſubactum. Quæ enim eſt ſcientia, quam ille hîc non attingat? Quis verò eſt qui in omnibus perfectus eſſe queat? Memor etiam erit benignus Lector, quod ſuprà diximus, quædam loca eſſe, quæ rectè forſan ab Interprete Hebræo verſa, à librariis & ſcribis ſeu ſciolis, ſeu imperitis, corrupta ad nos pervenerunt. Quæ non aliunde meliùs, quàm ex Originali Arabico poſſent reſtitui, ſi quis eo potiri, & ſimul uti, poſſet. Epimetri loco, ſub finem, ad loca quædam ulterius illuſtranda, Diſſertationes aliquot Rabbinicas adjeci, Lectori ſpero non ingratas, nec inutiles futuras; veluti, Quam ob cauſam Hebræi Romanos ſeu Chriſtianos *Edomæos* vocent? De Lepra Veſtimentorum & Ædium: De Poeſi veteri Hebraica & Sacra, ex variis Authoribus collectanea: De Principii Anni apud Hebræos, & Novilunii conſecratione, contra Karraitas. *Ἐπικρίσιν verò his nullam adjeci, quia id hac vice nec temporis, nec valetudinis, nec aliarum occupationū ratio mihi permiſit. Ne quid ſtudii deſideretur, ſubjuncti ſunt Indices, tùm locorum Scripturæ allegatorum & illuſtratorum, tùm etiam Rerum præcipuarum. Rabbiniſmi ſtudioſi, qui Verſionem cum Hebræo conferre non pigrabuntur, haud exiguam inde utilitatem reportabunt, maximè ad Philoſophica Hebræorum Scripta tantò faciliùs intelligenda, quæ utplurimum ſunt difficillima. Horum profectibus ut hac quoq; vice conſulere, Hebraiſmi ſtudium promovere, de omnibus benè mereri, unicè nobis fuit propoſitum. ita ut conatibus & laboribus noſtris benignè boni quiq; faveant, & quæ noſtra tenuitas præſtare potuit, æqui boniq; conſulant, opto; Deum ſimul rogans, ut omnia noſtra ſtudia vergant ad Nominis ipſius gloriam, Eccleſiæ ædificationem, & noſtram ſalutem! Amen.*

FINIS.

SUMMA

SUMMA PRIVILEGII
S. Romani Imperii VICARII.

CAROLI LUDOVICI, Dei gratiâ, Comitis Palatini Rheni, S.R.I. Architheſaurarii & Electoris, ejusdemq; in partibus Rheni, Sueviæ, & Juris Franconici, Proviſoris & Vicarii, Ducis Bavariæ, Privilegio cautum eſt, ne quis ea, ſeu Propria, ſeu Paterna Opera, quæ JOHANNES BUXTORFIUS Filius, S. Theologiæ & Linguæ Hebrææ in Academia Baſilienſi Profeſſor, ſuis Sumptibus, vel de novo editurus, vel ſuo ſtudio & labore recenſita, locupletata, aucta, notis illuſtrata, vel quacunque ratione emendata, recuſurus eſt; ullo modo, ſive collectum, ſive diviſim, intra ſpacium viginti annorum, à prima editionis die cujusque Operis computandorum, in S. Rom. Imp. imitari, interpolare, transformare vel recudere, aut alii recudenda dare, vel etiam alibi impreſſa vendere, diſtrahere, clàm palàm, citra prædicti JOHANNIS BUXTORFII, vel Hæredum ipſius, & jus vel cauſam ab eo habentium, voluntatem & conſenſum ſpecialem, præſumat, ſub pœna amiſſionis Librorum illorum, & mulcta Decem marcarum auri, partim fiſco Imperiali, fraudis vindici, partim dicto Impetranti, pendendâ; prout latùs in Originali habetur, Dato Heidelbergæ 12. die Novembris, Anno 1657.

COSRI

PARS PRIMA.

אמר יהודה בן שאול ז"ל
אמר המחבר

Dicit Jehudah Filius [1.] *Saulis Aben Tybbon*; [2.] *dicit Author* (i.e. R. Jehudah Hallévi:)

שאול שאלו אותי על מה שיש אתי מן הטענות והתשובות על החולקי' עלינו מן הפילוסופי' ואנשי התירות חוץ מהנוצרים ועל המיני' החולקים על המון ישראל חכרתי מה ששמעתי כבר מטענו' החבר אשר היה אצל מלך כוזר הנכנס בדת היהודים היום כארבע מאות שנה כאשר נזכר ונודע בספרי דברי הימים כי נשנה עליו חלום פעמי' רבות כאלו מלאך מדבר עמו ואומר לו כונתך רצויה אצל הבורא אבל מעשיך אינם רצוי'

I. Cùm ſæpenumero ex me quæſitum eſſet, quænam Argumenta & Reſponſiones haberem contra diſſentientes à nobis ex Philoſophis, & variarum Religionum hominibus, [3.] exceptis Chriſtianis; contra [4.] Hæreticos item noſtros, à communi ac recepta Judæorum religione deflectentes, ſubiit animum quod olim audiveram de Rationibus & Argumentis [5.] *Socii*, h. e. *Sapientis cujusdam Doctoris Judaici*, qui agebat apud *Regem* [6.] *Coſar*, qui annis abhinc quadringentis amplexus eſt Religionem noſtram, prout memoriæ proditum, & notum eſt ex Annalibus & Hiſtoriis. Huic Regi ſæpiùs iteratum fuit ſomnium, ac ſi Angelus cum ipſo loqueretur, & ad eum diceret; *Intentio tua grata & accepta*

eſt Creatori, ſed opera tua non ſunt accepta. Adeò autem devotus & aſſiduus fuit in Religione Coſaritica, ut ipſemet ſerviret & vacaret Cultui Templi & oblationibus, idq; corde integro & ſyncero. Quotieſcunq; autem & quandocunq; occupabatur actionibus illis, veniebat Angelus ad eum noctu dicens; *Intentio tua accepta eſt, ſed opus tuum non eſt acceptum.* Quæ res occaſionem ipſi præbuit, in Veritatem fidei & religionis inquirendi, ut Judæus tandem fieret & ipſe, & multus populus Coſariticus cum ipſo. Inter rationes enim & argumenta Socii Judaici talia erant, in quibus animus ejus acquievit, quibuſq; mens ipſius aſſenſum præbuit. Viſum itaq; mihi eſt res illas, prout geſtæ ſunt, deſcribere, Qui ſapientes ſunt, advertent & intelligent.

Hiſtoria ita refertur; Cùm *Rex Coſar* in ſomnio ſuo vidiſſet, Intentionem quidem ſuam Creatori gratam eſſe, ſed Opus ipſius nequaquam; atque in ſomnio ſuo etiam juſſus fuiſſet inquirere in Actionem illam quæ Deo grata eſſet, *Philoſophum* quendam clarum & celebrem illo tempore rogavit de Fide ſua, quidnam ſc. ipſe crederet! Hic *Philoſophus* reſpondit ipſi; Apud Creatorem neq; eſt Benevolentia, neq; Odium: Ille enim exemptus eſt ab omni voluntate & intentione: Nam Intentio docet de imperfectione Intendentis, & Conſummatio Intentionis eſt ejus Perfectio, ut dum nondum ea perfecta eſt, ipſe ſit imperfectus. Sic exemptus eſt, juxta Philoſophos, à Cognitione particularium circumſtantiarum ipſarum rerum, quia illæ mutantur; in Deum autem nulla cadit mutatio, & Deus Te (*ut individuum ſingulare*) non cognoſcit, multò minùs Intentionem & Actiones tuas, nedum

רצוי' והוא היה משתדל מאד בתורת כוזר עד שהיה משמש בעבודת ההיכל והקרבנות בעצמו בלב שלם וכל אשר היה משתדל במעשים ההם היה המלאך בא אליו בלילה ואמר לו כונתך רצויה ומעשיך אינם רצוים וגרם לו זה לחקור על האמונות והדתות והתיהד בסוף הוא ועם רב מהכוזרים והיו מטענות החבר מה ש שנתיישבה נפשו עליהם והסכימו לדעתו וראיתי לכתוב הדברי' ההם כאשר נפלו ו והמשכילים יבינו :

אמרו כי כאשר ראה מלך כוזר בחלומו כי כונתו רצויה אצל הבורא אבל מעשהו איננו נרצה וצוהו בחלום לבקש המעשה הנרצה אצל הבורא שאל פילוסוף אחד שהיה בדורו על אמונתו ואמר לו הפילוסוף אין אצל הבורא רצון ולא שנאה כי הוא נעלה מכל החפצים ומכל הכונות כי הכונה מורה על חסרון המכוין וכי השלמת כונתו שלמו' לו ובעוד שלא תשלם הוא חסר וכן הוא נעלה אצל הפילוסופים מידיעת חלקי הדברים מפני שהם משתנים ואין בידיעת הבורא שנוי והוא אינו יודע אותך כל שכן שידע כונתך ומעשיך וכל שכן שישמע ת

תפלתך ויראה תנועותיך ואם
יאמרו הפילוסופים שהוא
בראך הם אומרים זה על דרך
העברה מפני שהוא עלת
העלות בבריאת כל נברא לא
מפני שהוא בכונה מאתו ולא
ברא מעולם אדם כי העולם
קדמון ולא סר האדם נולד
מאדם שקדמו מתרכבו' בו
צורות ומזגים ומדות מאביו
ומאמו ושאר קרוביו והאיכות
מן האוירים והארצות והמזונו'
והמימות עם כחות הגלגלי'
והמזלו' והחיילים בערכים
ההוים מהם והכל שב אל
הסבה הראשונה לא בעבור
כונה ממנה אבל הוא אצילו'
נאצלת ממנה סבה שנית ואחר
כן שלישית ורביעית והדבקו
הסבות והמסובבות ו
והשתלשלו כאשר אתה רואה
אותם והדבקו קדמון כאש'
הסבה הראשונה קדמונית
אין לה תחלה ולכל איש מאישי
העולם סבות שבהם יגמר
כפי ההרכבות והאיכיות ויש
איש שנשלמו סבותיו ובא שלם
ואיש שחסרו סבותיו ובא חסר
ככושי אשר לא הוכן ליותר
מקבול צורת האדם והדבור
בתכלית החסרון והפילוסוף
אשר לו נתכנו תכונות יקבל
בהם המעלות המדותיות
והמדעיות והמעשיות ולא חסר
מאומה מן השלמות אבל

nedum ut audiat Orationem tuam, aut videat motus tuos. Quod ſi Philoſophi dicant, Ipſum creaſſe te, dicunt id per Translationem, quia ipſe eſt Cauſa Cauſarum omnium rerum creatarum, non quòd unaquæq; ſit intentionaliter ab ipſo. Imò Ille à ſæculo nullum creavit hominem; Mundus enim eſt ęternus, neq; unquam ullus homo, non ab alio præcedente prognatus, extitit: Compoſitio formarum, temperamentorum, & morum, originem ducit à Patre & Matre, cæteriſque propinquis ſuis; & Qualitates, ab aëre, terra vel regione, & cibis atque aquis, ut & à Virtutibus Orbium cœleſtium (ſeptem Planetarum) ſignorum Zodiaci, cæterarumque ſtellarum, pro illarum poſitione & rerum generatarum conditione: Omnia tamen referuntur ad Cauſam primam, non ratione Intentionis illius; ſed propter Emanationem, quâ Cauſa ſecunda ab Ipſo emanat, ut & tertia, quarta &c. Et hocpacto cohærent Cauſſę & Cauſſata, & concatenata ſunt inter ſe prout illa vides, hæcque cohærentia eſt æterna, quemadmodum Cauſa prima æterna eſt, nullumque principium habet: Individua ſingula in hoc mundo cauſas habent, per quas perficiantur quoad compoſitiones & qualitates. Sic eſt Individuum, cujus cauſæ ſunt perfectę, unde & ipſum perfectum prodit; aliud, cujus cauſæ ſunt imperfectæ, unde & illud imperfectum fit; Sic, Verbi gratiâ, *Aethiops* ad nihil aliud eſt aptus, quàm ad receptionem Formæ humanæ, & Sermonis, cum ſumma imperfectione: *Philoſophus*, in quo omnes qualitates aptè ſunt diſpoſitæ, per illas recipit Virtutes morales, ſcientificas, & practicas, nec quicquam ei deeſt ad perfectio-

nem; quamvis illa perfectio adhuc ſit in potentia, & opus habeat ut educatur in actum inſtitutione & doctrinâ, donec appareat Qualitas illa quam habet ſeu in perfectione, ſeu in imperfectione (h. e. *ſive major*, *ſive minor*, *prout Gradus ſunt illorum*): & horum qui intermedium obtinent gradum, infinitus eſt numerus: *Perfecto* autem Lux quædam Divina adhæret, quæ vocatur Intellectus agens vel practicus, cui Intellectus ejus paſſivus adhæret per modum unitionis arctiſſimæ, ita ut nulla videatur differentia inter Virum illum, & Intellectum agentem, omniaque illius membra una ſint, neque applicant ſe niſi ad actiones perfectiſſimas, temporibus commodiſſimis, & ad res optimas; prorſus ac ſi omnia ejus membra organa eſſent Intellectus agentis, non Intellectus materialis paſſivi; & cùm antea illis (*membris*) uſus eſſet tantùm in potentia, ante perfectionem conſequutam, aliquando peccans, ſæpiùs aberrans, nunc continuò benè agit. Atque hic Gradus ſummus eſt, ad quem pertingere, quemque ſperare poteſt homo perfectus, quo, poſteaquam anima ejus purificata eſt à dubitationibus, intelligit ſcientias in veritate ſua, Angelis ſimilis redditur, Angelicamque quaſi in naturam convertitur, à corporeitate omni abſtractam; eſtque Gradus Intellectus agentis, qui eſt Angelus, cujus gradus eſt inferior Angelo qui præfectus eſt Orbi Lunæ, & ſunt ambo Intelligentiæ à materia abſtractæ, æternæ unà cum Cauſa prima, neque unquam conſumptionem vel interitum metuendum habent: & Anima

השלמות הזה בכח צריך
בהוצאתו לידי מעשה אל למוד
ומוסר עד שתראה התכונה על
הענין אשר הוכנה לו מן
שלמות וחסרון ואמצעיים אין
להם תכלית והשלם ידבק בו
מן המין האלקי אור שהוא
נקרא השכל הפועל ידבק בו
שכלו הנפעל דבקות ה
התאחדות עד שיראה האיש
ההוא והשכל הפועל אין ביניה'
שנוי וישובו כל כליו אחדים
ר״ל איברי האיש ההוא ולא
ישתמשו כולם אלא במעשים
היותר שלמים ובעתים היותר
נכונים ובטוב שבענינים
וכאלו כל כליו הם כלים
לשכל הפועל לא לשכל ההיולי
הנפעל שהיה בתחלה משתמש
בהם טרם הוצאתו לידי
שלמות בכח והיה מטיב פעם
וחוטא פעמים וזה מטיב
תמיד ׃ והמדרגה הזאת היא
תכלית ההגעה המקוה לאד'
השלם אחרי אשר תשוב נפשו
מטהרה מן הספיקות מבינת
החכמות על אמתתם ותשוב
כאלו היא מלאך ותשוב גם
במדה המלאכותית הנפרדת
מן הגופות והיא מדרגת
השכל הפועל והוא מלאך
מדרגתו למטה מן המלאך
הממונה בגלגל הירח והם
שכלים מופשטים מחומרים
קדומים עם הסבה הראשונ'
ואינם יראים הכליון לעולם
ותשוב נפש האדם השלם

hominis

והשכל ההוא הפועל דבר אחד
ולא יחוש לכליון גופו ואיבריו
מפני ששב הוא ואותו דבר
אחד ונחה נפשו בחיים מפני
ששב נפשו בכת הרמס ו
ואסקלביוס וסקראט ו
ואפלטון ואריסטו כי הוא והם
וכל מי שעלה אל מדרגת'
והשכל הפועל דבר אחד עומד
לעד וזהו אשר יכונה ברצון
האלהים על דרך העברה
או על דרך הקירוב : רדפהו
ובקש ידיעת אמיתת הדברי'
עד שישוב שכלך פועל לא
נפעל והדבק בדרכי הצדיקים
במדות ובמעשים כי הם עזר
בציור האמת ודבקות הלמידה
וההדמות לשכל ההוא הפועל
ותכף לזה תעלה בידך מדרת
ההסתפקות והשפלות ו
והכניעה וכל מדה מעולה
עם ההגדלה שמרוממים
לסבה הראשונה לא כדי שיחנן
רצינו ולא להסיר מעליך קצפו
אבל בעבור ההדמות אל השכל
הפועל בבחירת האמת וספור
כל דבר במה שהוא ראוי לו
ודעתו כאשר הוא ואלה הם
ממדות השכל וכאשר תהיה
על התכונה הזאת מן האמונה
אל תחוש על אי זה תורה
תהיה ובאי זה דת ואי זה
מעשה ובאי זה דבור ובאי זה
לשון אתה או בדה לעצמך דת
לעניין הכניעה ולרומם ולשבח
ולהנהגת מדותיך וביתיך ו
ואנשי מדינתך אם הם סומכים

hominis perfecti, atque Intellectus agens fiunt unum; neque curat, licet Corpus & membra ſua conſumantur, quia Ipſe & illa res unum ſunt, animaque ejus requieſcit in vita, eò quòd adjungatur cætui vel claſsi [7.] Hermetis, Æſculapii, Socratis, Platonis, & Ariſtotelis: Ille enim, & quicunq; ad gradum illorum pervenerunt, cum Intellectu agente unum ſunt, perſtantes in æternum. Atque hoc eſt quod nominatur *Benevolentia Dei* per translationem & [8.] accommodationem ad capacitatem Intellectus noſtri. Ad hunc ergo gradum contende, & quære ſcientiam rerum veram, donec Intellectus tuus ſit Agens, non Patiens, adhære viis juſtorum in Virtutibus (habitualibus) & Actionibus (honeſtis); hæc enim juvant conceptus veritatis, ut & aſsiduum ſtudiū, & conformationem cum Intellectu agente; (quod ſi feceris) ſtatim aſcendet in manum tuam, h. e. conſequeris Αὐταρκείαν, Humilitatem, omnemq; adeò Virtutem laudabilem & eximiam, & celebrabis unà cum illis Cauſam primam; non ut vel promerearis Ejus benevolentiam, vel Iram à te avertas, ſed ut aſsimileris Intellectui agenti in probatione veritatis (h.e. *in vera cognitione cujusq; rei*) deq; re quavis diſſeras, prout ei eſt conveniens & ſeſe habet, quæ ſunt dotes Intellectus. In hac Fidei qualitate ubi fueris, perinde tibi eſto, in quacunq; Lege ſeu religione fueris, in quibuſcunque actionibus, in quacunque oratione aut lingua fueris; vel tibi ipſi forma religionem, quā exciteris ad Humilitatem, ad Dei laudem & gloriam, & ad regendos mores tuos, domeſticorum tuorum, & regionis tuæ; ſiquidem ipſi tibi

fidant, & obediant; vel ſume doctrinam Legum Intellectualium prout eam Philoſophi conſcripſerunt, proponeq; tibi pro ſcopo & fine, Animæ tuæ puritatem: Summa, Quære puritatem cordis, quacunq; ratione tibi commodisſimum & rectisſimum videtur, poſteaquam conſequutus es intelligentiam Artium & diſtiplinarum veram, & voti tui compos fies, ut adhæreas vel uniaris Intellectui agenti; quinimò fieri poteſt, ut te quoque prophetare, futuraq; ſcire faciat, per Somnia vera, & Viſiones fidas ac certas.

עליך ושימעי' אליך או קח לך לדרית הנימוסי' השכליי' אשר חברו הפילוסופים . ושים מגמתך וכונתך זוך נפשך וכללו של דבר בקש זוך הלב באי זו אופן שיתכן לך אחרי אשר תבין כללי החכמו' על אמתת' ואז תגיע אל בקשתך ר"ל הדב' ברוחני ר"ל השכל הפועל ו ואפש' שינבא אותך ויודיעך העתידות בחלומו' אמתיים ומראות נאמנות :

N O T Æ.

[1.] *Sic in utraq, editione hic Author vocatur Jehudah* Filius Saul Aben Tybbon. *Sed in Schalſchelet hakkabbala, Jehuda* Filius שמואל Samuelis. *R. Jehuda Muſcatus in Præfatione hujus libri ſcribit:* Translator iſte eſt unus è præſtantisſimis Interpretibus, qui etiam tranſtulit librum *Chóvas hallevávos*; & fuit Pater R. Samuelis Abben Tybbon, qui tranſtulit librum *More hannevóchim*. Itaq; in Schalſchéleth שמואל vitioſè eſt pro שאול.

[2.] *Hæc verba malè omiſſa ſunt in prima editione. Nam verba, quæ ſequuntur, non ſunt iſtius Sauli Aben Tybbon, ſed ejus qui linguâ Arabicâ librum conſcripſit, R. Jehudah Hallévi.*

[3.] חוץ מהנוצרים Exceptis Chriſtianis.] *Hæc verba non habentur in prima editione, ſed in ſecunda. Unde videntur addita, ad vitandam ſuſpicionem, quaſi & contra Chriſtianos hæc diſputatio eſſet directa. Interim verum eſt, illum ex profeſſo Chriſtianos in hac Diſputatione non attingere, niſi quòd ab initio in ſeq. eorum mentionem faciat.*

[4.] וְעַל הַמִּינִים Contra Hæreticos.] *Hîc volunt, illum intelligere ſectarios Judæorum, Karraitas, Sadduceos, & Baithoſeos, Legem Oralem & Traditiones omnes rejicientes, pro quarum* ἀυθεντίᾳ *& neceſſitate acriter diſputat.*

[5.] חָבֵר *Socii.*] De hac voce vide Lexicon Talmudicum. Hic autem Socius fuit vocatus R. Iſaac Sangari. Vide Tractatum meum de Punctis par. 2. cap. 4.

[6.] מלך כוזר Regem Coſar] *Ego puto eſſe nomen viri* Coſroes, *quod Perſicorum Regum olim fuit. Jehudah Muſcatus vult nomen eſſe terræ, q.d.* apud Regem terræ Coſar, *& adducit authoritatem ex Joſepho, ab initio*

Hiſtoriæ ſuæ, ſcribente; מתוגרמה הם עשרת משפחות מהם כוזר ופצינך וכו׳ Ex Thogarma fuerunt decem familiæ, è quibus כוזר, פצינך. *Ego verò in meo Joſepho Latino iſta verba, vel eis ſimilia, non reperio. R. Abraham Hiſpanus filius R. Chijæ in Sphæra ſuâ, portâ primâ cap. 6. in Climate ſexto verſus Orientem, ponit* כוזר, *per quam Munſterus putat intelligi Scythiam exteriorem. Sic pro Regione aliqua videtur ſumi infrà* §. 100. *& par.* 2. §. 1.

[7.] R. Jehuda, ex libro חשב האפוד adducit, ibi citari ex ספר תולדות החכמים *Libro Generationum ſapientum*, juxta illorum ſententiam, Hermem ſeu Hermetem eſſe Enochum antiquum, qui varias Leges reliquerit, juxta conſuetudines Deorum terrarum, & fixerit feſtum in principiis Menſium juxta phaſin Lunæ: & perfectionem ejus celebrem fuiſſe in diebus illis, maximè in Sapientia Divina, (Theologia); unde de eo dicatur; *Et ambulavit Henoch cum Deo &c.*

[8.] וְקֵירוּב Et accommodationem, *locutio conciſa, quod plenius effertur*, וְקֵירוּב לְשִׂכְלֵנוּ Et accommodationem ad intellectum noſtrum.

כ אמר הכוזרי ורואה אני דבריך נכוחים ומספיקי׳ אך אינם מפיקי׳ לשאלתי מפני שאני יודע בעצמי כי נפשי זכה ומעשי ישרים לרצון הבורא ועם כל זה היתה תשובתי כי המעשה הזה איננו נרצה אף על פי שהכונה רצויה ואין ספק שיש מעשה שהוא נרצה בעצמותו לא כפי המחשבות ואם איננו כן מה לאדום ולישמעאל שחלקו היישוב נלחמים זה בזה וכל. אחד מהם זכה נפשו וכונתו לאלהים ונבדל ונפרש וצם ומתפלל והולך ומגמתו להרוג את חבירו והוא מאמין שהריגתו צדקה ג גדולה וקורבה אל הבורא ית׳ וכל אחד מאמין כי הליכתו

II. *Coſri:* Video ego verba tua eſſe recta & plauſibilia: ſed non ſatisfaciunt petitioni meæ. Ego enim ipſemet novi, quòd anima mea pura, (*cum intentione pura & recta*) & opera mea recta, ſint in beneplacitum, *h.e. grata & accepta*, Creatori; & tamen Reſponſum mihi fuit (*in ſomnio*); Hoc opus non eſſe ei gratum, quamvis intentio grata ſit. Nullum itaq; dubium eſt, quin aliquod ſit Opus, quod in ſe & per ſe gratum & acceptum ei ſit, non ſecundum ratiocinationem vel opinionem noſtram. Nam ſi non ita eſſet, ut quid Iſmaelitæ & [1.] Chriſtiani, qui orbem totum quaſi inter ſe diviſerunt, ita inter ſe pugnarent (*hujus rei causâ*)? Utriq; (opinione ſuâ) purificant animam ſuam, intentionem ſuam dirigunt ad Deum, abſtrahunt & ſeparant ſe (*à peccatis, & actionibus inhoneſtis ac turpibus*) jejunant, orant; imò unus alterum ſtudet interficere, credens, cædem quam perpetrat, juſtitiam eſſe magnam, & medium ad Deum appropinquandi: utrique etiam credunt, ſe conſequuturos

אל גן

Paradiſum (*vitam æternam*). Utriſq; credere & fidem habere, ſana ratio non permittit.

אל גן עדן והאמן לשניהם זה
דבר שלא יתכן אצל השכל :

[1.] לאדום Edomæi *b.e.* Chriſtiani. *Sic habet prima editio. In ſecunda editione, vitandi odii Chriſtianorum causâ, ſubſtitutum eſt* לְפָרָס Perſa, vel Perſia.

III. *Philoſophus*; In lege, *b.e. religione* Philoſophorum nihil habetur de occidendo (*hoc pacto*) homine: quia omnis illorum ſcopus verſatur circa Intellectum (*perficiendum*; *de actione & operibus non ſolliciti, quia non credunt, per opera ad finem ultimum perveniri*).

ג אמר הפילוסוף אין בדת
הפולוסופי' הריגת אדם מפני
שמגמתם השכל :

IV. *Coſri*; Et quænam res eſt, quæ juxta Philoſophos magis declinat à veritate, quàm fides illorum (*duorum populorum, Chriſt. & Iſmaelitarum*) quâ credunt, quòd Mundus ſit novus, & ſex dierum ſpacio (*à Deo*) creatus; quòd item Cauſa prima loquatur cum aliquo ex hominibus? Philoſophi enim Deum exaltant (*i.e. eximunt*) à cognitione & cura rerum particularium. Juxta actiones ergo, ſapientiam, veritatem, (*i.e. veritatis indagationem*) & ſtudia Philoſophorum, ipſis maximè competeret Prophetia, & apud eos quærenda eſſet, propter ipſorum perpetuam rerum ſpiritualium meditationem, de ipſis mirabilia, tremenda, glorioſa & magnifica quæq; prædicanda eſſent. Atqui experientiâ videmus, Somnia divina & veracia contingere iis, qui neq; ſapientiæ ſunt ſtudioſi, neque purificationis animæ; illis verò nequaquam. Hoc itaque nos docet, Res Divinas aliud habere myſterium, quàm id, quòd tu, Philoſophe, propoſuiſti.

ד אמר הכוזרי ואי זה דבר
שהוא נוטה מן האמת אצל
הפילוסופי' גדול מאמונתם
שהעולם חדש ושהוא נברא
בששת ימי' ושהסב' הראשונ'
מדברת עם אחד מבני אדם
עם הרוממות שמרוממין אותו
הפילוסופים מידיעת החלקיות
ועם זה היה ראוי כפי מעשה
הפילוסופים וחכמתם ו
ואמתתם והשתדלותם ש
שתהיה הנבואה יודעת
בהם ונמצאת ביניה' מפני
הדבקם ברוחניות ושיסופר
עליהם נפלאות ונוראות
וכבוד וגדולה ואנחנו רואים
החלומות הנאמני' למי שלא
התעסק בחכמה ולא בזכוך
נפשו ונמצא הפך זה במי
שטרח בה וזה מורה כי יש
לדבר האלהי סוד אחר זולת
מה שזכרת אתה הפילוסוף :

Poſthæc ergo dixit Coſri in corde ſuo, Interrogabo Edomæum, (*b.e. Chriſtianum*) & *Iſmaëlitam*: nam apud alterutrum horum duorũ ſine dubio erit Actio illa Deo grata & accepta:

אחר כך אמר הכוזרי
בלבו אשאל אדום וישמעאל
כי אחד משני המעשי' הוא
הנרצה מאין ספק אבל ח

Ad Ju-

היהודים די לי במה שהוא
נראה משפלותם ומיעוטם
ושהכל מואסים אותם וקרא
לחכם מחכמי אדום ושאל
אותו על חכמתו ומעשהו ו
ואמר לו אני מאמין בחדוש
הנבראות ובקדמו' הבורא ית'
ושהוא ברא העולם כלו
בשש' ימים ושכל המדברים
צאצאי אדם ואליו הם מ
מתיחסים כלם ושיש לבורא
השגחה על הבראים והדבקות
במדברים וקצף ורחמים
ודבור והראות והגלות לנביאיו
וחסידיו והוא שוכן בתוך
רצויו מהמוני בני אדם וכללו
של דבר אני מאמין בכל מה
שבא בתורה ובספרי בני
ישראל אשר אין ספק ב
באמתתם בעבור פרסומם
והתמדתם והגלותם בהמונים
גדולים [ובאחריתם ו
ובעקבותם נגשמה האלהות
והיה עובר ברחם בתולה
מנשיאות בני ישראל וילדה
אותו אנושי הנראה אלקי
הנסתר נביא שלוח בנראה
אלוה שלוח בנסתר והוא
המשיח הנקרא בן אלקים
והוא האב והבן והוא רוח
הקדש ואנחנו מיחדים א
אמתתו ואם נראה על לשוננו
השלוש נאמין בו האחדו' ו

Ad Judæos quod attinet, ſatis mihi eſt cognita illorum humilitas, vilitas, paucitas; & quòd illos ab omnibus reprobari & contemni videmus (*ut non opus ſit, illos audire*).

Accerſivit itaq; Sapientem ex Edomæis, (*h.e. è* [1.] *Chriſtianis*) & quæſivit ex eo de Sapientiâ & Operibus ſeu Actionibus ipſius. Qui ei dixit; Ego credo Innovationem Creaturarum (*i. e. omnia eſſe creata, non ab æterno*), & Æternitatem Creatoris Benedicti; quòd ſc. ille Mundum totum creaverit ſpatio ſex dierum; quòd omnes homines rationales ſint progenies Adami, ab illo familiam ſuam ducentes; quòd ſit Providentia Dei ſuper res creatas, quòd item adhæreat rationalibus (*h. e. ſe communicet cum hominibus*): credo etiam Dei iram, amorem, miſericordiam, ſermonem, viſionem, revelationem Prophetis & viris ſanctis factam; denique, quòd Deus habitet inter eos qui accepti ipſi ſunt ex humano genere. Summa: Credo omnia quæ ſcripta ſunt in Lege & libris Iſraëlitarum, de quorum veritate nullus eſt dubitandi locus, eò quòd illa publicata, vel, publicè geſta, continuè conſervata & propagata, revelataque ſint in maxima hominum turba & frequentia. [Et [2.] in extremo ac fine illorum (*Reipublicæ & Eccleſiæ Judæorum*) incorporata (*incarnata*) eſt Deitas, tranſiens in uterum virginis cujuſdam è primariis inter Iſraëlitas, quæ genuit eum Hominem viſibiliter, Deum latenter, Prophetam miſſum viſibiliter, Deum miſſum occultè. Hicque fuit Meſſias, dictus Filius Dei, qui eſt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, cujus Eſſentiam unicam eſſe credimus & fatemur. Licet enim ex verbis noſtris videatur, nos Trinitatem vel Tres Deos credere, credimus tamen unitatem. Habitatio au-

tem ejus fuit inter filios Iſraël, ſummo ipſorum cum honore, quandiu Res Divina ipſis adhæſit (*durante Templo*), donec illi rebellarunt contra Meſſiam iſtum, eumque crucifixerunt. Tum converſa fuit Ira Divina continua ſuper eos, gratia verò & Benevolentia ſuper paucos (*è Judæis*) qui ſequuti ſunt Meſſiam, & poſtea etiam ſuper alios populos, qui hos paucos ſunt ſequuti & imitati, è quibus nos ſumus. Et quamvis non ſimus Iſraëlitæ, longè potiori tamen jure nobis nomen Iſraëlitarum debetur, quia nos ambulamus ſecundum verba Meſſiæ, & Duodecim Sociorum (*h. e. Diſcipulorum vel Apoſtolorum*) ejus è filiis Iſraël, loco Duodecim tribuum, prout etiam populus magnus è filiis Iſraëlis ſunt ſequuti illos Duodecim, qui fuerunt quaſi Paſta populi Chriſtiani. Unde nos digni facti ſumus Dignitate Iſraëlitarum, & penes nos nunc eſt potentia & robur in terris, omnesque populi vocantur ad fidem hanc, & jubentur adhærére ei, atque magnificare & exaltare Meſſiam, ejusque Lignum (*h. e. Crucem*) venerari, in quo crucifixus fuit, & ſimilia: Judiciaque & Statuta noſtra ſunt partim Præcepta Simeonis ſocii (*h. e. Petri Apoſtoli*), & partim Statuta Legis, quam nos diſcimus, & de cujus veritate nullo modo dubitari poteſt, quin à Deo ſit profecta. Nam in ipſo Evangelio in verbis Meſſiæ habetur; *Non veni ut deſtruam præceptum aliquod ex præceptis filiorum Iſraël, & Moſis, Prophetæ ipſorum, ſed veni, ut illa impleam & confirmem, Matth. 5.*] .

ומשכנו בתוך בני ישראל ל
לכבוד להם כאשר היה
הענין האלקי נדבק בהם עד
שמרו המוניהם במשיח הזה
ותלוהו ושב הקצף מתמיד
עליהם ועל המעט והרצון
ליחידים ההולכים אחרי
המשיח ואחרי כן לאומות
ההולכים אחרי היחידים
האלה ואנחנו מהם ואם
לא נהיה מבני ישראל אנחנו
יותר ראויי שנקרא בני ישראל
מפני שאנחנו הולכים אחרי
דברי המשיח וחביריו מבני
ישראל שנים עשר במקום
השבטים ואחר כן הלכו עם
רב מבני ישראל אחרי השנים
עשר ההם והיו כמחמצת
לאומת הנוצרים והיינו אנו
ראויים למעלת בני ישראל
והיתה לנו הגבורה והעצמה
בארצות וכל האומות נקראים
אל האמונה הזאת ומצוים
להדבק בה ולגדל ולרומם
למשיח ולגדל את עצו אשר
נתלה עליו והדומה לזה
ודינינו וחקינו ממצות שמעון
החבר וחוקים מן התורה
אשר אנו לומדים אותה ואין
ספק באמתתה שהיא מאת
האלקים : וכבר בא באון
גליון בדברי המשיח לא באתי
לסתור מצוה ממצות בני
ישראל ומשה נביאם אבל
באתי לחזקם ולאמצם :]

NOTÆ.

[1.] *Ubi prima editio habet* אֱדוֹם, h. e. Chriſtianum; *pro eo in ſecundâ ſubſtitu-*

ſubſtitutum eſt פַּרְסִי Perſam, *pueriliter tegendo fraudem, odii Chriſtianorum evitandi causâ. Cur* Chriſtianos *Judæi vocent* Edomæos, *de eo quædam ſunt ex Hebræis producta in Lexico noſtro Talmudico, in voce* אֱדוֹם. *Prolixè autem hanc quæſtionem pertractat Abarbenel Comment. in Eſaiam cap. 34. ubi multa habet blaſphema & impia. Integram ejus Diſſertationem exhibebimus, Deo favente, Lectori ad finem hujus libri, ne hic nimis longâ digreſſione ejus ſeriem turbemus.*

[2.] *Quæ hic uncis ſunt incluſa, ea omnia in ſecunda editione ſunt omiſſa. Nos ex prima editione exhibere ea voluimus.*

ה אמר הכוזרי אין בכאן
מקום לסברא אך הסברא
מרחיק רוב הדברים האלה
אך כאשר תתאמת הראיה
והנסיון עד שיאמין בו כל הלב
ולא ימצא דרך אחרת להאמין
בזולת מה שנתברר אצלו
יתחכם להקש וינהלה לאט
עד שיקרב הרחוק ההוא
כאשר יעשו הטבעיים בכחות
המופלאים אשר הם רואים
שאם יסופר להם עליהם
מבלי ראותם היו מכחישים
אותם וכאשר רואים אותם
מתחכמים ושמי׳ להם סבות
מן הכוכבים והרוחניות ולא
ידחו הראות אבל אני אינני
מוצא דעתי נוחה לקבל
הדברים האלה מפני שהם
חדשים לי ולא גדלתי עליהן
וחובה עלי לחקור בשלמות
עד שאמצ׳ העקר ׃

ואחר כן קרא לחכם
מחכמי ישמעאל ושאל אותו
על חכמתו ומעשהו ואמר לו

V. *Coſri* ad hæc reſpondit ei (*ſc. Chriſtiano*); Sana ratio hanc fidem nō admittit; ſed refellit majorem iſtorum partem. [1.] Saltem ſi verificarentur per rationes ſufficientes, aut Experientiam, ita ut ea credere cogeretur omne cor, neque aliam viam inveniret ad aliter credendum; tùm utique ſolertiâ & ſapientiâ aliquid excogitari poſſet ad illud probandum, & ſenſim ac paulatim nos eò deducendum, ut id quod remotum (*abſurdum*) videbatur, facile & propinquum evaderet (*h. e. nobis perſuaderetur*); prout Phyſici faciunt in Virtutibus admirandis (*occultis*) quas Viſu percipiunt, [2.] quas, ſi ipſis duntaxat narrarentur, neque ipſimet viderent, pro falſis haberent: poſteaquam autem eas vident, ſolerter excogitant illarum cauſas, ex virtute Planetarum & Spiritualium influxuum, neque id quod vident, negant aut rejiciunt. Egò verò non invenio, quâ ratione in animum meum inducere poſſim, ut iſta amplectar, quia mihi prorſus ſunt nova (*nunquam viſa*) neque in illis ſum educatus. Incumbit autem mihi, ut Perfectionem quæram, cujus fundamentum habeam & inveniam.

Advocavit itaque dehinc (*Coſri*) *Sapientem Iſmaëlitam*, & illum etiam de Sapientia (*h.e. Doctrinâ*) & Actionibus ejus interrogavit. Hic

reſpondit ei; Nos credimus Unitatem & Æternitatem Dei, Creationem mundi, & Proſapiam *(generis humani)* ab Adamo; Corporeitatem (vel Incorporationem, Incarnationem) à Deo removemus in univerſum: ſi tale quid in noſtris libris videatur reperiri, illud explicamus, & dicimus, quòd ſit metaphoricum, & ad Captum Intellectus noſtri accommodatum: confitemur item, Verba libri Legis noſtræ eſſe verba Dei, & illum ipſum *(librum)* demonſtrare & teſtari de ſe ipſo ſufficienter, illum eſſe à nobis recipiendum; eò quòd nullus homo ſit, qui ſimilem librum componere poſſit; [3.] imò ne unicum quidem ſimile caput: credimus inſuper Prophetam noſtrum *(Mahometum)* eſſe Sigillum vel Signaculum Prophetarum, & abrogare omnem Legem antiquiorem ipſâ, vocare omnes populos ad Legem Iſmaëliticam; & Retributionem ſeu Præmium obedientis ei eſſe, quòd reducturus ſit animam ipſius in corpus in horto Edenis, ibique fruiturus ſit amænitate & voluptate infinitâ, in Cibo, Potu, Venere, omniq; adeò

אנחנו מקיימים האחדות והקדמות לאלקים ית' והחדוש לעולם והיחש אל אדם ונרחיק הגשמות בכלל ואם יראה ממנו שום דבר ב בדברינו נפרשהו ונאמר כי הוא דרך העברה וקירוב לשכלינו עם הודאתינו כי ספר תורתינו דברי אלקים והוא בעצמו מופת התחייבנו ב בקבולו בעבור עצמו· מפני שאין אדם יכול לחבר ספר אחר כמוהו ולא נפרשה אחרת מפרשיותיו ושנביאנו הוא חותם הנביאים ומבטל כל תורה הקודמה לו וקורא כל האומות אל תורת ישמעאל וגמול השומעו השבת רוחו אל גופו בגן עדן ונעימות לא יחסר מאכל ומשתה ומשגל וכל אשר תאוה ג נפשו ועונש הממרה הליכתו אל אש לא תכבה ולא יתמו יסוריו לעולם ׃

eo, quod deſiderare poſſit anima ipſius: contumacis verò & increduli pœnam eſſe, Detruſionem ejus in ignem inextinguibilem, ubi in æternum non finientur neque deſinent cruciatus ejus.

N O T Æ.

[1.] *Initium hujus Sectionis non potuimus ad verbum reddere, ſed ſenſum exprimere voluimus, qui eò tendit, Religionem Chriſtianam, neq; in Sana ratione, neq; in Senſu & Experientia eſſe fundatam, quæ duo ſint fundamenta, propter quæ fidem alicui rei adhibemus.*

[2.] *Ut E. G. in Magnete, cujus virtutem, ſi tantùm audirent homines, non crederent: dum autem eam ſenſu ipſo vident & experiuntur, hinc ad cauſas excogitandas & inveniendas deducuntur.*

[3.] *Quidam codices legunt,* נפרש *vel* ולא נפרשה imò ne explicare quidem poſſumus vel licitum nobis eſt unum ejus caput; propter ejus excellen-

excellentiam. *Nam*, ſcribit Muſcatus, חק לישמעאל הוא לבלתי לחקור על דתם Statutum habent Iſraëlitæ, ne quis inquirat in Legem ipſorum, *h. e. circa eam ſpeculetur, & eam explicare vel rationibus confirmare conetur. Sic ſcribit Abarbenel ad Eſa.* 54. *v. ult.* Iſmaëlitas non confirmare legem ſuam Argumentis vel rationibus, ſed eos, qui illi contradicunt & ſe opponunt, occidere.

ו אמר לו הכוזרי מי שרוצין
ליישר אותו בדבר האלקים
ולברר אצלו כי האלקים מ
מדבר עם בשר ודם והוא
מרחיק זה צריך לברר אצלו
דברים מפורסמים שאין
מחזה להם ולואי שיאמין
עם זה כי הבורא דבר עם
אדם ואם ספר תורתכם
מופת לכם והוא בלשון
ערבי אין מכיר מופתו והאות
שלו לועז כמוני וכאשר יקרא
באזני אינני מבדיל בינו ובין
זולתו מלשון הערבי עד ש
שאאמין שהוא האורה :

VI. *Coſri*; Si quis aliquem eò perducere velit, ut amplectatur Verbum Dei, & evidens ipſi reddere, quòd Deus loquatur cum Carne & Sanguine; talem, inquam, qui id negat; eum oportet id facere rebus notis & evidentibus, quæ refutari nequeant. Atque utinam vel ſic ei perſuaderi poſſit, [1.] *Deum loqui cum Homine.* Quòd ſi Liber Legis veſtrę Vobis ſufficienter demonſtrat (*authoritatem ſuam Divinam*), qui Arabicâ linguâ eſt conſcriptus; non tamen agnoſcet demonſtrationem hanc, & *τεκμήρια* ejus barbarus (*qui linguam illam non intelligit*) qualis ſum ego; nam ſi coram me legatur, nullam facturus ſum ego differentiam inter illum, & quemvis alium librum Arabicum, donec illud ſignum ego credidero.

N O T Æ.

[1.] *Iſta verba in quibuſdam libris omittuntur. In impreſſis libris ſcribitur* עד שיאמין donec credat, *ſc. barbarus aliquis, illud ſignum. R. Jehudah putat legendum* עד שאאמין, *uti nos expreſſimus.*

ז אמר לו החכם וכבר
נראו על ידו מופתים לא
הושמו לאות בקבול ת
תורתו :

VII *Sapiens Iſmaëlita* reſpondit ei: Multa quidem ſatis prodigiorum & miraculorum conſpecta ſunt per manum ejus (*Mahometi*); ſed non poſita ſunt in ſignum (*ad permovendū ſc. homines*) ut recipiant Legem ejus; (*quia Liber ipſe per ſe de Divinitate ſua docet*).

ח אמר הכוזרי אין הדעת
נוחה להודות שיש לבורא
חברה עם בשר ודם כי
אם במופת שמהפך בו טבע
הדברים כדי שיודע כי זה

VIII. *Coſri*; Mens noſtra nullo modo adduci poteſt ut fateatur, amicitiam & familiaritatem intercedere Deo cum Carne & Sanguine, niſi per prodigium, vel miraculum tale, quo ipſa rerum natu-

ra invertatur, ut conſtet, à nemine alio id præſtari poſſe, niſi ab eo qui creavit res omnes ex nihilo. Deinde neceſſe eſt, ut res illa fiat coram ingenti hominum multitudine, qui eam oculis ſuis videant, neque per relationem aut traditionem ad eos veniat; Dehinc diligenter in eam eſt inquirendum, eaq; variis modis probanda, ita ut nulla in animis hominum dubitatio relinquatur, ac ſi per Phantaſiam aut Præſtigias ea facta eſſet. Et tamen ſic vix admittent animi hominum, quòd hujus & futuri Mundi, Angelorum, Cœlorum, & Luminarium cœleſtiũ Creator, Societatem ſeu familiaritatem ineat cum Materia iſta vili & contemptibili, Homine, inquam, & cum eo loquatur, petitiones ejus impleat, & deſideriis ejus ſatisfaciat.

IX. *Sapiens Iſmaëlita.* Annon Liber Legis noſtræ (*Alcoranus*) totus plenus eſt rebus geſtis Moſis & Iſraëlitarum? Nec quiſquam negare poteſt ea quæ (*Deus*) fecit cum Pharaone: quòd fiderit mare, & liberaverit electos ſuos; quòd ſubmerſerit eos quibus iratus fuit: quòd de cœlo demiſerit Manna & coturnices, quibus eos in deſerto per 40. annos cibavit: quòd cum Moſe locutus ſit in monte Sinaj: quòd ſubſiſtere fecerit Solem in gratiam Joſuæ; quòd eum juverit contra potentiſſimos Anakæos: ea item quæ antea fecit in Diluvio, & Subverſione Sodomæ & Gomorrhæ. Annon hæc omnia ſunt certa & manifeſta? Neque ullus hîc eſt ſuſpicandi locus, iſta vel per præſtigias facta, vel imaginaria & figmenta eſſe.

X. *Coſri*; Video, conſulendos mihi eſſe Judęos, quia illi ſunt reliquię filiorum Iſraël. Obſervo enim, ab illis argumen-

לא יוכל עליו אלא מי שברא הדברים מאין ושיהיה הענין ההוא לפני המונים יראוהו בעיניהם ולא יגיעם בספור ובקבלה ושיחקרו על הדב' ויבחנוהו בחינה אחר בחינה עד שלא יפול בלב אדם ספק כי יש בו צד דמיון או צד כשפים ולואי שתקבלנה הנפשות הדבר הגדול הזה שבורא העולם הזה והעולם הבא והמלאכים והשמים והמאורים יתחבר אל החומר הנבז הזה ר"ל האד' ושידבר עמו וימלא משאלותיו ויעשה בקשותיו :

ט אמר החכם והלא ספר תורתינו מלא מדברי משה ובני ישראל ואין כוחה במה שעשה בפרעה ושבקע את הים ושהציל את בחיריו וטבע את אשר קצף עליהם והוריד להם המן והשליו אשר האכילם אחרי כן ארבעים שנה במדבר ושדבר עם משה בהר סיני והעמיד השמש ליהושע ועזר אותו על ה הגבורים בני ענק ומה שעשה קודם לכן מן המבול ומהפכת סדום ועמור' הלא זה. דבר ידוע ומפורסם ואין בכל צד סברא שהית בתחבולה ולא בדמיון :

י אמר הכוזרי אני רואה שצריך אני לשאול ליהודים מפני שהם שארית בני ישראל

מפני שאני רואה שהם הטענה והראיה לכל בעל דת כי יש לבורא תורה בארץ ואחר כן קרא חכם מחכמי היהודים ושאל אותו על אמונתו :

gumenta & rationes petere omnes eos, qui Legem & Religionē aliquā habent, pro Legis divinæ authoritate *(quia ſc. tàm Chriſtianus, quàm Iſmaëlita, in reſponſis ſuis, Iſraëlitarum mentionē fecerunt)*. Accerſivit itaq; *Sapientem Judæum*, eumq; etiā de fide ſua interrogavit.

יא אמר לו החבר אנחנו מאמינים באלהי אברהם יצחק ויעקב המוציא את בני ישראל ממצרים באותות ובמופתים ובמסות והמכלכלם במדבר והמנחילם את ארץ כנען אחר אשר העבירם את הים והירדן במופתים גדולים ושלח משה בתורתו ואחר כן כמה אלפי נביאים אחריו מזהירים על תורתו מיעדים בגמול הטוב לשומרה ועונש הקשה לממרה אותה ואנחנו מ מאמינים בכל מה שכתוב בתורה והדברים ארוכים :

XI. *Hebræus ille reſpondit ei*; Nos credimus in Deum Abrahami, Iſaaci, & Jacobi, qui eduxit filios Iſraël ex Ægypto, [1.] cum ſignis, prodigiis, & miraculis; qui ſuſtentavit eos in deſerto, & hæreditate poſſidendam dedit ipſis terram Canaan, poſteaquam illos traduxiſſet per Mare & Jordanem, cum prodigiis magnis; qui cum Lege ſua miſit Moſen, & tot mille poſtea Prophetas poſt ipſum, homines ad obſervationem Legis adhortantes, & præmia quidem obſervantibus promittentes, pœnas verò graves inobedientibus denuntiantes; credimus deniq; omnibus iis, quæ ſcripta ſunt in Lege. Sed prolixiora illa ſunt, (*quàm ut hîc recitari omnia queant*).

N O T Æ.

[1.] Reſpicit ad locum Deut. 4. ℣. 34. *Aut nunquid tentavit Deus aliquis, ut acciperet ſibi gentem aliquam è medio gentis alterius*, בְּמַסֹּת בְּאֹתֹת וּבְמוֹפְתִים *cum miraculis, ſignis & portentis* &c. Vocem מַסּוֹת ſumunt pro *miraculis*, ſicut & Chaldæus tranſtulit, בְּנִסִּין.

יב אמר הכוזרי מסכים הייתי שלא אשאל יהודי מפני שידעתי אבוד זכרם וחסרון עצת' כי השפלות והדלות לא עזבו להם מדה טובה והלא היה לך לומר היהודי כי אתה מאמין בבור' העולם ומסדרו ומנהיגו ובמי שבראך והטריפך והדומה

XII. *Coſri*; Conſtitueram antea, nullum Judæum interrogare, quòd ſcirem intercidiſſe pœnè memoriam ipſorum, & ſimul inopiam conſilii ipſorum. Illorum enim Humiliatio, Depreſſio, & attenuatio, nullam relinquunt ipſis qualitatem bonam (*Virtutem laudabilem*). Annon verò, Judæe, dicendum tibi erat, quòd credas in Creatorem mundi, ejusque Rectorem & gubernatorem, qui te creavit & alit,

quæque his ſunt ſimilia? Quæ eſt argumentandi vel loquendi ratio uniuſcujuſque, qui fidem & religionem aliquam habet, propter quam ille ſectatur Veritatis agnitionem, & Conformitatem (*cum ea in operibus*) ut quàm ſimillimus Creatori fiat in Juſtitia, & Sapientia.

XIII. *Judæus*: Quam tu dicis religionem, ea λογιστικὴ eſt, h. e. rationalis, ſolâ ſpeculatione nitens (*quæ nullis probationibus & demonſtrationibus externis, veluti ſignis, prodigiis, miraculis, ſenſu perceptis, ſed ſolis rationibus & ſpeculationibus Intellectûs, confirmatur*), & plurimis adhuc dubitationibus obnoxia. Quod ſi enim de ea requires Philoſophos, ne de unica quidem vel Actione vel Sententia eos conſentientes invenies: quia ſcilicet illorum Argumenta ſunt ex parte Demonſtrativa, quædam ex parte ſatisfaciunt, ut mens in illis poſſit acquieſcere (*h. e. probabilia, topica*); alia prorſus ſunt inſufficientia (*i. e. ne probabilia quidem*) multò minus demonſtrativa.

XIV. *Coſri*; Judæe, video principium ſermonis tui ſatis eſſe bonum. Pluribus itaque tecum agere conſtitui.

XV. *Judæus*; Sed principium verborum meorum eſt Demonſtratio, & talis Probatio, quæ nullâ aliâ probatione & demonſtratione indigeat.

והדומה לספורים האלה
אשר היא טענת כל מי
שיש לו דת ובעבורה הוא
רודף האמת והשוי׳ להדמות
לבורא בצדקו ובחכמתו :

יג אמר החבר זה שאת׳
אומר היא הדת ההקשית
מביא אליה העיון ונכנסים
בה ספקות רבות : ואם
תשאל הפילוסופים עליה
אינך מוצא אותם מסכימי׳
על מעשה אחד ולא על
דעת אחד מפני שהם טענות
יש מהם מה שהם יכולים
להעמיד עליהם מופת ומהם
מה שיספיקו בם דבר ש
שתתיישב הדעת עליו ומהם
מה שלא יספיקו בם כל שכן
שיעמידו בם מופת :

יד אמר הכוזרי רואה אני
דברך היהודי טוב מפתיחתו
ואני רוצה עתה שאוסיף
לדבר עמך :

טו אמר החבר אבל פתיחת
דברי היא המופת ועוד כי היא
הראיה אין צריך עמה לא
ראיה ולא מופת :

NOTÆ.

R. Jehuda Muſcatus exiſtimat, hanc ſectionem 15. cohærere cum 13. Judæi enim ſermonem ibi fuiſſe à Coſri §. 14. interruptum, quem nunc continuet; opponens ſuas Probationes, probationibus & rationibus Philoſophorum & aliorum.

XVI. *Coſri*; Quî hoc?

XVII. *Judæus*; Si veniam mihi dederis præmittendi quædam, declarabo tibi hanc rem. Vi-

יו אמר הכוזרי ואיך הוא זה :

יו אמר החבר אם תתן לי
רשות להקדים לך הקדמות

אבאר לך כי אני רואה דברי
כבדים עליך ונקלים בעיניך :

rem. Video enim mea verba tibi eſſe difficilia, & levia in oculis tuis.

יח אמר הכוזרי הקדם
הקדמותיך ואשמעם :

XVIII. *Coſri*; Age, profer tua principia, & audiam ea.

יט אמר החבר אלו היו
אומרים לך כי מלך הודו איש
חסד ראוי לרוממו ולתת
כבוד לשמו ולספר מעשיו במה
שיגיע אליך מצדק אנשי ארצו
ומדותם הטובות ושמשאם
ומתנם באמונה ההיית
חייב בזה להגידו ולהאמינו :

XIX. *Judæus*; Si quis tibi diceret, Regem [1.] Indiæ eſſe virum Pium, laude, honore, cujusq; facta celebrentur, dignisſimum; eò quòd videas, ſubditos illius eſſe viros juſtos, virtutibus prædites, in negotiando integros & fideles; an exiſtimares, te hinc obligatũ fore iſta profiteri & credere?

N O T Æ.

[1.] *R. Jehudah dicit, illum ideò Indiæ meminiſſe, quòd ea longiſſimè abfuerit à terra Regis Cuſar: quamvis enim utraq; ſit Orientalis, in latitudine tamen eſſe differentiam. Terram enim Cuſar eſſe in Climate ſexto, Indiam verò partim in ſecundo, partim in tertio.*

כ אמר הכוזרי ואיך הייתי
חייב בו ואני מסופק אם צדק
אנשי הודו מעצמם ואין להם
מלך או צדקתם מחכמת מלכם
או אם משני הפנים יחד :

XX. *Coſri*; Quomodo obligari poſſem ad hanc rem, cùm dubius eſſem, an Juſtitiam illam haberent Indi à ſeipſis, ſine Rege? an verò eam haberent à Rege? an deniq; utroque modo?

כא אמר החבר ואם היו
באים אליך שלוחיו בתשורות
הודיות אינך מסתפק שאינם
נמצאים אלא בארץ הודו
בארמנות המלכים בכתב
מפורסם שהוא מאתו ועמו
רפואות שהם רופאות אותך
מחלייך ושומרות עליך ב
בריאותיך וסמי מות לשונאיך
והנלחמים בך שאתה יוצא
להם בהם וממית אותם
מבלי כלי מלחמה ההיית
חייב

XXI. *Judæus*; Quod ſi verò ad te venirent Legati ipſius cum muneribus Indicis, de quibus indubium eſſet, quòd nullibi niſi in India reperirentur in Palatiis Regum; (*Reſpicit ad Dationem Legis & Tabularum, quibus Decalogus inſculptus erat*) cum literis item, (*vel*; Cum Scriptura. *Reſpicit ad Scriptionem Tabularum, de qua dicitur*; Et Scriptura erat Scriptura Dei) quæ manifeſtè evincerent, illas ab eo (*Rege*) venire, & pręſentisſima in ſe continerent pharmaca, quę te tùm à morbis tuis curarent, tùm valetudinem tuã tibi confirmarent, & conſervarent; aromata denique lethifera pro inimicis & hoſtibus tuis, quibus inſtructus, contra eos exire poſſes, eosque ſine ullis armis bellicis devincere; (*vide Exod. 23.25. & ſeqq.*) an jam

obſtrictus eſſes, illi obedire, eumq; venerari?

XXII. *Coſri*; Omninò: ſic enim recederet à me Dubium primum; An Indi Regem aliquem habeant, necne? & crederem ulteriùs, Regnum & Res ejus me quoq; tangere, (vel, *ad me usq; pertingere*; vel, *Et crederem illud, eò quod Regnum ſeu Fama Regni ejus, ad me perveniſſet*).

XXXIII. *Judæus*; Si quis autem ex te de Illo quæreret, quomodo velles eum deſignare & deſcribere?

XXIV. *Coſri*; Nominibus & Attributis mihi evidenter declaratis: quibus dein adderem alia, mihi antea quidem dubia, per hęc verò poſtrema, manifeſta & certa facta (*à notis ſc. ad ignota procedendo & argumentando*).

XXV. *Judæus*; Eodem planè modo reſpondi ego tibi, cùm me interrogaſſes. Sic incepit Moſes loqui cum Pharaone, dicens; *Deus Hebræorum miſit me ad te*, Exod. 7. ℣. 16. h.e. Deus Abrahami, Iſaaci, & Jacobi; quia hiſtoria illorum nota erat inter gentes; quòd ſc. Res Divina aliqua ſe cum ipſis conſociaverit, eos duxerit, & miracula illis fecerit; Non verò dixit; *Deus cœli & terræ miſit me ad te*; neque etiam, *Creator meus*, vel, *Creator tuus*. Sic quoq; exorſus eſt Deus ipſe verba ſua ad populum Iſraëliticum; *Ego ſum Dominus Deus tuus, qui te eduxi è terra Aegypti*, Exod. 20. ℣. 2. non verò; *Ego ſum creator mundi*, *& creator veſter*. Sic ergò & ego incepi, cùm me de Fide mea percontatus eſſes, reſpondendo tibi per id, ad quod credendum & confitendum obſtrictus ſum ego & totus populus Iſraëliticus, quibus hæc ad oculum ſunt demonſtrata, & deinceps per conſtantem & continuam traditionem, quę

חייב להיות סר אל משמעתו ואל עבודתו :

כב אמר הכוזרי כן הוא והיה הספק הראשון סר ממני אם יש לאנשי הודו מלך אם לא והייתי אז מאמין שמלכותו ודבריו נוגעים אלי :

כג אמר החבר ואם ישאלך השואל עליו במה תתאר אותו :

כד אמר הכוזרי בתארים אשר התבררו אצלי ואחבר אליהם אשר היו ספק אצלי והתבררו באלה האחרונים :

כה אמר החבר על הדרך הזה השיבותיך כאשר שאלתני וכן פתח משה לדבר עם פרעה כשאמר לו אלקי ה העברים שלחני אליך ר״ל אלקי אברהם יצחק ויעקב מפני שהיה דברם מפורסם אצל האומות כי התחבר אליהם דבר האלקי והנהיג אותם ועשה נפלאות ולא אמ׳ אלדי השמים והארץ שלחני אליך ולא בוראי ובוראיך וכן פתח דבריו אל המון ישראל אנכי יה׳ אלקיך אשר הוצאתיך מארץ מצרי׳ ולא אמר אני בורא העולם ובוראכם וכן פתחתי לך כאשר שאלתני על אמונתי השיבותיך מה שאני חייב בו׳ וחייבין בו כל קהל ישראל אשר התברר אצלם המעמד ההוא בראות עיניהם ואחר כן הקבלה

ex Vi-

הנמשכת שהיא במראה העין :
כו אמר הכוזרי אם כן אני
רואה שתורתכם אינה נתונה
כי אם לכם ואין חייב בה
זולתכם :
כז אמר החבר כן הוא וכל
הנלוה אלינו מן האומו׳ בפרט
יגיעהו מן הטובה אשר ייטיב
הבורא אלינו אך לא יהיה
שוה עמנו ואלו היה חיוב
התורה מפני שבראנו היה
שוה בה כל בני אדם הלבן
והשחור משתוים עמנו כי הכל
בריאותיו אך אנו חייבין בה
שהוציאנו ממצרים והתחברות
כבודו אלינו מפני שאנחנו
הסגולה מבני אדם :
כח אמר הכוזרי אני רוא׳
אותך מתהפך היהודי וכבר
שב דבורך רזה אחר שהיה
שמן :
כט אמר החבר בין רזה בין
שמן הרחב לי לבך עד שאפר׳
אותו :
ל אמר הכוזרי אמור מה
שתרצה :
לא אמר הכוזרי בדין הענין
הטבעי נתחייב לקיחת המזון
והגידול וההולדה וכחותם

ex Viſione oculari profluxit, propagata.

XXVI. *Coſri*; Si res ita habet, videtur Lex veſtra nemini niſi vobis ſolis data, neq; alios de ea teneri. (*Quia Iſraëlitas ſolos eduxit Deus ex Aegypto*).

XXVII. *Judæus*; Omninò ita res habet: omnis tamen qui ſe nobis adjunxerit de aliis gentibus, ad illum in ſpecie pertinget quoque de bono quo Deus nobis benefacit, licet in Fide noſtra nobis non ſit prorſus æqualis (vel, *non tamen credimus quòd in participatione illa bonorum & præmiorum nobis æqualis ſit futurus, æqualem nobiſcum partem habiturus. Confer cum hoc §. 111.*) Quod ſi debitum Legis, (*h. e. obligatio ad Legem obſervandam*) eſſet ex fundamento creationis noſtræ, æquales eſſent albus & ater (*eadem eſſet omnium gentium ratio*): omnes enim ſunt creaturæ ejus. Nos verò debitores ſumus Legis (*h. e. obſtricti ad eam*) ideò, quia nos eduxit ex Ægypto, & Gloria ejus ſe nobis adjunxit & aſſociavit. Unde nos vocamur הַסְּגֻלָּה *Peculium* (*Dei, populus peculiaris*) inter homines (*electum à Deo ex univerſo genere humano, vide Deuter.* 14. *v.* 2.)

XXVIII. *Coſri*; Videris mihi te mutare, Judæe; ſermo enim tuus jam macreſcit, qui antea pinguis videbatur (*quòd ſc. videatur abſurdum, ut unus populus præ alio talem prærogativam habeat; nedum populus Judaicus, omnium contemtiſſimus & abjectiſſimus*).

XXIX. *Judæus*; Sive macer ſit, ſive pinguis, perinde eſt: dilata mihi modò cor tuum, donec eum explicuero.

XXX. *Coſri*; Dicito, quicquid tibi libuerit.

XXXI. *Judæus*; Jura (*ſeu Proprietates*) rerum naturalium ſunt; Aſſumptio alimenti vel nutrimenti, Accretio, Generatio, & Virtutes ſeu Facultates illarum (*veluti Attractrix, Retentrix, Concoctrix, Expultrix*)

harumq; conditiones. Et hæc propria ſunt Plantarum ſeu Vegetabilium, & Animantium, exceptis, Terrâ, Lapidibus, Mineralibus ſeu Metallis, & Elementis.

XXXII. *Coſri*; Hoc axioma generale egeret quidem explicatione particulari: ſed verum eſt.

XXXIII. *Judæus*; Re animali h. e. Animâ ſenſitivâ appropriantur Animantia omnia, quam conſequuntur Motus, Voluntates, Qualitates ſeu proprietates (animales) Senſus tàm viſibiles quàm occulti *(externi & interni)*, Deſideria ſeu Cupiditates, & ſimilia.

XXXIV. *Coſri*; Et hoc planum eſt, neque negari poteſt.

XXXV. *Judæus*; Re Intellectuali appropriatur Rationale (*animal, homo*), præ omnibus aliis animantibus; quam conſequuntur Virtutes Ethicæ, Oeconomicæ, & Politicæ, aliæq; gubernandi & regendi Leges (*quales ſunt, quæ pro Divinis habentur*).

XXXVI. *Coſri*; Et hoc verum eſt.

XXXVII. *Judæus*; Quemnam verò inter hos gradus tu ſupremum arbitraris?

XXXVIII. *Coſri*; Gradum Sapientum magnorum.

XXXIX. *Judæus*; Ego loquor tantùm de illo dignitatis gradu; qui ſuos dominos differentiâ eſſentiali diſcernit; prout Vegetabile differt à Minerali; Homo item à Beſtia. Nam differentia quoad Magis & Minus, eſt infinita; quia eſt Differentia accidentalis, & revera nullum gradum conſtituit.

XL. *Coſri*; Si ita res habet; in Senſu præditis nullus gradus eſt præſtantior gradu Hominum.

בכל תנאיהם והתיחד בזה
הצמח ובעלי חיים מבלעדי
האדמה והאבני' והמוצאים
והיסודות :

לב אמר הכוזרי זה כלל
שצריך לפרוט אותו אבל א
אמת הוא :

לג אמר החבר ובענין ה
הנפשי התיחדו בעלי חיי' כלם
ונתחייבו מהם תנועות ו
וחפצים ומדות וחושים
נראים ונסתרים ותאוות
וזולת אלה :

לד אמר הכוזרי גם זה
מבואר אין דרך לדחותו :

לה אמר החבר ובדין הענין
השכלי התיחד המדבר מכל
החיי' והתחייב ממנו כל ת
תקון המדות והמעון והמדינה
ושאר הנהגות ונמוסים
מנהיגים :

לו אמר הכוזרי גם זה אמת :

לז אמר החבר ואיזו מדרגה
אתה חושב למעלה מזאת :

לח אמר הכוזרי מעלת
החכמים הגדולים :

לט אמר החבר איני רוצה
לומר אלא מעלה תפריד את
בעליה פרידה עצמית כהפרד
הצמח מן הדומם והפרד האדם
מן הבהמה אבל הפרידה ברב
ומעט אין להם תכלית מפני
שהיא פרידה מקרית ואינה
מעלה על דרך אמת :

מ אמר הכוזרי אם כן אין
מעלה במורגשים יתירה על
מעלת בני אדם :

XLI. *Ju-*

מא אמר החבר ואם ימצא
אדם שיבא באש ולא יוזק בו
ויעמוד מבלי מאכל ולא ירעב
ויהיה לפניו זוהר שאין העין
יכולה להסתכל בו ולא
יחלה ולא יחלש וכאשר
יגיע אל תכלית ימיו ימות
לרצונו כמי שיעלה על מטתו
לישן ויישן בעת ידוע ובשעה
ידועה עם ידיעת העבר
והעתיד מה שהיה ומה
שיהיה הלא המעלה הזאת
נפרדת בעצמה ממעלת
בני אדם ׃

מב אמר הכוזרי אבל המעלה
הזאת אלהית מלאכותית
אם היא נמצאת והיה מדין
הענין האלקי לא מן השכלי
ולא מן הנפשיי ולא הטבעי ׃

מג אמר החבר אלה קצת
תארי הנביא שלנו אשר אין
עליו חולק אשר נראה על ידו
להמון התחברות הדבר ה
האלקי בהם ושיש להם
אלוה מנהיגם כרצונו ולתת
לאיש כדרכיו וכפרי מעלליו
וכפי עבודתם והמרותם והגיד
להם הנעלם והודיע איך
היה חדוש העולם ויחס בני
אדם קודם המבול היאך
נתיחסו אל אדם והיאך היה
יחס המבול ויחס השבעים
אומות אל שם חם ויפת בני
נח והיאך נפרדו הלשונות

XLI. *Judæus*; Quodſi verò jam reperiretur Homo, ſine detrimento & læſione ingrediens in ignẽ, ſine cibo & potu aliquandiu vivens, & famem non ſentiens, ſplendorem in facie ſua habens, quẽ nullus oculus poſſet intueri, nunquam ægrotans, neq; debilior evadens, & ad finem dierum ſuorum progreſſus volenter ſcienter moriens, perinde ut quis lectum conſcendit ad dormiendum, & obdormit, tempore & horâ certâ, & cum his omnibus præterita & futura ſciret, quæ facta ſunt & futura erunt; annon hic gradus inſigniter differret à gradu cæterorum hominum? (*In hoc paragrapho indigitat Moſen; de quo hæc omnia referunt Sacræ literæ, & vult probare, Deum ſingulariter ſe ei communicaſſe, & per eum Iſraëlitis, ut ſequitur*).

XLII. *Coſri*; (Omninò): Sed hic gradus eſt Divinus & Angelicus, ſi quidem reperiatur, eſtq; entium Divinorum, non Intelligibilium (*Hominum*), vel Animalium, vel Naturalium (*vegetabilium*).

XLIII. *Judæus*; Atqui hęc ſunt de proprietatibus Prophetæ noſtri, quibus nemo contradicit, per cujus manum (*per quem, mediante quo*) apparuit populo, Rem Divinam ſe conjungere cum illo, & quòd habeant Deum, qui ſecundum voluntatem ſuam eos regit & gubernat, ac unicuique ſecundum vias ſuas & fructum operum ſuorum reddit, prout ſcilicet ei obedientes vel inobedientes fuerint: Hic idem eis indicavit occulta, notum fecit quomodo Mundus fuerit creatus, Genealogiam generis humani ante diluvium uſque ad Adamum primum, hiſtoriam Diluvii, Originem ſeptuaginta gentium à Semo, Chamo, & Japheto, Diviſionem linguarum, ſingulorum Habitationes, Artium inventiones ſeu

inventores, Urbium exſtructiones, Annos denique mundi à Noacho ad hoc uſque Tempus. (*Muſcatus ſcribit*; Quamvis Moſes non indicaverit in Lege ſua annos ſingularum generationum ad noſtra uſq; tempora, tamen verum eſt quòd hîc Author dicit; quia dum ipſe indicavit ſupputationem annorum ad ſua uſque tempora, perinde id eſt, ac ſi id feciſſet uſque ad noſtra etiam. Nam ab ejus tempore deinceps per continuam Traditionem ab uno tempore ad aliud ſeries iſta chronologica fuit propagata & continuata. *Conf.* §. 47.).

XLIV. *Coſri*; Hoc quoque mirum ſit, ſi habeatis numerum ſeu ſupputationem certam à Creatione Mundi!

XLV. *Judæus*; Inde omninò nos numeramus, nec vel inter duos Judæos ab India uſque in Æthiopiam eſt differentia.

XLVI. *Coſri*; Quot ergo numeratis hodiè (*annos*)?

XLVII. *Judæus*; Quater mille & quingentos, quorum ſpecialis ſupputatio declarata eſt in Pentateucho noſtro, à diebus Adami, Sethi, & Enoſchi, uſq; ad Noachum, Semum, Heberum, Abrahamum, Iſaacum, Jacobum, & Moſen, qui fuerunt Cor (*ſeu medulla quaſi*) generis humani & peculium (*cimelium*) ejus, quorum unusquiſque habuit liberos (*ſibi ſimiles*): reliqui fuerunt inſtar corticum, patribus ſuis nequaquam ſimiles, quibus proinde Res Divina (*Deus*) ſe non adjunxit. Cùm ad viros iſtos divinos relata eſſet æra ſeu ſupputatio, eorum fuerunt pauci, non multi, donec Jacobus genuit duodecim Tribus, qui omnes digni fuerunt Re Divinâ, & tum primùm Divinitas translata fuit in cœtum magnum, atque per illos facta fuit ſupputatio (vel, *per hos à Patribus ad filios propagata fuit annorum ſupputatio*): Nos verò numerum annorum

Priſcorum

ואיך שכנו והיאך צמחו ה
המלאכות ובנין המדינות ושני
העולם מאדם ועד עתה :

מד אמר הכוזרי גם זה
תמה אם אצלכם מנין ברור
מבריאת העולם :

מה אמר החבר בו אנו מונים
ואין בין שני יהודים מחלוקת
מהודו ועד כוש :

מו אמר הכוזרי וכמה אתם
מונין היום :

מז אמר החבר ארבע אלפים
וחמש מאות ופרטם מבואר
בספר החומש שלנו מימות
אדם ושת ואנוש עד נח עד
שם ועבר אל אברהם יצחק
ויעקב עד משה ואלה היו לב
האדם וסגלתו ולכל אחד מהם
היו בנים והשאר כקלפות
אינם דומים לאבות ולא
התחבר בהם הענין האלהי
ונמנה המנין לאלה האלהיים
והיו יחידים ולא רבים עד
שהוליד יעקב אבינו שנים
עשר שבטים כלם ראויים
לענין האלהי ושבה האלהי
בקהל רב ובהם היה המנין
ואנחנו קבלנו מנין שני ה

הקדמונים ממשה ונדע מה
ש״ש ממשה ועד עתה׃

Priſcorum accepimus à Moſe, & ſcimus quot anni ſint à Moſe ad hoc uſque tempus.

N O T Æ.

Ex initio hujus paragraphi liquet Antiquitas hujus Diſputationis, quòd ſcilicet primus ejus author vixerit Anno mundi, juxta Judæorum ſupputationem 4500. *hodiè verò numerant* 5420. *Ergo ante annos* 920. *vixit. Sic ſcribit R. Jebudah Hallévi, qui floruit circa Annum Chriſti* 1140. *banc biſtoriam contigiſſe* 400. *antè annis.*

Cæterùm quod dicit, Judæos habere certum annorum numerum inde à Creatione Mundi uſq; ad ſua tempora, neq; de eo eſſe ullam inter Judæos differentiam; *R. Aſarias in Meor Enájim ſcribit, Authorem ita intelligendum, quòd hîc intendat potiſſimùm probare Creationem Mundi à Deo, & quòd ille certum ſui ortus habuerit principium; ſupputationem referre ita, ut communiter eſt recepta à Judæis. Quod ad Supputationem à Creatione Mundi attinet, de ea equidem Scripturam non eſſe in dubium vocandam, ſed tamen quandam eſſe circa eam ſententiarum differentiam, idq; in his tribus,* 1. *de duratione ſervitutis Aegyptiacæ, quæ tamen non multorum ſit annorum;* 2. *de Annis durationis Templi primi, quod ſummatim ſletiſſe dicunt* 410. *annis, cap.* 1. *Tractatus Joma & Avoda ſara, item in Erchin cap.* 2. *contrà alios plures ei annos aſſignare; Philo* 440; *Joſephus alicubi* 470, *alibi* 466 *cum dimidio; Abraham ben Dior* 430, *vel* 433. *Alii aliter;* 3. *de Annis durationis Templi ſecundi, cui aſſignant communiter* 420 *annos; de quo numero alii authores etiam varient, cùm ad particulares ſupputationes deveniant. Vide eum de his prolixè differentem cap.* 35, *&* 36. *item* 41, *&* 42. *Quod autem ad Annos attinet à Moſe expreſſos uſq; ad Diluvium, Geneſ.* 5. *de eo ſcribit cap.* 8. *ejuſdem libri,* Veram eam eſſe numerationem, quam Hebræi codices habent, & laudat Auguſtinum, quòd licet is aliâs LXX Græcorum verſionem valdè extollat, tanquam Divinâ inſpiratione, & Spiritu Prophetico exaratam, ita ut tàm hanc, quàm Hebræam, Divinæ & Canonicæ authoritatis eſſe exiſtimet; tamen in ſupputatione annorum ab Adamo ad Diluvium, Hebræorum codicum fidem afferat, & patronum eorum agat, ſcribens, non credibile eſſe, Judæos, populum longè lateq; diſperſum, potuiſſe libros Hebræos univerſaliter adulterare, qui omnes hîc inter ſe conſentiant, *lib.* 15. *de Civ. Dei cap.* 13.

מח אמר הכוזרי. זה הפרט מה
מרחיק המחשבה הרעה מן
הלב מהכזב והסכמה כי דבר
כזה אי

XLVIII. *Coſri*; Particularis hæc recenſio omnem animo eximit cogitationem ſiniſtram vel ſuſpicionem, quaſi ea vel falſa,

vel ex compacto ita contexta eſſet. In tali enim re fieri non poteſt, ut vel decem inter ſe conſentiant & conveniant, quin confundantur (*diſſentiant*) & myſterium ſuæ colluſionis (*& falſitatis*) ipſimet prodant; vel per alios, quibus hæc perſuadere ſatagunt, refutentur. Multo minus in populo multo & magno, item in ſupputatione propinqua (*qualis fuit ſupputatio annorum à Creatione Mundi, tempore Moſis, Anni ſc. duntaxat* 2500.) falſitas & mendacium locũ habere poſſunt.

XLIX. *Judæus*; Sanè Abrahamus Pater noſter ipſemet fuit in ſæculo Diviſionis Linguarum, & remanſit cum propinquis ſuis in Lingua Heberi avi ſui, hancque ob cauſam עִבְרִי *Hebræus* vel *Eberæus* vocatur. Eum ſequutus eſt Moſes quadringentis póſt annis (*duntaxat*), quando mundus plenus erat Sapientiâ vel cognitione cœli & terræ: Cumque ad Pharaonem veniſſet, Sapientes Ægypti, & Sapientes filiorum Iſraël, diligenter inquiſiverunt in eum (*in ejus facta*), propterea quòd non fide plenâ ipſi crediderint, Creatorem loqui cum Homine, donec verba Dei ipſa eos audire fecit in Decalogi promulgatione. Quin & poſtea populus ejus idem factitavit (*dum ſc. ſæpiùs ei rebellarunt, & vocationem ejus in dubium vocarunt*); idque non ex ignorantia vel imprudentia, ſed prudenter, quòd metuerent, (*ſubeſſe miraculis & factis Moſis*) præſtigias ex notitia diſciplinarum cœleſtium & Aſtrologicarum, aliarumve artium (*Magicarum ſc. quarum omnium Moſen peritum eſſe credebant, quaſi ſc. per illas præſciviſſet, Mare eo momento quo id percuſſit fiſſum iri, ut Beroſus finxit*); At illæ artes examen & inquiſitionem non ſuſtinere poſſunt, quia ſunt falſæ & adulterinæ; Res verò Divina, inſtar auri purificati, quò magis exploratur, eò magis confirmatur. Et quâ ratione cogitare quis poſſet, illos ſibi perſuaderi paſſuros fuiſſe, Linguas (*plures*) quæ à 500. circiter annis ante ipſos

כזה אי אפש' שיסכימו אליו עשר' מבלי שיתבלבלו ויגלו סוד הסכמותם או ידחו דברי מי שירצה לברר אצלם דבר כזה כל שכן המונים רבים והמנין קרוב אין הכזב והשקר יכול להכנס עליו ׃

מט אמר החבר אבל אברה' אבינו היה עצמו בדור הפלגה ונשאר הוא וקרוביו בלשון עבר אבי אביו ולזה נקרא עברי ובא משה אחריו לארבע מאות שנה והעולם מלא מחכמ' שמי' וארץ ובא אל פרעה וחכמי מצרים וחכמי בני ישר' חוקרים עליו על אשר לא האמינו לו אמונה שלימה כי הבורא מדבר עם אדם עד שהשמיעם דבריו בעשרת הדברים וכן היו עמו עמו ולא מסכלותם אבל מחכמתם מיראתם תחבולות החכמות השמימיות בעבור הכוכבים וזולתם מאשר לא יעמדו למחקר מפני שהם כמו דבר המזויף והענין האלהי כזהב המזוקק הולך ומוסיף ואיך יעלה בדעת שידומה אצלם

כי הלשונו' אשר היו לפניהם
חמש מאות שנה היו לשון
עבר לבדה ונפלגה בבבל בימי
פלג ויחס אומה כך וכך אל
שם ואומה כך וכך אל חם
וארצות' כך היתכן לאדם
היום לאמת אצלינו כזב
ביחס אומות מפורסמות
ובדבריהם ובלשונותם ויהיה
הדבר פחות מחמש מאות שנה:

נ אמר הכוזרי זה לא יתכן
ואיך יתכן זה ואנחנו מוצאים
החכמות בכתב ידי מחבריהם
מחמש מאות שנה ודבר מי
שהיה חמש מאות שנה לא
יעבור הכזב על הגלותו כמו
היחסי' והלשונות והכתיבות:

נא אמר החבר והיאך לא
היו חולקים על משה במה
שאמר והיו עמו תובעים אותו
כל שכן זולתם:

נב אמר הכוזרי אלה דברים
מקובלים חזקים ומיוסדים:

נג אמר החבר האתה רואה
שהלשונות קדמו' אין להם
תחלה:

נד אמר הכוזרי אבל הם
חדשו' מוסכם עליהם מורה
על זה חבורם מן השמות
והפעלים והמלות והם מן
האותיות הלקוחות ממוצאי
הדבור:

ipſos fuerunt, fuiſſe (*prius*) Linguã Hebręam ſolam, diviſam poſtmodum in Babele temporibus Phalegi; Proſapiam item & originẽ populi talis referendam ad Japhetum, alterius ad Semum; rurſum alterius ad Chamum; has item & illas, ipſorum terras fuiſſe, (*ſi ſc. id falſum fuiſſet, vel falſum quid admixtum habuiſſet*)? An cuiquam hodiè perſuadere poſſemus mendacium de Origine ſeu Familia populorum notorum, de illorum rebus, & Linguis, quorum hiſtoria à non integris quingentis annis repetenda eſſet?

L. *Coſri*; Hoc nequaquam fieri poſſet, quanto minus ergo illud? Invenímus etenim Artes vel Scientias deſcriptas manu authorum ipſorum à quingentis annis. Quod ergo quingentos años non excedit, de eo nõ poteſt falſitas aut mendaciũ fingi, quin fraus detegatur & manifeſta fiat; uti ſunt Origines Gentium, Linguarum, & Scripturæ.

LI. *Judæus*; Quomodo ergo non contradixiſſent Moſi in iis quæ (*hîs de rebus*) dixit (*& ſcripſit, ſi res aliter habuiſſet*), & vel illius populus (*Iſraëlitæ*) ejus dicta examinaſſent, (*probationes eorum requiſiviſſent*) vel ſaltem alii?

LII. *Coſri*; Res hujuſmodi, quæ per traditionem continuam habentur, ſunt ſolidæ & optimè fundatæ.

LIII. *Judæus*; Itaq; an exiſtimas, Linguas eſſe æternas, nullumq; habere principium?

LIV. *Coſri* (*Nequaquam*): imò ſunt novæ, ſed ortæ ex conſenſu vel inſtituto (*non Naturales*). Quod evincit illarum compoſitio ex Nominibus, Verbis, & Particulis, quæ ſingula ex literis conſtant, deſumptis ex pronunciatione (*vel organis*) Sermonis (*tale enim artificium in reliquorum animalium Lingua, quâ ſuos effectus ſono confuſo, indiſtincto, & inarticulato exprimunt, non conſpicitur*).

LV. *Judæus*; An unquam vidiſti aliquem, effingentem ex corde ſuo (*ex ſeipſo*) linguam aliquam, aut an de tali audiviſti?

LVI. *Coſri*; Hoc neque vidi, neq; audivi: ſine dubio autem tandem pervenietur ad generationem aliquam, ante quam nulla lingua fuerit ex conſenſu populi alicujus inſtituta, ſine alio populo, & lingua ſine ulla alia lingua (*h. e. pertingetur ad linguam aliquam quæ ab uno aliquo, ſine populi vel linguæ alterius ope ac ſubſidio, ſit orta*).

LVII. *Judæus*; An unquam audiviſti de populo aliquo, qui de Hebdomada diſſentiat, cujus principium ſit à die primo, & finis in Sabbatho (*qui non habeat talem ſeptimanam, & numerandi dies rationem per ſeptenarium, cujus dies ſeptimus Sabbathum vocetur. Vide his ſimilia quædam apud Ab. Eſram, ad Exo. 16. 1.*)? Nũ fieri poſſet, ut de hoc ita convenirent & conſentientes eſſent Tzinenſes (*in extremo Orientis habitantes, De* Tzin צין *vide par. 2. §. 19.*) uſq; ad extremas Inſulas Occidentis ſine aliquo principio, conventu, vel conſenſu?

LVIII. *Coſri*; Hoc fieri non poſſet, niſi per conſenſum univerſalem omnium; hoc verò abſurdum & incredibile videtur; aut dicendum, homines omnes eſſe filios Adami, vel filios Noachi, aut alterius alicujus, atque ita per traditionem habere Septimanæ obſervationem à patre ſuo. (*Confer inf. par. 2. §. 20.*)

LIX. *Judæus*; Hoc volebam audire (*omnia referenda eſſe ad Adamum primum*, עקרו של מין *generis humani ſtirpem & radicem, & ab eo per Traditionem iſta ad poſteros propagata eſſe*). Porrò de numerandi ratione per Denarium, omnes etiam conſentiunt in Oriente & Occidente. (*Confer par. 4. §. 27.*) Quę ratio impulit eos ut ſubſiſterent in Denario, niſi quòd ſic acceperint ab eo qui id incepit (*qui primus eſt hujus rei author & inventor*)?

LX. *Coſri*; Nunquid verò non infringit hanc tuam fidem, quod de In-

נה אמר החבר הראית ב
בורא לשון מלבו או שמעת
עליו :

נו אמר הכוזרי לא ראיתי
ולא שמעתי ואין ספק שהגיעו
אליה בדור מהדורו' ולא היתה
קודם לשון שהסכימו עליה
מהסכמת עם מבלתי עם על
לשון מבלתי לשון :

נז אמר החבר השמעת על
אומה שחולקת בשבוע הידוע
שהתחלתו מיום ראשון ז
והשלמתו בשבת היתכן שישוו
בזה אנשי הצין עם אנשי איי
המערב מבלי התחלה והקהל
והסכמה :

נח אמר הכוזרי לא יתכן
זה אלא בהסכמה מן הכל וזה
רחוק או שיהיו המדברים כלם
בני אדם או בני נח או זולתם
ויהיה השבוע אצלם מקובל
מאביהם :

נט אמר החבר זה רציתי
לשמוע וכן מנין העשרה הסכים
כל אדם עליו במזרח ובמערב
אי זה טבע יביא לעמוד בעשרה
אלא שהוא מקובל ממתחיל בו :

ס אמר הכוזרי ואיך לא
יפגום עליך אמונתך זאת מה

שאומרי׳ על אנשי הודו כי יש
מקומות אצלם ובנינים וברור
אצלם כי יש להם מאות
אלפי שנה :

סא אמר החבר היה זה
מפגים על אמונתי אלו נמצא
זה באמונה מוחזקת או
בספר שמסכימים עליו הכל
בבלי מחלוקת במנין ידוע ולא
ימצא זה אך הם אומה
מופקרת ואין אצלם דבר ברור
והם מכעיסים את אנשי
התורות בכמו אלו הדברים
כאשר הם מכעיסי׳ אותם
בצלמיהם ואליליהם ו
ותחבולותם ואומרים כי הם
מועילים להם ובוזים למי
שאומר כי יש אצלו ספר מאת
האלהים וחברו בזה ספרים
מעטים חברים יחידים מבני
אדם נפתה בהם מי שדעתו
קלה כקצת ספרי ההוברים
שכותבים בהם מנייני עשרת
אלפי שנים או כמו ספרי העבוד׳
הנבטית שזוכרי׳ שם שמות
ינבושאר וצגרית ורואני ו
ואמרו כי הם קודם אדם
ושינבושאר היה רבו של אדם
הראשון והדומה לזה :

סב אמר הכוזרי אמור כי
טענתי עליך באומה המופקרת

de Indis referunt, apud ipſos eſſe loca & ædificia, inde à centum mille annis?

LXI. *Judæus*; Equidem hoc infringeret & labefactaret fidem meam, ſi proficiſceretur à populo authentico & approbato, aut à libro, in quem de certo numero omnes, ſine diſſenſione, conſentirent. Atqui hoc non reperitur: ſed ſunt (*illi Indi*) populus prophanus (*liber, barbarus, cujus nemo habet rationem*), nec quicquam apud illos certi eſt (*aliis tot, aliis tot numerantibus*): inſuper moris ipſorum eſt hujuſmodi rebus viros Legum (*ſeu, religionem habentes*) irritare ac laceſſere, quemadmodum eos laceſſunt ſuis Imaginibus, Idolis, & Præſtigiis, dicentes, ea ſibi multum prodeſſe, & alios contemnentes, qui dicunt, ſe Librum à Deo habere: adhæc paucos duntaxat his de rebus Libros conſcripſerunt, compoſitos à ſingularibus & particularibus quibuſdam (*non publico & communi conſenſu approbatos, unde & à nemine digni judicati fuerunt qui refutentur*), quibus nullus niſi excors & non ſanæ ſatis mentis ſeducatur; veluti ſunt quidam libri illorum Aſtrologici, in quibus de decem millibus annorum garriunt; Item Libri העבודה (quidam reddunt, *de Agricultura*) הנבטית De aſpectibus, (*alii hæc duo conjungunt & pro uno ſumunt. Vide More Nevochim par. 3. cap. 29. & 30. & 37. ubi alia quoq; ex iſtis libris adducuntur. Libri illius Vetus Interpres reddidit* De Agricultura Ægyptiorum), in quibus mentionem faciunt nominum ינבושאר *Janbuſar* צגרית *Tzagrith*, & רואני *Roane*, quos dicunt ante Adamum vixiſſe, & *Janbuſarem* ajunt Præceptorem fuiſſe Adami primi, & ſimilia.

LXII. *Coſri*; Fac me argumentatum eſſe contra te à populo bar-

baro, & tali, qui nulla in re inter ſe conſentiant, & benè mihi reſpondiſti ad hoc; quid verò dicis de Philoſophis, qui & exercitati ſunt in Phyſicis, accuratisſimiq; & ſubtiliſſimi, & de Æternitate Mundi conſentiunt, quæ nec decem, nec millenorum eſt millium, ſed res quæ nullum prorſus habet principium? (*ſecunda editio addit* ותכלית Et finem: *ſed Muſcatus ſcribit eam redundare, quia hîc tantùm de Ortu & principio mundi agatur*).

LXIII. *Judæus*; Philoſophi ideò non culpandi ſunt; quia non hęreditate acceperunt (*à majoribus ſuis*) Sapientiam aut Legem. Sunt enim Jevánim, (*Jones, Græci*): Javan autem (*à quo originem ducunt*) fuit ex filiis Japheti, qui habitarunt in Aquilone: Sapientia verò, hæreditate accepta ab Adamo, quæ eſt Sapientia à virtute Divinâ profecta, non fuit niſi in ſemine Semi, qui Peculium fuit Noachi, à quo peculio (*à cujus ſucceſſoribus*) ea nec ceſſavit, nec ceſſabit unquam; inde ab Adamo. In Græcia nulla fuit Sapientia, niſi ab eo tempore quo illi potentiam acquiſiverunt (*ſuper Perſas; Cùm ſc. Alexander Macedo Darium vicit, & ejus Regnum ſibi ſubegit*): tùm enim translata eſt ad eos Sapientia à Perſis, ad Perſas autem venit à Chaldæis (*quia Cyrus, gener Darii, interfecit Belſchatzarem, Regem Babelis ultimum*). Illo tempore exſurrexerunt inter illos Philoſophi illi celebres (*veluti Ariſtoteles, & ejus Sectatores*) non priùs, nec etiam poſtea: ab eo enim tempore, quo Imperium translatum eſt ad Romanos, nullus celebris inter eos Philoſophus extitit in hunc uſque diem. (*Conferatur cum hoc §. quæ author ſcribit par. 2. §. 67.*)

ובעם שאינם מסכימי' על דעת
אחת והיטבת התשובה בזה
ומה תאמר בפילוסופים והם
כאשר הם מן המחקר והדקדוק
והסכימו על הנצחות והקדמות
לעולם ואין זה עשרת
אלפים ולא אלפי אלפים
אלא דבר שאין לו תחלה
ותכלית ׃

סג אמר החבר הפילוסופי'
אין להאשים אותם מפני
שהם עם שלא נחלו חכמה
ולא תורה מפני שהם יונים
ויון מבני יפת השוכנים בצפון
והחכמה שהיא ירושה מאדם
והיא חכמה המוחזקת בכח
אלהי איננה כי אם בזרע שם
שהיא סגולת נח לא פסקה
החכמה ולא תפסוק מן
הסגולה ההיא מאדם ולא
היתה החכמה ביון אלא מעת
שגברו ונעתקה החכמה
אליהם מפרס ואל פרס מ
מכשדים וקמו בהם ה
הפילוסופים המפורסמי' בימים
ההם לא קודם לכן ולא לאחר
מכן ומעת ששבה המלכות
לרומיים לא קם בהם
פילוסוף מפורסם עד עתה ׃

NOTÆ.

Quod hîc tradit de Sapientia vel Philoſophia Græcorum, quòd eam originaliter habeant ab Hebræis, idem docet par. 2. §. 66. Eadem de re paſſim alii quoq; gloriantur,

riantur, atq; adeò Græcos vocant Fures Sapientiæ, *qui eam quaſi furto ſurripuerint à Judæis, de ea, tanquam de ſuo, gloriantes, quaſi ipſi inventores ejus eſſent; Omnes enim artes primò ab Hebræis provenire, & his Originem ſuam debere. Videamus in hanc rem quoſdam Authores:*

R. Schem Tobh in ספר האמונות *Portâ 3. cap. 4.* והאמת המתפלספים גנבו החכמות וזייפום כי אין ספק כי ספרים רבים חברו הקדמונים כי יודע הוא ספר חנוך ורבי שמעון בן יוחאי מביאו בספר הזוהר וכתוב בו מן החכמות והתבונות וחכמת הכוכבים והמזלות וממשלתם ומשטרם: Verum eſt, quòd Philoſophi furati ſint artes, & adulterarint eas. Nullum quippe dubium eſt, quin multi libri à Priſcis (Hebræis) conſcripti fuerint. Sic conſtat de libro Enochi, quem R. Simeon ben Jochai adducit in libro Zohar. In eo multa ſcripta fuerunt de artibus & diſciplinis Philoſophicis, de Scientia item ſyderum & aſtrorum, eorumque dominio. *Et, poſt pauca quædam interjecta:* Cùm deportati eſſent Patres noſtri in Babyloniam, Prophetæ item & Sapientes, neceſſariò ab illis multa didicerunt Chaldæi; exin de Perſæ; pòſt etiam quędam acceperunt Gręci, qui illa deinceps pro ſuis venditarunt, ac ſi à ſeipſis ea inveniſſent, & excogitaſſent. *Sic in præfatione illius libri;* הנה להם חכמה בדברים רבים והם פסולת מחכמת בני ישראל Habebant illi gentiles ſapientiam rerum multarum, quę nihil aliud ſunt, quàm fæces & ſcorię Sapientię filiorũ Iſraëlis &c.

In libro Iggéres baale Chájim, portâ 3. cap. 7. *cùm Græculus quidam de ſua gente gloriaretur, eámq; in omni ſcientiarum genere omnium perfectiſſimam jactaret, dictum fuit ipſi ab aſtante Exorciſtâ;* Et unde habetis iſtas artes ac diſciplinas, quarum mentionem facis, & de quibus gloriaris, niſi quòd eas accepiſtis à filiis Iſraël, tempore Ptolemæi? quaſdam à Sapientibus Ægypti, qui eas tranſtulerunt in terram veſtram, & poſtmodum illas vobis attribuiſtis. *Ad quod Græcus reſpondit:* Verum eſt quod hic dicit: nam pleraſque diſciplinas accepimus ab aliis populis. Niſi enim hoc eſſet, unde Perſæ haberent peritiam Aſtrologiæ, niſi eam accepiſſent ab Indis? Et unde Iſraëlitæ haberent ſcientiam magiæ, præſtigiarum, incantationum, adjurationum dæmonum, Taliſmanum & Imaginum ſpirituali virtute præditarum, ad expellendos dæmones, niſi Salomon iſta accepiſſet ab exteris gentibus, quando eas ſubegit &c. Quædam etiam habuerunt filii Iſraël à Prophetis &c.

Ephodeus in Præfatione Gram. ſua: Noli exiſtimare, Majemonidem, quando loquitur de gradibus Philoſophorum in cognitione rerum naturalium & divinarum, reſpicere ad ea, quæ his de rebus ſcripſerunt Philoſo-

Philoſophi Græcorum, ut Ariſtoteles, & qui eum ſunt ſecuti, uti communis eſt opinio; ſed ad id quod de his rebus ſciri poteſt in rei veritate, ſive id reperiatur in libris Græcorum, ſive in aliis. Quò ſi quid per demonſtrationes indubias ſciverunt, veluti in Logicis, & Mathematicis, id nequaquam Græcis attribuendum. Quicquid enim apud illos reperitur ex ſcientiis iſtis ſpeculativis, id omne acceperunt à filiis Iſraël, tempore captivitatis ipſorum.

In libro Schevile Emúnah R. Meir Aldábi, Toletani, ſect. 8. *eadem de re multa habentur, ubi oſtendit*, כי כל החכמות הנמצאות ביד חכמי האומות הם לקט ופאה שהניחו להם חכמינו quòd omnes artes ac diſciplinæ quæ hodiè inter alios populos habentur, nihil aliud ſint, quàm ſpicilegium, quod ipſis reliquerint Sapientes Iſraëlis; *multa ibi adducens de priſcorum Sapientum Hebræorum in omni diſciplinarum genere ſapientiâ. Inter cætera, iſta ſcribit:* Cùm operam dediſſem libris Philoſophorum extraneorum, intellexi in illis nonnulla, & deprehendi quędam quæ mihi recta videbantur, pleraque autem diſſentiebant à veritate. Unde miratus ſum de illis quæ in iis invéni bona: initio enim exiſtimavi, nihil in illis eſſe boni; eò quòd Sapientes noſtri ſeriò nos ab illorum lectione dehortentur. Diu itaque ſtupens, dixi hac de re; מי נתן הכהן בבית הקברות *Quis dedit Sacerdotem inter ſepulchra?* (unde iſta bona in horum ſcriptis?) Tandem inveni in libro quodam ſcriptum; Cùm Jechonias Rex Judæ in exilium abductus eſſet, & Synedrii Aſſeſſores atque ſapientes Iſraëlis unà cum eo, ſicuti dicitur; החרש והמסגר אלף 2. Reg. 24. ℣. 16. ad quem locum Rabbini noſtri commentantur; הֶחָרָשׁ quando aperit, loquitur, omnes ſunt חֵרְשִׁים muti; quando verò claudit, nemo aperit. Tum ergo à Sapientia illorum didicerunt Sapientes Græciæ, & hæc ſunt illa veritati conſentanea, quæ ſparſim habentur in ſcriptis Philoſophorum: ſed his admiſcuerunt plurima ſua mendacia, quæ deſtruunt verba Rabbinorum noſtrorum. Nam quod non ab illis didicerunt, id quoque non potuerunt ſolidè & verè intelligere &c. *Et mox:* Præterea inveni ſcriptum, quòd Ariſtoteles Græcus, quem omnes cæteri ſequuntur, & ex cujus ſcriptis ſua hauriunt, Præceptor fuerit Alexandri Macedonis, qui toti Mundo imperavit. Cùm itaq; Alexander cepiſſet Hieroſolymam, præfecit Ariſtotelem Præceptorem ſuum Theſauro Salomonis. Tunc Ariſtoteles perſcrutatus libros Salomonis, eos accepit, & ſub ſuo nomine publicavit, addens illis errores ſuos; libros autem Salomonis abſcondit, ut ſic perſuaderet Mundo, Ariſto-

telem ipſum hæc omnia compoſuiſſe. Hæc itaq; videns, gaviſus ſum, & dixi; Certum eſt, quòd fundamenta artium, ut & res iſtæ veræ, quas habent Iſmaëlitæ & Edomæi, h. e. Chriſtiani, ſint à filiis Iſraëlis; cætera autem quæ à ſeipſis ſunt commenti, ſunt ipſorum. *Hactenus ille. Idem habetur in libro* תורת עולה.

In libro Juchaſin *mihi fol.* 157. *col.* 2. Inveni ſcriptum, Platonem accepiſſe ſapientiam, h. e. *Philoſophiam* à Prophetis; Socratem accepiſſe ab Achitophele, & ab Aſaph Karchita. Sic ſcribitur in libro תורת העולה par. 1. cap. 11. Scito, me vidiſſe in libro quodam antiquisſimo, in quo deſcripti fuerunt Philoſophi juxta formam ſuam, & ſapientiam ſuam, quòd Socrates, quem Divinum vocarunt, primus per Philoſophiam invénerit, quòd ſit Ens aliquod abſtractum; quodque ſuam ſapientiam acceperit ab Aſapho, & ab Achitophele.

Iſaac Abarbenel in Nachalas avos, ſeu Comment. in Pirke avos, cap. 1. *ubi de Simeone juſto agitur, ſcribit*; In Epiſtola quadam, quam Ariſtoteles ſcripſit, qui fuit Præceptor Alexandri Magni, & ubique in ejus comitatu ipſum ſequutus eſt, reperitur, illum loquutum eſſe cum Simeone juſto, de Rebus naturalibus: ſed cùm inter ſe loqui cepiſſent de rebus Theologicis & Divinis, Simeonem mirabilem ſe præſtitiſſe, adeò ut Ariſtoteles obſtupuerit ſuper ejus in Divinis ſapientia. Ibidem etiam habentur quædam ſingularia & particularia, de quibus dixit; וזה ממרה שהשיבני השמעוני Ita mihi reſpondit Simeon.

R. Aſarias in libro מאור עינים *cap.* 22. *fol* 91. *col.* 2. *citat R. Joſephum ben Schem tobh, in Præfatione Commentarii* ספר המדות *Ethicorum ſcribentem*; ſe vidiſſe in Ægypto librum, in quo ſcriptum fuerit, quâ ratione Ariſtoteles, in fine dierum ſuorum, palàm & ingenuè confeſſus & amplexus ſit omnia quæ ſcripta ſunt in Lege Moſis, & factus fuerit גר צדק Proſelytus juſtitiæ. *Idem ſcribit haberi in libro* Magen Abraham *Rabbi Perizolæ.* R. Aſarias tamen huic rei nullam fidem dedit. Vide de his Schalſchélet hakkabbálah fol. 99. col. 1. & R. Jehudam Muſcatum ad §. 65.

Sic ſcribunt, Ariſtotelem in libro התפוח Hattappúach, (*de quo vide Bibliothecam Rabbinicam*) in omnibus, de quibus antea contra Legem Moſis ſenſerat, ſententiam mutaſſe, ea revocaſſe, & planè in alium hominem converſum fuiſſe. *Majemonides autem librum illum fictitium & ſabuloſum, falſoq; Ariſtoteli, unà cum alio quodam* בית הזהב *Domus aurea, dicto, adſcribi exiſtimat.*

Abarbenel

Abarbenel in Prophetas ad Jerem. cap. 1. fol. 98. col. 2. ſcribit: Scriptura docet, quòd Jeremias inceperit prophetare temporibus Joſiæ, decimo tertio regni ejus anno: poſt vaſtationem (urbis & Templi) profectus eſt in Ægyptum, & ſubſtitit ibi per annos multos ſine prophetia uſq; ad diem mortis ſuæ. Et Sapientes Græcorum teſtantur, quòd Plato cum ipſo in Ægypto loquutus fuerit. Quâ ratione elapſi ſunt à principio Prophetiæ ipſius, uſque ad ejus mortem, plures quàm 50. anni. Videatur de hoc Auguſtinus de doctrina Chriſtiana lib. 2. cap. 28. & Retractat. lib. 2. cap. 4. Seldenus autem exiſtimat, committi hîc parachroniſmum; nam Jeremiam aliquot ſæculis ante Platonis ortum floruiſſe.

R. Schem tobh ben Joſeph, ben Phalkira, in ספר המעלות, *quem Manuſcriptum olim accepi à Jacobo Romano, Judæo Conſtantinopolitano, de Studio Philoſophiæ agens, ſcribit:* Quod ſi aliquid inveni apud Philoſophos, quod conſentiat cum verbis Sapientum noſtrorum vel cum Scriptura, de eo ubique monui; idque ideò, ut conſtet, quòd veri Philoſophi utplurimùm nobiſcum ſentiant, ac propterea illorum verba non ſint rejicienda, ſicut quidam faciunt; ואני חושב והוא האמת כי הפילוסופים הקדמונים קבלו הפילוסופיא משם ועבר ואברהם אא"עה ושאר האבות וכ"ש משלמה ע"ה שהיו באים מארבע רוחות העולם לשמוע את חכמתו כמו שאמר וכו׳ : Et omninò exiſtimo, ipſaque eſt Veritas, Philoſophos antiquos accepiſſe Philoſophiam à Schemo, Hebero, Abrahamo, & reliquis Patribus noſtris; inprimis autem à Salomone, ad cujus ſapientiam audiendam confluxerunt ex omnibus quatuor mundi plagis, ſicut dicitur; *Omneſq; habitatores terræ quærebant faciem Salomonis, ut audirent ſapientiam ejus,* 1. Reg. 10. 24. Tunc ſcilicet, quiſque quod vel ex ipſo, vel ſub ejus nomine audivit, in lingua ſua conſignavit, ſicut hodiè moris eſt inter omnes populos, ut artes ac diſciplinas ex aliis linguis in ſuam transferant. Sic fecerunt olim Græci, qui omnes libros Philoſophicos in linguam ſuam tranſtulerunt. Et de Ptolomæo memoratur, quòd ad Sacerdotes Hieroſolymitanos miſerit, ut in linguam ſuam ipſi transferrent libros artium ac diſciplinarum quos haberent. Et ipſe Salomo conſcripſit Libros Phyſicos & Theologicos; qui verò per exilia perierunt. Quod enim dicitur; *Loquutus eſt præterea de Arboribus, à cedro quæ eſt in Libano, ad hyſſopum quæ egreditur de pariete; loquutus eſt inſuper de Animalibus, & de Volatilibus, & de Reptilibus, & de Piſcibus, 1. Reg. 4. 33.* id teſtatur, quòd ſcripſerit libros de proprietatibus omnium animalium, de illorum Tem-

rum Temperamentis, naturis, & compoſitionibus; quæ omnia pertinent ad Philoſophiam naturalem,& Theologiam &c.

Quod hic author exiſtimat, inde etiam Philoſophiæ & Theologiæ aliquam cognitionem hauſiſſe Græcos, quòd Libri Hebræorum in ipſorum linguam fuerint translati, eò facit, quod nonnulli ſcribunt, Libros Sacros Moſis & Prophetarum etiam ante L X X. Interpretes in linguam Græcam converſos fuiſſe.

Hinc ſcribit Ludovicus Vives ad Auguſt. lib. 8. de Civitate Dei, cap. 11. Et Ariſtobulus Judæus ad (Ptolemeum) Philometora *libro primo*, ſicut Euſebius citat; *Legem*, inquit, *noſtram in multis Plato ſequutus eſt: apertè namq; in multis ſingula examinaſſe videtur.* Moſaica enim volumina ante Alexandrum, & ante Perſarum imperium traducta fuerant: unde plurima, ſicut & Pythagoras Philoſophus ille accepit. *De hoc Ariſtobuli libro*, cujus meminit Euſebius, legitur in *Supplemento Chronicorum*; quòd Ariſtobulus iſte librum ſcripſerit Ptolemæo, qui complexus ſit centum capita de lege Moſis. R. Aſarias in libro Meor enájim cap. 9. ſcribit, *hujus Ariſtobuli Opus magnum, Græcâ linguâ ſcriptum, exſtare in illuſtri Bibliotheca Florentina; apud Fratres item Benedictinos Mantuæ; ex quorum uno audiverit, longè præſtantius id eſſe, quàm Opera Philonis. Addit*; Fortè etiam apud alios exemplaria habentur; utinam illud poſſim reſcire, aut Deus cor alicujus tangat, qui illud transferat in Linguam Latinam vel Italicam, qui honor habitus eſt Joſepho & Philoni! *Conradus Geſnerus in Bibliotheca ſua ſcribit*; Ariſtobulum hunc fuiſſe unum ex 72. Interpretibus. *Quo fundamento, vel quâ authoritate, mihi non conſtat.* Sed ſufficiant iſta obiter hîc aſperſiſſe. Qui plura hac de re ſcire cupit, & quid tam Patres Chriſtiani, quàm Gentiles Scriptores de ea ſenſerint, conſulat Joh. Seldenum de Jure Naturæ & Gentium lib. 1. cap. 2.

סד אמר הכוזרי וכי זה מ
מחייב שלא נאמין לארסטו
בחכמתו ׃

LXIV. *Coſri*; Sed num propterea minùs Ariſtoteli credendum & fides habenda in Sapientia (*Philoſophiâ*) ipſius?

סה אמר החבר כן מפני ■
שהטריח את שכלו ומחשבתו
בעבור שלא היתה בידו קבלה
ממי שיאמין בהגדתו וחשב
בתחלת העולם וסופו והיה
קשה על מחשבתו לצייר ה
התחלה כאשר היה קשה גם
כן הקדמות אך הכריע ה
תקשות׳

LXV. *Judæus*; Omninò: nam Ariſtoteles defatigavit ingenium & cogitationes ſuas, eò quòd nullam habuit Cabalam ſeu Traditionem à tali, cujus relationi fidem tribuere poſſet. Itaque cogitavit ipſe de Mundi principio & fine, & æquè difficile ipſi fuit concipere ejus Principium, ac Æternitatem. Prævaluerunt & præponderarunt

tamen apud ipſum rationes inclinantes ad Æternitatem, in cogitatione ipſius, non ſollicitus inquirere in numerum annorum, eorum qui ipſum præceſſerunt, & quomodo propagatum, vel, unde ortum ſit genus humanum? Quod ſi extitiſſet Philoſophus inter ipſos, qui habuiſſet Traditiones hac de re certas & experientiâ comprobatas, quas rationibus refutare non potuiſſet, ęquè occupatus fuiſſet ad rationibus & probationibus ſuis confirmandam Novitatem Mundi, utut difficilem, ac confirmavit Æternitatem, quæ longè difficilioris eſt probationis. (*Conf. par. 4. §. 3.* Imò ſi Philoſophi Græci vidiſſent Prophetas Prophetantes &c.)

LXVI. *Coſri*; Num ergo per demonſtrationem habetur præponderatio (*in hac re*) quæ diffundatur in Intellectu (*h. e. qua prævaleat, eiq́; indubiè eam probet & perſuadeat*)?

LXVII. *Judæus*; Unde haberemus Demonſtrationem in Quæſtione hac (*ſc. de Aeternitate Mundi. Conf. lib. More par. 2. in fine cap. 25. & authorem noſtrum §. 89.*)? Abſit á Deo, ut Lex (*ejus*) talia contineat, quæ per Rationes aut Demonſtrationes refutari queant: ſed agit Lex Miraculis, (*demonſtrationibus non Intellectualibus, ſed miraculoſis*) & Mutatione conſuetudinum (*ordinariorum naturæ curſuum*) vel creando res (*novas*) vel convertendo rem unam in aliam, ad probandam Creatoris Mundi Sapientiam, ejuſque Potentiam ad faciendum quicquid vult, & quandocunque vult. Cæterùm quæſtio de Novitate & Æternitate Mundi profunda eſt, & rationes vel argumenta utrinque ſunt æqualia (*neutra evidentem & invictam faciunt præponderationem in Intellectu*), unde Novitas præponderat per Cabalam ſeu Traditionem quæ habetur ab Adamo ad Noachum & Moſen per Prophetiam, quæ ſine dubio fidem majorem meretur, quàm Ratiocinatio (*ſpecu-*

הקשותיו חנוטים אל הקדמות
במחשבתו המופשטת ולא
ראה לשאול על מנין שני מי
שהיה לפניו והיאך נתיחסו בני
אדם: ואלו היה הפילוסוף
באומה שינחל מקובלות
ומפורסמות שאינו יכול לדחות
אותם היה מתעסק בהקשותיו
ומופתיו להחזיק החדוש עם
קשיו כאשר החזיק הקדמות
אשר הוא יותר קשה לקבל:

סו אמר הכוזרי וכי יש ה
במופת הכרעת תתפשט
בשכל:

סז אמר החבר ומאין לנו
מופת בשאלה הזא' חלילה
לאל שתבא התורה במה
שידחה הראיה או מופת אך
תבא התורה בנפלאות ושנות
המנהגים לבריאת דברים
או להפך דבר אל דבר אחר
להורות על חכמת בורא
העולם ויכלתו לעשות מה
שחפץ בעת שיחפוץ: ושאלת
החדוש והקדמות עמוקות
וראיות שתי הטענות גם כן
שוות עד שתכריע החדוש
הקבלה מאדם ועד נח ומשה
בנבואה אשר היא מאין ספק
יותר נאמנת מן ההקשה ואם

היה מצטרך בעל התורה
להאמין ולהודות בהיולי בחומר
קדמון ועולמים רבים קודם
העולם לא היה בזה פגם
באמונתו כי הוא מאמין כי
העולם הזה הוא חדש מזמן
ידוע ותחלת האדם אשר היו
בו אדם וחוה ׃

סח אמר הכוזרי די לי באלה
הטענות המספיקות בשער
הזה ואם תארך חברתי עמך
אטריחך להראות לי הטענות
המספיקות אבל שוב אל גלגול
הזה שיהיה לבורא הגופו'
והרוחות והנפשות והשכלים
והמלאכים אשר נתעלה
והתקדש והתגדל מהשגת
השכלים כל שכן מהחושים
חבור עם הבריאה הזאת
הנבזה המגונה בחמרה ואם
היא נפלאה בצורתה כי בקטן
שברמשים מפליאת חכמתו
מה שאין הדעת משגת אותו ׃

סט אמר החבר בדרך זה
לא הוצרכתי בדברים רבים
להשיבך האתה מיחס זאת
החכמה הנמצאת בבריאת
הנמלה דרך משל אל גלגל
או אל כוכב או לזולתו מבלתי
הבורא היכול המשער אשר

(*ſpeculativa, quæ multis manet dubiis & exceptionibus obnoxia*). Et licet neceſſe haberet Vir Legis, (*qui amplectitur Legem Moſis*) credere & admittere Æternitatem Materiæ primæ (*juxta ſententiam Platonis; qui ſtatuit, Materiam eſſe æternam, & Formas novas: Vide More par. 2. cap. 13. & cap. 25.*) & Mundos plures extitiſſe ante hunc Mundum, nullatenus tamen labefactaretur ejus fides: nihilominus enim crederet, Iſtum Mundum eſſe novum & à certo exiſtere tempore, primosque homines, qui in eo fuerunt, eſſe Adamum & Evam (*quia Scriptura, quæ apud eum eſt certiſſima regula, & de cujus veritate non poteſt dubitare, hoc ei confirmat*).

LXVIII. *Coſri*; Sufficiunt iſta hac vice de præſenti materia, & in eis acquieſco: quòd ſi verò diutiùs tecum converſari datum fuerit, aliâs te urgebo, ut Argumenta ſolidiora mihi proferas. Nunc revertere in orbitam verborum tuorum (*è qua digreſſus es, §. 27. ubi dixit; Et gloria ejus ſe nobis aſſociavit & adjunxit,*) & oſtende, Quomodo in animis veſtris confirmetur (*vobis certum ſit*), Creatori Corporum, Spirituum, Animarum, Intelligentiarum, & Angelorum, qui longè ſublimior, ſanctior, & major eſt, quàm ut Intellectu apprehendi, nedum Senſibus percipi poſſit; commercium intercedere cum Creatura hac vili & turpi, ratione materiæ, admirandâ licet ratione formæ ſuæ? Nam & in minimo reptili tam admiranda ejus elucet ſapientia, ut nulla eam mens aſſequi poſſit & concipere.

LXIX. *Judæus*; Ad verba iſthæc tua non neceſſe habeo multis tibi reſpondere. An tu Sapientiam illam, quæ, exempli gratiâ, elucet in Formicæ creatione, attribues Sphæræ, Planetæ, vel alii alicui rei, quàm Creatori Omnipotenti, & æquo diribitori, qui unicuique rei

ſuum demenſum, ſine additione & diminutione (*ſine exceſſu, & ſine defectu, non plus nec minus, quàm cujusq; conditio exigit*) largitur.

LXX. *Coſri*; Attribui poteſt hoc Naturæ.

LXXI. *Judæus*; Quid verò eſt Natura?

LXXII. *Coſri*; Eſt virtus ſeu vis quædam, ut in Artibus & Diſciplinis (*Philoſophicis*) traditur; qualisnam verò illa ſit, ignoratur. Sapientes autem, ſeu Philoſophi, id noverunt procul dubio.

LXXIII. *Judæus*; Tantundem illi de ea ſciunt ac nos. Philoſophus (*Ariſtoteles*) eam definit, Principium & cauſam motus & quietis ejus cui ineſt primò, & non per accidens.

LXXIV. *Coſri*; Hoc perinde eſt ac ſi diceret; Rem illam quæ à ſeipſa movetur, & à ſeipſa quieſcit, habere Cauſam per quam moveatur & quieſcat; & Cauſam illam eſſe Naturam.

LXXV. *Judæus*; Imò hoc eſt quod vult dicere, cum accuratione magna, & ſubtiliter diſtinguendo inter illud quod agit per accidens, & inter illud quod agit per naturam (*per ſe*). Verba duntaxat & termini perterrefaciunt vel confundunt audientes. Interim hoc eſt quod illi per Naturam intelligunt.

LXXVI. *Coſri*; Si res ita habet, video illos Nominibus iſtis nos ſeducere, & facere, ut Naturam cum Creatore confundamus (*vel, Creatori æquemus*) quando vocamus Naturam, *Sapientem*, *Efficientem* vel *Agentem*; & fortaſſis tandem etiam *Creantem*, juxta illorum ſententiam.

LXXVII. *Judæus*; Ita res habet: Ele-

נתן לכל דבר חקו מאין תוספת וחסרון ׃

ע אמר הכוזרי וזהו ה המיוחס אל פעל הטבע ׃

עא אמר החבר ומה הוא הטבע ׃

עב אמר הכוזרי הוא כח מהכחות על ששמענו בחכמות ואין אנו יודעים מה הוא אבל החכמים יודעים אותו בלי ספק ׃

עג אמר החבר אבל ידיעת' בו כידיעתינו גדר אותו ה הפילוסוף כי הוא ההתחלה והסבה אשר בה ינוח וינוע הדבר אשר הוא בו בעצם ולא במקרה ׃

עד אמר הכוזרי כאלו הוא אומר כי הדבר אשר ינוע מ מעצמו וינוח מעצמו יש לו סבה מה בה ינוח וינוע והסיבה ההיא היא הטבע ׃

עה אמר החבר זה הוא שרצה לומר עם דייקות רב ודקדוק והפרש בין מה שיפעל במקרה ממה שיפעל בטבע והדברים מבהילים השומעים אבל העולה מידיעתם בטבע זה הוא ׃

עו אמר הכוזרי אם כן אני רואה שהתעונו בשמו' האלה ושמונו משתפים עם הבור' באמרנו הטבע חכם פועל ואפשר בורא על טעם ר דבריהם ׃

עז אמר החבר כן הוא אבל

יש ליסודות ולשמש ולירח
ולכוכבי פעלים על דרך ה
החמום והקירור וההרטבה
והיובש והתלויים בהם מבלי
שניחס להם חכמה רק עבודה
אבל הציור והשיעור וההזרעה
וכל אשר יש בו חכמה לכונה
לא יתיחס כי אם לחכם יכול
משער ומי שקורא אלה
שמתקנין החומר בחמום ו
ובקרור טבע לא יזיק כשמרחיק
מהם החכמה כאשר ירחיק
מהאיש והאשה יצירת הולד
בהתחברם אך הם עוזרים
לחומר המקבל צורת האדם
והצורה מאת המצייר החכם
ואל יהיה רחוק בעיניך הראות
רשמי ענינים אלקיים נ
נכבדי בעולם הזה התחתון
כשיהיו החומרים ההם נכונים
לקבל אותם וזהו שורש ה
האמונה ושורש המרי :

menta, Sol, Luna, & Stellæ cæteræ, habent equidem operationes quaſdam, veluti calefaciendi, refrigerandi, humectandi, & exſiccandi, quæque ab his dependent (*nempe qualitates ſecundas, veluti, emolliendi, indurandi* &c.); neque tamen attribuimus illis Sapientiam, ſed Miniſterium duntaxat (*vel, juxta aliam lectionem* על דרך העברה niſi figuratè & metaphoricè) vis autem formatrix (*formam dandi*) menſuratrix (*ad debitam & competentem proportionem perducendi unumquodq;*), & proſeminandi, ut & omnia ea quibus Sapientia ineſt cum intentione certa (*προαιρετική*), non attribuenda ſunt niſi Sapienti & Omnipotenti: Si quis illa, quæ materiam per Calorem aut Frigus præparant, velit Naturam appellare; non peccabit, ſi removeat ab illis Sapientiam, quemadmodum removetur à Viro & Muliere generatio infantis per ipſorum conjunctionem: ſuppeditant enim duntaxat materiam quę recipit Formam humanam; forma autem eſt à Formatore Sapiente. Proinde non eſt quod abſurdum ſic in oculis tuis, ſi videas Notas & veſtigia rerum Divinarum pręſtantisſima in mundo hoc inferiore, ſi materiæ illæ ſint aptæ ad recipiendum eas. Atque hoc eſt fundamentum Fidei, & Rebellionis; (*ſeu Infidelitatis*).

Conferatur cum hoc Paragrapho, qua author ſcribit par. 3. §. 23. & parte 5. ſub §. 20. Propoſitione ſeu Regulâ 2. qua incipit; Secundò, ut confiteamur cauſas ſecundas.

עח אמר הכחרי ואיך יהיה
שור' האמונ' הוא שורש המרי :

LXXVIII. *Coſri*; Quomodo idem poteſt eſſe fundamentũ Fidei & Infidelitatis?

עט אמר החבר יכן כי הדברים
אשר יכונו לקבל הרשמים
ההם האלקיים אינם ביכולת
אדם ולא יוכלו לשער כמותם
ואיכותם ואם ידעו עצמם לא
ידעו זמניהם אך הויתם וחבורם
והזמנ

LXXIX. *Judæus*; Hoc pacto; Quia Res illæ, quæ aptæ vel diſpoſitæ ſunt ad recipiendas notas & characteres illos Divinos, non ſunt in poteſtate hominis, neque poſſunt (*homines*) æſtimare vel determinare debitam illarum quantitatem & qualitatem;

& licet hæc ſciant, neſciunt tamen illorum tempora (*Hebr.* זְמַנָּיהֶם, *an fortè legendum*, זִמּוּנֵיהֶם *præparationes eorum, ut mox ſequitur*), ſed ad ipſorum generationem, compoſitionem, & præparationem requiritur Scientia perfecta, clariſsimè expoſita à Deo ipſo; Ideò is, cui res iſta obtingit, quiq; eam juxta omnes ejus requiſitos modos & conditiones obſervat, idque corde perfecto, eſt Credens: Qui verò conatur aliquid præparare ad rem illam (*Divinam*) recipiendam per cauſas naturales, opiniones, & ratiocinationes, qualia reperiuntur in Libris Aſtrologorum, & Magorum, de ratione deducendi ſpiritualitatem (*è cœlo & aſtris ſpiritualem influentiam in hæc inferiora*), & conficiendi Imagines & Taliſmánim *(quid per hæc intelligatur, vide in Lexico noſtro Talmudico in voce* טלסם) is eſt *Rebellis, Infidelis*; quia offert oblationes, & adolet ſuffitus ex ratiocinatione & opinione ſua, ignorans quid faciendum ſit, quantum item, ubi, quo tempore, à quibus, & quomodo verſandum ſit in hoc negotio, ut & multa alia, quorum recenſio prolixa nimis foret (*Confer cum his, quæ Author habet par. 3. §. 23*). Talis ſimilis eſt ei qui eſt intromiſſus in Theſaurum, ſeu pharmacopæum celebris & periti alicujus Medici, in quo quidem ſalubres continentur medicinæ, ſed medicus eis deeſt: itaque hominibus ad illud pharmacopœum contendentibus, & ſalutare quid quærentibus, depromit è thecis Stultus ille, pharmacorum imperitus, & ignarus quantum de ſingulis ſit propinandum & præſcribendum unicuique, atque inde medicinis illis, quæ per ſe ſalubres ſunt, plurimos necat & interimit: &, ſi contingat, ut ex vaſculo aliquo utile quid depromat, quod alicui proſit, illi (*medicina*) hoc adſcribunt, & dicunt illam juvare;

והזמון להם צריך בזרה אל ידיעת שלימה מפורשת תכלית הביאור מאת האלקים ומי שהגיעו הדבר הזה וקיים אותו על גבוליו ותנאיו בלב שלם הוא המאמין ומי ש שהשתדל לתקן הדברים לקבל הענין ההוא במחקר וסברות והקשות ממה שימצא בספרי החוזים והורדת הרוחניות ועשיית הצלמים והטלסמאות הוא הממרה כי הוא מקריב הקרבנות ומקטיר הקטורות מהקשה וסברא ואיננו ידע אמתת מה שראוי וכמה ואיך ובאיזה מקום ובאיזה עת ומי מבני אדם ואיך ראוי להתעסק בענין ההוא וענינים רבי' ספורם יארך ככסיל אשר נכנס באוצר רופא מפורסם כי רפאותיו מועילות והרופא איננו בו ובני אדם היו מכוונים אל האוצר ההוא לבקש ה התועלת והכסיל ההוא היה נותן להם מן הכלים ההם והוא לא היה מכיר הרפאו' ולא במה ראוי להשקו' מכל רפואה ורפואה לכל איש ואיש והמית אנשים רבים ברפאות ההם אשר היו מועילות להם ואם יזדמן שיקבל תועלת אחד מהם בכלי מן הכלים ההם יטו

בני אדם אליו ויאמרו כי אותו
הוא המועיל עד אשר יראו
לזולתו תועלת במקרה יטו גם
כן אליו ולא ידעו כי המועיל
בעצמותו אמנם הוא עצת
הרופא ההוא החכם אשר
חבר הרפואות ההם והיה
משער אות' כראוי והיה מצוה
החולה שיזמן מה שצריך
לרפואת ממאכל ומשקה
ותנועה ומנוחה ושינה וקיצה
ואויר ומשגל וזולתם ועל
הדרך הזה היו בני אדם קודם
משה זולתי מעט מוער נפתים
בנימוסי הכוכבים והטבעים
ונעתקים מנימוס אל נימוס
ומאלוה אל אלוה ואפשר
שמחזיקים ברבים מהם
ושוכחים מנהיגם ומנהלם
ומשימם סבה לתועלות והם
בעצמם סבה לנזקים כפי
ההכנה והזימון אבל המועיל
בעצמו הוא הענין האלקי
והמזיק בעצמו הוא העדרו :
פ אמר הכוזרי נשוב אל
ענינו והודיעני איך קמה
תורתכם ואיך פשטה ונראתה
ואיך נתחברו הדעות אחרי
אשר היו חלוקות ובכמה שנים
נתיסדה האמונה ונבנתה
עד שנתחזקה ונשלמה כי
התחלות הדתות מבלי ספק
לא תהיינה כי אם ביחידים
שמתגברים לעזור הדבר אשר

juvare; donec aliud videant itidem per accidens utilitatem afferens, & tum de eo ſimiliter dicunt, illud prodeſſe, ignorantes, conſilium & peritiam Medici per ſe eſſe id, quod ſalutem præſtat, qui ſcilicet medicinas illas componit, debitaque quantitate miſcet, & ægroto omnia præſcribit quæ ad ſanitatem recuperandam ſunt obſervanda, circa cibum & potum, motum & quietem, ſomnum & vigilationem, Aerem, thorum conjugalem, & alia. Eadem prorſus ratione homines ante Moſen, paucis exceptis, ſeducti fuerunt legibus ſeu doctrinis ſuperſtitioſis Stellarum, Syderum, & Rerum naturalium (*quibus Virtutes adſcripſerunt*) & tranſlati ab una Lege *(ſuperſtitione)* ad aliam, & ab uno Deo ad alium (*quia unumquemq, Planetam vel Stellam, vel etiam Rem naturalem talem, Deum vocarunt, ut videre eſt par. 4. §. 1.*) & fortè aliquando plures ſimul ſunt amplexi; obliviſcentes interim Ejus qui omnia illa regit, gubernat, virtutibusque ſalutaribus & utilibus inſtruit, quæ per ſe poſſunt æquè eſſe cauſæ noxiæ, pro qualitate & diſpoſitione (*ſubjectorum recipientium*); utilitas verò omnis per ſe eſt à Re (*virtute & voluntate*) Divina: damnum, ab Ejus privatione. (*Confer cum his par. 3. §. 23. & 53.*)

LXXX. *Coſri*; Revertamur ad propoſitum noſtrum, & indica mihi, Quomodo orta ſit Lex veſtra? quomodo propagata & conſpicua facta? quomodo animi hominum, qui antea diverſa ſentiebant, in unum conjuncti fuerint *(ad eam amplectendam)*? quot item annorum ſpatio Fides (*veſtra*) ſit fundata, & exſtructa, donec ea confirmata & ad perfectionem deducta fuit? Principia enim Religionum ſine dubio nonniſi à paucis & ſingularibus quibuſdam

ירצה

primò proficiſcuntur, qui omnĩ ſtudio contendunt juvare (*promovere*) rem illam quam Deus̃ vult patefacere vel manifeſtare (*juxta ipſorum opinionem*): hi deinceps paulatim multiplicantur, & porrò adjuvantur vel à ſeipſis, vel Rex aliquis exſurgit conatus illorum promovens, & populum ad rem illam cogens (*Confer par.* 2. §. 1.).

LXXXI. *Judeus*; Hac ratione non exſurgunt & propagantur niſi Leges ſeu Religiones Intellectuales, quarum origo & principium eſt ab Homine aliquo, qui cùm vires acquirit, & ſucceſſum vel aſſenſum, dicit, ſe adjutum & edoctum eſſe à Deo, & ſimilia. Lex autem quæ à Creatore (*Deo*) originem ſuam trahit, derepentè exſurgit. Ipſo dicente ei, *Eſto*; & *Eſt*, ſicut in Creatione Mundi.

LXXXII. *Coſri*; Percellis nos his tuis verbis, ſocie (Judæe).

LXXXIII. *Judeus*; Sed res ipſa magis percellit (h. e. *Res & hiſtoria ipſa, quo modo orta & propagata ſit Lex noſtra, ſi ſecundum ſuas circumſtantias particulares referatur, longè magis percellit, quàm generalis iſta narratio*). Nam Filii Iſraël tùm erant in gravi ſervitute conſtituti, ſexcenta millia virorum (*ſupputati*) à filio viginti annorum & ulteriùs, familiis ſuis diviſi in duodecim tribus, è quibus ne unus quidem ſe ſubduxit, vel in aliam terram (*ex Aegypto*) profugit, neque etiam ullus peregrinus in illos irrepſit, exſpectantes definitum tempus, quo Deus patribus ipſorum, Abrahamo, Iſaaco, & Jacobo, promiſerat, ſe daturum ipſis in hæreditatem terram Canaan. Terra autem Canaan tùm temporis erat in manu (*poteſtate*) ſeptem populorum in ſum̃a felicitate & potentia conſtitutorum: filii verò Iſraël in extrema erant paupertate & miſeria ſub manu Pharaonis, qui filios ipſorum ne multi-

ירצה האלקים להראותו והם הולכים ורבים ונעזרים בעצמם או שיקום להם מלך עוזר ויכריח ההמון על הדבר ההוא:

פא אמר החבר לא יקום ויגדל על הדרך הזה אלא הנימוסים השכליים אשר התחלתם מן האדם וכאשר יגבר ויעזר יאמר כי הוא נעזר מן הבורא ומלומד והדומה לזה אבל הנימוס אשר התחלתו מהבורא הוא קם פתאום ואמר בו היה ויהי כבריאת העולם:

פב אמר הכוזרי הבהלת אותנו בדבריך החבר:

פג אמר החבר אבל הענין מבהיל יותר כי היו בני ישראל משועבדים במצרים שש מאות אלף רגלי מבן עשרים שנה ומעלה מתיחסים אל שני עשר שבטים לא נמלט מהם איש ולא ברח אל ארץ אחרת ולא נכנס ביניהם נכרי מ מיחלים המועד אשר יעד בו אל אבותם אברה׳ יצחק ויעקב שינחילם את ארץ כנען וארץ כנען היתה בעת ההיא בידי שבע אומו׳ בתכלית ההצלחה והחזקה ובני ישראל בתכלית הדלות והעני ביד פרעה הורג את בניהם שלא ירבו

ושלח משה ואהרן עם ח
חולשתם ועמדו כנגד פרעה
עם חזקתו באותות ובמופתים
ובשנוי המנהגים ולא יכול
להסתר מהם ולא לצוות
עליהם ברע ולא למנוע עצמו
מעשר מכות אשר חלו ב
במצרים במימיה ובארצם
ובאוירם ובצמחיהם ובבהמתם
ובגופם ובנפשותם שמת
מהם ברגע אחד בחצות לילה
כל בכור בבתיהם ואין בית
אשר אין שם מת זולתי בתי
בני ישראל וכל המכות האלה
היו באות באזהרה ובהתראה
ובמועד ומסתלקות כדי ש
שיתברר כי הם בכונה מאת
אלוה חפץ עושה חפצו בעת
שיחפוץ לא מצד הטבע ולא
מצד הכוכבים ולא מצד כשפים
ולא במקרה ואחר יצאו בני
ישראל בדבר השם בלילה
ההוא בעת שמתו בכוריהם
מעבדות פרעה והלכו דרך ים
סוף ומנהלם עמוד הענן ועמוד
אש הולכים לפניהם ומנהיגים
אותם ונגידיהם וכהניהם
שני הזקנים האלקיים משה
ואהרן היו בעת שנתנבאו בני
שמונים שנה ויותר ועד העת
ההוא לא היה להם מצות כי
אם מעט מורש' מן היחידים
ההם מאדם ועד נח ולא

multiplicarentur necavit. Eo tempore miſit (*Deus*) Moſen & Aharon, qui, nullis viribus licet prædit, reſtiterunt Pharaoni potentisſimo cum ſignis, prodigiis, & mutatione rerum naturæ ordinariarum & conſuetarum (*miraculis*), coram quibus ille ſe nec abſcondere potuit, neq; malo ipſos afficere, neque etiam ſe ſubtrahere decem plagis, quæ Ægyptiis, in Aqua, Terrâ, Aere, Plantis, Pecoribus, Corporibus, & Animabus, incubuerant, cùm unico momento, circa mediam noctem, omnia primogenita in ædibus ipſorum morerentur, nec vel una domus reperiretur, in qua non eſſet mortuus, præterquam domus Iſraëlitarum. Omnes etiam iſtæ plagæ immiſſæ fuerunt prævia admonitione & comminatione, & certo tempore; eodem etiam modo ablatæ; ut conſtaret, illas provenire ex intentione certa, à Deo voluntate prædito, & voluntatem ſuam, quandocunq; voluerit, faciente; non verò à Natura, vel à Planetis & Syderibus, vel à præſtigiis Magicis, vel ex Accidenti. Poſtea juxta verbum Dei egresſi ſunt filii Iſraël, eadem nocte quâ mortui fuerunt primogeniti Ægyptiorum, è ſervitute Pharaonis, proficiſcentes viâ maris rubri, Columnâ nubis & Columnâ Ignis ipſos ducentibus, & præeuntibus: Rectores verò, Principes, & Sacerdotes ipſorum, duo illi Divini Senes, Moſes & Aharon, fuerunt octoagenarii, quando Prophetico munere functi ſunt, & ultrà (*ut legitur Exod. 7. ad quem locum Aben Eſra notat, de nullis aliis Prophetis legi, qui in ſenectute ſua prophetarint, niſi de his, eò quòd cæteris omnibus præſtantiores fuerint*). Uſque ad illud tempus nulla Præcepta adhuc habuerunt, niſi [1.] pauca quædam hæreditariò accepta, per ſingulares illos viros (*qui Peculium fuerunt*) inde ab

Adamo, & Noacho, quæ non abrogavit Moſes, ſed adauxit (*dictante Deo, confirmatis ſimul etiam illis prioribus, & Legi ſuæ inſertis*). Pharaone ipſos perſequente non indiguerunt armis bellicis, neque etiam populus bello erat aſſuetus, ſed Deo in illorum gratiam mare findente, per medium ejus ipſi tranſiverunt, Pharaone & exercitu ejus in eo ſubmerſis, & proſtratis, in oculis filiorum Iſraëlis. Sed hiſtoria prolixa nimis eſt, & notoria.

בשלם משה אבל הוסיף עליהם ואחר כן רדף אחריהם פרעה ולא נצטרכו אל כלי מלחמה ולא היו העם מלומדי מלחמה ובקע עליהם את הים ועברו בתוכו וטבע בו פרעה וחילו והשליכם הים מתוכם לעיני בני ישראל והדבר ארוך וידוע :

N O T Æ.

[1.] *Majemonides, in Tractatu de Regibus & Bellis, cap. 9. ſcribit*; Sex præcepta data ſunt Adamo, 1. de Idololatria, 2. de Deo benedicendo, 3. de Effuſione ſanguinis; 4. de Scortatione, 5. de Rapina, 6. de Judiciis. Etiamſi enim hæc quoque per traditionem acceperimus à Moſe, & ex Lege ea habeamus, tamen videntur illi fuiſſe data. Noacho additum fuit præceptum de non edendo membro de animali vivo, ſicut dicitur; *Veruntamen carnem cum anima ejus, quæ eſt ſanguis ejus, ne comedatis*, *Geneſ.* 9. 4. Et ſic fuerunt 7. præcepta. Hâc ratione permanſit res uſq; ad Abrahamum. Cùm veniret Abraham, ulteriùs ipſi datum fuit præceptum Circumciſionis. Idem etiam author eſt Precationis matutinæ. Iſaacus ſeparavit Decimas, & addidit Precationem Veſpertinam. Jacob addidit præceptum de non edendo nervo femoris, Geneſ. 32. ℣. ult. & inſuper precationem Nocturnam. In Ægypto de aliis præceptis mandata accepit Amram, donec tandem veniret Moſes, & Lex ſuam perfectionem eſt adepta. *Hactenus Majemon. Ita, juxta illorum ſententiam, plures fuerunt, per quos Leges ante Moſen fuerunt latæ, quàm Adamus & Noachus. Quòd horum duorum tantùm mentionem faciat Author noſter, brevitatis ſtudio factum ab eo exiſtimat Muſcatus, & quòd hi duo primi quaſi fuerint Patres totius generis humani; Adam inde à prima Creatione, Noach poſt Diluvium.* Cæterùm de Septem præceptis Noachidarum videatur eruditè & diffuſè, Joh. Seldenus, De Jure Naturæ & gentium lib. 1. cap. 10.

LXXXIV. *Coſri*; Hæc utique revera eſt Res (ſeu, *Virtus*) illa Divina, (*cujus ſuprà mentionem fecit*, §. 27. 43. 79.) ac proinde meritò, quæcunque ab ea Præcepta dependent (*ſunt profecta*), ſunt acceptanda

סג אמר הכוזרי זהו הענין האלקי באמת ומה שנתלה בו מן המצות ראוי לקבלו כי

אין נכנס בלב מאמתו ספק לא
מכשפים ולא מתחבולה ולא
מדמיון ואלו נדמה להם
המכות והבקע הים ועברם
בתוכו לא ידמה להם הצלתם
מן העבדות ומות מעבידיהם
וקחתם שללם והשאר ממונם
אצלם וזה עקשות מ
מאפיקורוסים ׃

פה אמר החבר ואחרי זה
יותר מזה שעמדו במדבר
ארבעים שנה מקום אין זרע
והוריד להם לחם נברא יום יום
מלבד השבת אכלוהו ארבעים
שנה ׃

פו אמר הכוזרי גם אלה אין
בהם מדחה מה שמתמיד
ארבעים שנה לשש מאות
אלף איש והנלוים אליהם ירד
ששה ימים ויסתלק יום השבת
אם כן חובה לקבל השבת
מפני שהיה הענין האלהי
נדבק בו ׃

פז אמר החבר השבת מוזהר
עליו מזה ומבריאת העולם
בששת ימי בראשית וממה
שאני עתיד לזכרו והוא שהעם

ceptanda (*tanquam Divinitatis teſtimoniis & miraculis, tam abundè confirmata*). Non enim ullius eam credentis animum læva occupāre poteſt ſuſpicio, de incantatione, præſtigiis, vel quaſi imaginaria illa fuiſſent. Nam, ſi maximè id ſuſpicari quis poſſet de Plagis (*Aegyptiis immiſſis*), de Maris fiſſione (*uti Beroſus Chaldæus fecit*), & de tranſitu Iſraëlitarum per illud; nequaquam tamen his artibus attribui poteſt Liberatio illorum ex ſervitute, Mors eorum qui in ſervitute eos detinebant, & Ablatio ſpoliorum ac cæterarum facultatum illorum (*utpote quæ actu ipſo, & revera facta fuerunt*). Frivola hæc ſunt & perverſa cavilla hominum Epicureorum (*qui talia fingunt & comminiſcuntur*).

LXXXV. *Judæus*; Atqui his magis terribile eſt, quòd per quadraginta annos ſubſtiterunt in deſerto, loco inculto & ſterili, & illis Panem creatum (*Manna de cœlo. Conf. §. 91.*) demiſit (*Deus, Res illa Divina*); quòd item ille Panis ſingulis diebus deſcenderit, præterquàm in Sabbatho, idque per totos illos quadraginta annos.

LXXXVI. *Coſri*; Et hæc quoque non poſſunt negari (*quin ſint Divina*); quòd ſc. per annos quadraginta continuos, ſexcentis millibus viris, hoc contigerit, quòd item ſex diebus (*panis ille*) deſcenderit; Sabbatho verò ſublatus fuerit. Ex hoc verò colligitur, Recipiendum eſſe Sabbathum, eò quòd res Divina huic rei adhæſit. (vel ſic; *Et hæc quoq, non poſſunt negari, quæ contigerunt* 600000. *viris. Quæ verò his ſunt adjuncta, Deſcenſio* (panis) *per ſex dies, ejuſq, Ablatio in die Sabbathi, videntur obligare ad recipiendū Sabbathum, eò quòd res Divina huic rei adhæſit*).

LXXXVII. *Judæus*; De obſervatione Sabbathi monemur tùm hinc, tùm ex Creatione mundi ſex diebus factâ, tùm ex hoc quod jam ſum dicturus: Populus (*Iſraëliticus*) quamvis crediderint in id per quod venit Moſes (*h.e. Moſis Divinum gradum & vocationem, quòd divi-*

nitus miſſus, & ſpiritu Dei inſtructus ſit) ex miraculis illis (*quæ patravit*); tamen hoc in animis ipſorum dubium remanſit, Quomodo Deus loquatur cum homine, ut principium Legis non ſit ex conſilio & cogitatione hominis alicujus, auxilio & robore à Deo confirmati & adjuti? eò quòd abſurdum ipſis videretur, Sermonem alii competere vel attribuere, quàm homini; quia ſc. Sermo eſt affectio Corporea. Ideò hunc ſcrupulum ex animis ipſorum volens Deus eximere, præcepit illis, ut ſe ſanctificarent ſanctificatione internâ & externâ, inter quæ vel præcipuum erat, Separatio à conſuetudine mulierum, (*Exod.* 19. 15.), & Præparatio ad audiendum verba Dei (*Exod.* 19. 11.). Sic ergo ſanctificavit, & præparavit ſe populus ad gradum Propheticum, & ad audienda verba Dei facie ad faciem. Quod triduo pôſt factum, præcedentibus ſignis & prodigiis maximis, tonitruum, fulgurum, terræmotuum, & ignis qui circumdederat montem Sinaj. Hic Ignis per quadraginta dies manſit, populo vidente & Ignem, & Moſen in illum ingredientem & ex eo egredientem. Et tùm audivit populus Sermone claro & articulato Decem Præcepta, quæ continent Subſtantiam & fundamenta (*compendium, ſummam*) Legis, quorum unum eſt Præceptum de Sabbatho, quod equidem jam antea in Deſcenſu Mannæ datum fuerat. Iſta Decem præcepta non accepit populus, vel à ſingularibus aut paucis quibuſdam, vel à Propheta aliquo, ſed à Deo ipſo data ſunt; veruntamen non eâ illi, quâ Moſes, facultate erant præditi, ut rem illam magnam (*inpoſterum amplius*) viderent. Ab eo tempore crediderunt, talem per Mo-

עם מה שהאמינו במה שבא
בו משה אחר המופתים האלה
נשאר בנפשותם ספק איך
ידבר האלקים עם האדם כדי
שלא תהיה התחלת התורה
מעצה והמחשבה מחמת
אדם ואחר יחברהו עזר ואומץ
מאת האלקים מפני שהיה
רחוק הדבור בעיניה׳ מזולת
אדם בעבור שהדבור גשמי
ורצה ה׳ להסיר הספק הזה
מלבותם וצוה אותם להתקדש
הקדוש׳ הצפונה והגלויה ושם
הדבר הנחוץ בזה פרישות מן
הנשים והזמון לשמוע דברי
אלקים והתקדש העם ונזדמן
למדרגת הנבואה ולשמוע
דברי האלקים פנים בפנים
והיה זה אחר שלשה ימים
בהקדמות אותות גדולות
מקולות וברקים ורעמים ואש
שסבבה את הר סיני ונשארה
האש ההיא ארבעים יום רואין
אותו העם ורואין את משה
בא בתוכה ויוצא ממנה
ושמע העם דבור צח בעשרת
הדברים הם אמות התורה
ושרשיה אחד מהן מצות שבת
וכבר קדמה מצותו עם הורדת
המן: ואלה עשרת הדברים
לא קבלם ההמון מאנשים
יחידי׳ ולא מנביא כי אם מאת
האלקים נתנו אבל לא היה
בהם כח כמשה לראו׳ הדבר
הגדול ההוא והאמינו העם מן
היום ההוא כי משה מדובר בו

בדבור התחלתו מאת הבורא
לא קדמה למשה בו מחשבה
ולא עצה שלא תהיה הנבואה
כאשר חשבו הפילוסופים
מנפש יזדככו מחשבותיה ו
ותדבק בשכל הפועל הנקרא
רוח הקדש או כגבריאל ו
ויעזרוהו וישכילוהו ואפשר
שיתדמה לו בעת ההוא בחלום
או בין שינה וקיצה כאיש
מדבר עמו ושומע דבריו בנפשו
לא באזניו ובמחשבתו לא
בעיניו ואז יאמר כי הבורא דבר
בו יוסרו אלה הסברות במעמד
הגדול ההוא ומה שנלוה אל
הדבור האלקי מן המכתב ה
האלקי שחקק עשרת הדברות
האלה כשני לוחות אבנים
יקרות ונתן אותם אל משה
וראו אותם מכתב אלקים
כאשר שמעו אותם דבור
אלקי ועשה להם משה
במצות האלקים ארון והקים
עליו המשכן הידוע ונשאר זה
בין בני ישראל כל ימי הנבואה
כתשע מאות שנה עד שמרו
העם וננגז הארון וגבר עליהם
נבוכד נצר והגלם :

per Moſen ſermonem proferri, cujus principium ſit à Deo, & de quo Moſes priùs nec cogitationem, nec deliberationem habuerit. Non enim ſunt verba Prophetiæ, ut Philoſophi ſenſerunt, ab Anima purificatâ, Intellectui Agenti adhærente, qui vocatur Spiritus Sanctus, vel [1.] Gabrieli, quos ajunt adjuvare & perficere Intellectum, adeò ut ei videatur tempore illo, ſeu in ſomnio aut ſomno, ſeu inter vigilandum, ac ſi vir cum ipſo loqueretur, cujus verba audiret in animo, non auribus, in cogitatione, non oculis; & tùm dicere, Creatorem ſecum loquutum eſſe. Iſtæ Opiniones tolluntur per Panegyrin illam magnam (*in monte Sinaj, in qua Deum loquentem audiverunt*) & per Scripturam Divinam, Sermonem comitantem, dum Decem illa præcepta inſculpſit (*Deus*) in duabus tabulis è lapidibus pretioſis, easque Moſi dedit, in quibus viderunt & agnoverunt Scripturam Divinam, prorſus ut ex ore Dei audiverant: Moſes dein, ex mandato Dei, fecit pro illis Arcam, & erexit ſuper eâ tabernaculum, quod inter Iſraëlitas duravit toto tempore Prophetiæ per noningentos annos, donec populus rebellavit Deo: Tùm abſcondita fuit Arca, [2.] & prævaluit ipſis Nebucadnezar, ac in captivitatem abduxit eos.

N O T Æ.

[1.] *Muſcatus exiſtimat, illum reſpicere ad id, quòd Rabbini illud Geneſ. 3. v. 22.* En homo factus eſt כאחד quaſi unus ex nobis; *explicant,* כגבריאל ſicut Gabriel; *quia ſcil. de eo apud Danjelem etiam dicitur;* Et ecce איש אחד Vir unus in medio eorum, indutus lineis, Dan. 10. 5. *& R. Iſaac Latiph id explicare de Intellectu agente in libro* שער השמים *Portâ 1. cap. 15. & Portâ 3. cap. 1. & in* גנזי המלך *in principio cap. 24.*

[2.] Per noningentos annos) *ſic infrà par. 2. §. 23. ab initio. Muſcatus*

ita ſupputat: Templum ædificatum eſt anno 480. *ab egreſſu filiorum Iſraël ex Ægypto,* 1. *Reg.* 6. *v.* 1: *in exſtructione conſumpti ſunt* 7. *anni, ibid. v. ult. Templum ſtetit* 410. *annis, qui additi faciunt* 497. *annos, tribus tantùm de* 900. *deficientibus, qui non deſtruunt numerum rotundum & plenum. Itaq; quod de* 900. *annis dicit, intelligendum non præcisè, ſed circiter. Confer par.* 3. §. 39. *ſub finem. Caterùm de Arca abſconſione videatur Diſſertatio noſtra de Arca fœderis cap.* 22.

LXXXVIII. *Coſri*; Qui vos audit dicentes; Deum loquutum eſſe cum populo veſtro, & ſcripſiſſe ei Tabulas lapideas, aliaque ſimilia, jure vobis attribuet Corporeitatem (*quòd Deum corporeum faciatis*); quin & vos hoc nomine non culpandi eſtis. Stationes h. e. Apparitiones enim & Actiones illæ manifeſtę & magnę negari non poſſunt. Excuſandi etiam eſtis, quòd rejiciatis omnem ratiocinationem & ſpeculationem Intellectualem (*quia reipsâ & per experientiam aliter edocti eſtis*).

כח אמר הכוזרי מי ששומע דבריכם כי האלקים דבר עם המוניכם וכתב להם לוחות וזולת זה הדין עמו שייחס עליכם דעת ההגשמה וגם אתם אין להאשימכם כי אין מחסה למעמדות הגדולים הגדולים האלה ויש לדון אתכם לזכות בהשלכת ההקשה והעיון השכלי׃

LXXXIX. *Judæus*; Abſit, ut Deo adſcribamus falſitatem & mendacium, aut ut aliquid occurrat in Lege, quod Intellectus non admittat, vel falſitatis redarguat. *Primum* Decalogi præceptum eſt, ut credamus in Deum: *Secundum* eſt prohibitio de non colendis diis aliis, & non faciendo ſculptili, imagine & ſimilitudine ulla, h. e. de non incorporando (*Deo, de nullo corpore ei affingendo, nec corporeâ imagine eum exprimendo*). Et quî quęſo Illum non eximeremus à Corporeitate, cùm nonnullas ejus creaturas ab ea excipiamus, veluti Animam rationalem, quæ revera Homo eſt? Nam id quod loquitur nobiſcum e. g. per Moſen, quod intelligit, quod dijudicat, non eſt ejus lingua, nec cor, nec cerebrum, ſed hæc ſunt inſtrumenta duntaxat Moſis: Moſes eſt Anima rationalis intelligens, quæ nec eſt Corpus, neq; loco determinatur, nullo loco excluſa, neq; ulli loco incluſa

כט אמר החבר חלילה לאל מן השקר ושיבא בתורה מה שהשכל מרחיק אותו וישימהו שקר ותחלת עשרת הדברים הוא הצווי שנאמין באלקים והשני האזהרה מעבוד אלקים אחרים ומעשות פסל ותמונה ותבנית וכללו של דבר ו מהגשים ואיך לא נרוממהו מהגשמות ואנחנו מרוממי קצת מבריאותיו מהגשמות כנפש המדברת אשר היא האדם באמת כי אשר ידבר עמנו ממשה וישכיל וינהיג איננו לשונו ולא לבו ולא מוחו אך אלה כלים למשה ומשה נפש מדברת מכרת איננה גשם ואיננה נגבלת במקום ולא יצר ממנה

מקום ולא תצר הי׳א מהכלל
בה צורות כל הברואים ואנחנו
מתארים אותה בתארים
מלאכותיים רוחניים כל שכן
בורא הכל ית׳ אמנם הדין
עלינו שלא נדחה מה שקבלנו
מן המעמד ההוא ונאמר שאין
אנחנו יודעים איך נגשם הענין
עד ששב דבור וקרע את אזנינו
ולא מה שברא לו יתברך
ממה שלא היה נמצא וכל מה
שהעביר לו מן הנמצאים כי לא
יחסר לו יכולת כאשר נאמר
כי הוא יתברך ברא את
הלוחות וכתב אותם כתב
חרות כאשר ברא את השמי׳
במאמרו בלבד ורצה יתברך
ונגשם על השיעור אשר חפץ
ועל המתכונת אשר חפץ
ונחרת בהם הכת׳ בעשרת
הדברים כאשר נאמר כי קרע
את הים ושמהו לחומות
עומדות מימין העם ומשמאלם
ומסלות מסודרות ורחבות
וארץ ישרה ילכו בה מבלי
טורח ולא עכוב וכן הקריעה
והבנין והתקון מיוחס אליו
יתברך לא נצטרך בו אל כלי
ולא אל סבות אמצעי׳ כאשר
יצטרך בפועל הברוא׳ כי המים
עמדו במאמרו ונצטיירו בחפצו
וכן יצטייר האויר המגיע אל
אזן הנביא בצורות האותיות

cluſa (*de verbo ad verbum*; nullus ei locus eſt nimis anguſtus, neque illa toti nimis anguſta), ſed omnium creaturarum formas capiens & concipiens, quamq; proprietatibus & attributis Angelicis & Spiritualibus deſcribimus; quantò ergo magis id faciemus de Deo? (*Itaq, nullâ ratione nobis affingi poteſt Corporeitas de Deo*). Jure tamen facimus, quòd non rejiciamus vel negemus ea, quæ accepimus in Divina illa Statione; dicentes, nos ignorare, quomodo incorporata (*corporea facta*) ſit illa res, quæ Sermo facta eſt, auresque noſtras penetravit (*ut illud auribus noſtris perceperimus*), quid item creaverit ſibi Deus quod antea non extiterit (*intellige Tabulas lapideas, quibus Legem inſculpſit*) & quid ex Entibus in illud tranſire fecerit (*in eas ſcribendo*); quia non deeſt Deo potentia. Dicimus nempe, quòd creârit Deus Tabulas, & inſcripſerit eis Scripturam exaratam (*inciſam*) ſicut creavit Cœlum & Stellas, per verbum ſuum nudum; & quòd per ejus nudam voluntatem incorporatæ ſint (*Tabulæ*) eâ quâ voluit menſurâ, & eâ quâ voluit formâ; quòd item Decem præcepta eis inſcripſerit & inſculpſerit, ſicut dicimus, quòd fiderit Mare, & Muros ex eo fecerit, à dextera & ſiniſtra populi, ſemitas item per illud ordinatas, plateas, & terram planam, per quam ſine moleſtia & impedimento tranſirent. Quâ ratione ad Fiſſionem (*maris*), Exſtructionem (*murorum illorum*) & Complanationem (*viæ & terræ*), quæ Deo attribuuntur, non opus habuit Inſtrumentis, neque Cauſis ſecundis, prout illis opus eſt in Operatione vel Actu Creaturarum; Aquæ enim conſtiterunt per ipſius Verbum, & formatæ ſunt per ejus voluntatem; Pari ratione formatur (*à Deo*) Aer, ad aures Prophetæ pertingens cum

שהם

ſormatione literarum exprimentium res illas, quas (*Deus*) Prophetam vult audire facere, vel Populum.

XC. *Coſri*; Hæc ratio ſufficit.

XCI. *Judæus*; Non abſolutè decerno & pronuncio, hoc & non alio modo rem ſe habere: fieri enim poteſt, ut profundior ſit, quàm ego cogitare poſſim. Hoc autem hinc elicio & concludo; Eum qui vidit Stationes (*ſanctas illas & Divinas apparitiones & revelationes*), credere debere, res illas à Deo immediatè eſſe, quia ſunt ſimiles creationi primæ, credendum item eſſe Legi, quæ in illis (*ſtationibus*) data fuit, Mundum deniq; eſſe novum, & à Deo creatum; ſicuti conſtat, Illum creaſſe Tabulas, & Manna, aliaque ſimilia; ſimul etiam tolli ex animo credentis hæc, dubia Philoſophorum, & Patronorum Æternitatis Mundi.

XCII. *Coſri*; Cave tibi, Amice, ne declines (*modum excedas*) in recenſione laudum populi tui, & omittas (*diſſimules*) ea quæ publicè nota & decantata ſunt; Rebellionem videlicet populi in ipſis his Stationibus ſacris. Audivi enim, eos, durantibus illis, confeciſſe Vitulum, eumque coluiſſe, derelicto Deo.

XCIII. *Judæus*; Peccatum hoc, quod tantopere exaggeratur in ipſis (*Peccati hujus exaggeratio ab aliis facta*), teſtimonium eſt Magnitudinis & excellentiæ ipſorum. Magnus enim eſt is, cujus peccata notantur, & famâ differuntur.

XCIV. *Coſri*; Hîc quoque modum excedis, & effugium quæris pro excuſatione populi tui. Quodnam enim majus eſſe poſſit peccatum, quàm hoc? Et quis gradus ſupereſt poſt hunc? (*quis gradus hoc eſt ſuperior?*)

שהם מורות על הענינים שהוא חפץ להשמיעם אל הנביא או אל ההמון :

צ אמר הכוזרי זאת הטענה מספקת :

צא אמר החבר ואינני גוזר שיהיה הענין על הדרך הזה ואולי הוא על דרך יותר עמוק ממה שיעלה ממחשבה אך העולה מזה האמנת מי שראה המעמדות האלה כי הענין ההוא מאת הבורא מבלי מצוע מפני שהם דומות לבריאה הראשונה והיצירה ותאמין הנפש בתורה הנתנת להם עם האמונה כי העולם חדש וכי ה׳ בראו כמו שאתם רואים שברא הלוחות והמן זולתו ויסורו מלב המאמין ספקות הפילוסופים ובעלי הקדמות :

צב אמר הכוזרי הזהר החבר שלא תטה בספור שבחי עמך ותעזוב מה שנתפרסם ושנודע ממרים עם אלה המעמדות כי שמעתי שבתוך זה עשו עגל ועבדוהו מבלתי האלקים :

צג אמר החבר חטא ש שהגדילוהו עליהם לגדולתם והגדול מי שחטאיו ספורים :

צד אמר הכוזרי וזה מנטותך ועזרך לעמך ואי זה עון גדול מזה ואי זו מעלה תשאר אחר זה :

XCV. *Ju-*

אמר החבר הרפה לי נס מעט עד שאבא' אצלך גדולת העם ודי לי לעד שהשם בחרם לעם ולאומה מבין אומות העולם וחול הענין האלקי על המונם עד שהגיעו כלם אל מעלת הדבור ועבר הענין אל נשיהם והיו מהם נביאות אחר שלא היה חל הענין האלקי כי אם ביחידים מבני אדם אחר אדם הראשון כי אדם היה שלם מבלתי תנאי כי אין טענה בשלמות מעשה מעושה חכם יכול מחומר בחרו לצורה אשר חפץ בה ולא מנע מונע ממזג שכבת זרע האב ולא מדם האם ולא מהמזונות וההנהגה בשני הגדול והינקות והתחלפו' האויר והמים והארץ כי יצרו כמגיע לתכלית ימי הבחורות השלם ביצירותיו ובמדותיו והוא אשר קבל הנפש על תומה והשכל על תכלית מה שביכולת האנושי והכח ה האלקי אחר השכל רוצה לומר המעלה אשר בה ידבק באלקים וברוחניים וידע האמתות מבלי למוד אבל במחשבה קלה וכבר נקרא אצלינו בן אלקי' וכל הדומי' לו מזרעו בני אלקים והוליד בנים רבים ולא היה

XCV. *Judæus*; Permitte mihi quæſo pauliſper tibi exponere Magnitudinem populi noſtri. Satis mihi ad hanc rem teſtimonii eſt, quòd Deus illos ſibi elegerit in populum & nationem, ex omnibus nationibus Mundi, quòd item Res Divina etiam ſuper communi plebe illorum requieverit, adeò ut omnes pertigerint ad Gradum Sermonis (*prophetandi*) & Res illa Divina ſuper Mulieres quoq; tranſiverit, atq; ex illis Prophetiſſæ extiterint (*veluti Mirjam, & aliæ Prophetiſſæ*); cùm Illa antea nonniſi in paucis & ſingularibus quibuſdam domicilium habuerit inde ab Adamo primo. [1.] *Adamus* enim perfectisſimus fuit ſine ulla conditione & exceptione: quia nullus exceptioni vel objectioni locus eſt circa Perfectionem Operis immediatè facti ab Opifice Sapientisſimo & Omnipotenti, & ex materia quam Ipſe elegit pro forma quam ei indere voluit, in quo etiam nihil impedimenti intervenire potuit, vel à temperamento ſeminis paterni, vel ſanguinis materni, vel à Ciborum & nutrimenti qualitate, vel à diæta & regimine in annis educationis & pueritiæ, vel à mutatione aëris, aquæ, & terræ. Creatus enim fuit Adamus, tanquam perfectè aſſecutus ætatem juvenilem ratione membrorum & qualitatum (*corporearum, veluti virium, ſtaturæ &c.*): Idem accepit Animam in integritate perfectisſima, & Intellectum in ſummo, qui in hominem competere poteſt, gradu; Facultatem inſuper, poſt Intellectum, Divinam, h. e. Gradum quo Deo & Rebus ſpiritualibus adhæſit, & rerum veram notitiam habuit ſine inſtitutione, cogitatione ſolâ: unde vocatur à nobis [2.] *Filius Dei*, omnes item ex ejus ſemine prodeuntes & ei ſimiles, *Filii Dei*. Hic Adamus genuit equidem filios multos, nullus

ſuum demenſum, ſine additione & diminutione *(ſine exceſſu, & ſine defectu, non plus nec minus, quàm cujuſq; conditio exigit)* largitur.

LXX. *Coſri*; Attribui poteſt hoc Naturæ.

LXXI. *Judæus*; Quid verò eſt Natura?

LXXII. *Coſri*; Eſt virtus ſeu vis quædam, ut in Artibus & Diſciplinis *(Philoſophicis)* traditur; qualisnam verò illa ſit, ignoratur. Sapientes autem, ſeu Philoſophi, id noverunt procul dubio.

LXXIII. *Judæus*; Tantundem illi de ea ſciunt ac nos. Philoſophus *(Ariſtoteles)* eam definit, Principium & cauſam motus & quietis ejus cui ineſt primò, & non per accidens.

LXXIV. *Coſri*; Hoc perinde eſt ac ſi diceret; Rem illam quæ à ſeipſa movetur, & à ſeipſa quieſcit, habere Cauſam per quam moveatur & quieſcat; & Cauſam illam eſſe Naturam.

LXXV. *Judæus*; Imò hoc eſt quod vult dicere, cum accuratione magna, & ſubtiliter diſtinguendo inter illud quod agit per accidens, & inter illud quod agit per naturam *(per ſe)*: Verba duntaxat & termini perterrefaciunt vel confundunt audientes. Interim hoc eſt quod illi per Naturam intelligunt.

LXXVI. *Coſri*; Si res ita habet, video illos Nominibus iſtis nos ſeducere, & facere, ut Naturam cum Creatore confundamus *(vel, Creatori æquemus)* quando vocamus Naturam, *Sapientem*, *Efficientem* vel *Agentem*; & fortaſsis tandem etiam *Creantem*, juxta illorum ſententiam.

LXXVII. *Judæus*; Ita res habet: Ele-

נתן לכל דבר חקו מאין תוספת
וחסרון ׃

ע אמר הכוזרי וזהו ה
המיוחס אל פעל הטבע ׃

עא אמר החבר ומה הוא
הטבע ׃

עב אמר הכוזרי הוא כח
מהכחות על ששמענו בחכמות
ואין אנו יודעים מה הוא אבל
החכמים יודעים אותו בלי
ספק ׃

עג אמר החבר אבל ידיעת
בו כידיעתינו גדר אותו ה
הפילוסוף כי הוא ההתחלה
והסבה אשר בה ינוח וינוע
הדבר אשר הוא בו בעצם
ולא במקרה ׃

עד אמר הכוזרי כאלו הוא
אומר כי הדבר אשר ינוע מ
מעצמו וינוח מעצמו יש לו
סבה מה בה ינוח וינוע והסיבה
ההיא היא הטבע ׃

עה אמר החבר זה הוא
שרצה לומר עם דייקות רב
ודקדוק והפרש בין מה שיפעל
במקרה ממה שיפעל בטבע
והדברים מבהילים השומעים
אבל העולה מידיעתם בטבע
זה הוא ׃

עו אמר הכוזרי אם כן אני
רואה שהתעונו בשמו׳ האלה
ושמונו משתפים עם הבור׳
באמרנו הטבע חכם פועל
ואפשר בורא על טעם ד
דבריהם ׃

עז אמר החבר כן הוא אבל

menta

יש ליסודות ולשמש ולירח
ולכוכבי פעלים על דרך ח
החמום והקירור וההרטבה
והיובש והתלויים בהם מבלי
שנייחס להם חכמה רק עבודה
אבל הציור והשיעור וההזרעה
וכל אשר יש בו חכמה לכונה
לא יתיחס כי אם לחכם יכול
משער ומי שקורא אלה
שמתקנין החומר בחמום ו
ובקרור טבע לא יזיק כשמרחיק
מהם החכמה כאשר ירחיק
מהאיש והאשה יצירת הולד
בהתחברם אך הם עוזרים
לחומר המקבל צורת האדם
והצורה מאת המצייר החכם
ואל יהיה רחוק בעיניך הראות
רשמי ענינים אלקיים נ
נכבדי בעולם הזה התחתון
כשיהיו החומרים ההם נכונים
לקבל אותם וזהו שורש ה
האמונה ושורש המרי ׃

menta, Sol, Luna, & Stellæ cæteræ, habent equidem operationes quaſdam, veluti calefaciendi, refrigerandi, humectandi, & exſiccandi, quæque ab his dependent (*nempe qualitates ſecundas, veluti, emolliendi, indurandi &c.*); neque tamen attribuimus illis Sapientiam, ſed Miniſterium duntaxat (*vel, juxta aliam lectionem* על דרך העברה nisi figuratè & metaphoricè) vis autem formatrix (*formam dandi*) menſuratrix (*ad debitam & competentem proportionem perducendi unumquodq;*), & proſeminandi, ut & omnia ea quibus Sapientia ineſt cum intentione certa (*προαιρετική*), non attribuenda ſunt niſi Sapienti & Omnipotenti: Si quis illa, quæ materiam per Calorem aut Frigus præparant, velit Naturam appellare, non peccabit, ſi removeat ab illis Sapientiam, quemadmodum removetur à Viro & Muliere generatio infantis per ipſorum conjunctionem: ſuppeditant enim duntaxat materiam quę recipit Formam humanam; forma autem eſt à Formatore Sapiente. Proinde non eſt quod abſurdum ſit in oculis tuis, ſi videas Notas & veſtigia rerum Divinarum pręſtantisſima in mundo hoc inferiore, ſi materiæ illæ ſint aptæ ad recipiendum eas. Atque hoc eſt fundamentum Fidei, & Rebellionis, (*ſeu Infidelitatis*).

Conferatur cum hoc Paragrapho, quæ author ſcribit par. 3. §. 23. & parte 5. ſub §. 20. Propoſitione ſeu Regulâ 2. quæ incipit; Secundò, ut confiteamur cauſas ſecundas.

עח אמר הכוזרי ואיך יהיה
שור' האמונ' הוא שורש המרי ׃
עט אמר החבר יכנכי הדברים
אשר יכונו לקבל הרשמים
ההם האלקיים אינם ביכולת
אדם ולא יוכלו לשער כמותם
ואיכותם ואם ידעו עצמם לא
ידעו זמניהם אך הויתם וחבורם

LXXVIII. *Coſri*; Quomodo idem poteſt eſſe fundamentũ Fidei & Infidelitatis?

LXXIX. *Judæus*; Hoc pacto; Quia Res illæ, quæ aptæ vel diſpoſitæ ſunt ad recipiendas notas & characteres illos Divinos, non ſunt in poteſtate hominis, neque poſſunt (*homines*) æſtimare vel determinare debitam illarum quantitatem & qualitatem;

&c licet hæc ſciant, neſciunt tamen illorum tempora (*Hebr.* וְמַנֵיהֶם, *an fortè legendum,* וְזִמּוּנֵיהֶם *præparationes eorum, ut mox ſequitur*), ſed ad ipſorum generationem, compoſitionem, & præparationem requiritur Scientia perfecta, clariſſimè expoſita à Deo ipſo; Ideò is, cui res iſta obtingit, quiq; eam juxta omnes ejus requiſitos modos & conditiones obſervat, idque corde perfecto, eſt Credens: Qui verò conatur aliquid præparare ad rem illam (*Divinam*) recipiendam per cauſas naturales, opiniones, & ratiocinationes, qualia reperiuntur in Libris Aſtrologorum, & Magorum, de ratione deducendi ſpiritualitatem (*è cœlo & aſtris ſpiritualem influentiam in hac inferiora*), & conficiendi Imagines & Taliſmánim *(quid per hac intelligatur, vide in Lexico noſtro Talmudico in voce* טלסם) is eſt *Rebellis, Infidelis*; quia offert oblationes, & adolet ſuffitus ex ratiocinatione & opinione ſua, ignorans quid faciendum ſit, quantum item, ubi, quo tempore, à quibus, & quomodo verſandum ſit in hoc negotio, ut & multa alia, quorum recenſio prolixa nimis foret (*Confer cum his, quæ Author habet par. 3. §. 23*). Talis ſimilis eſt ei qui eſt intromiſſus in Theſaurum, ſeu pharmacopæum celebris & periti alicujus Medici, in quo quidem ſalubres continentur medicinæ, ſed medicus eis deeſt: itaque hominibus ad illud pharmacopœum contendentibus, & ſalutare quid quærentibus, depromit è thecis Stultus ille, pharmacorum imperitus, & ignarus quantum de ſingulis ſit propinandum & præſcribendum unicuique, atque inde medicinis illis, quæ per ſe ſalubres ſunt, plurimos necat & interimit: &, ſi contingat, ut ex vaſculo aliquo utile quid depromat, quod alicui proſit, illi (*medicinæ*) hoc adſcribunt, & dicunt illam juvare;

והזמון להם צריך גזרה אל ידיעת שלימה מפורשת תכלית הביאור מאת האלקים ומי שהגיעו הדבר הזה וקיים אותו על גבוליו ותנאיו בלב שלם הוא המאמין ומי שהשתדל לתקן הדברים לקבל הענין ההוא במחקר וסברות והקשות ממה שימצא בספרי החזים והורדת הרוחניות ועשיית הצלמים והטלסמאות הוא הממרה כי הוא מקריב הקרבנות ומקטיר הקטורת מהקשה וסברא ואיננו יודע אמתת מה שראוי וכמה ואיך ובאיזה מקום ובאיזה עת ומי מבני אדם ואיך ראוי להתעסק בענין ההוא וענינים רבי ספורם יארך ככסיל אשר נכנס באוצר רופא מפורסם כי רפאותיו מועילות והרופא איננו בו ובני אדם היו מכוונים אל האוצר ההוא לבקש ה התועלת והכסיל ההוא היה נותן להם מן הכלים ההם והוא לא היה מכיר הרפאו' ולא במה ראוי להשקו' מכל רפואה ורפואה לכל איש ואיש והמית אנשים רבים ברפאות ההם אשר היו מועילות להם ואם יזדמן שיקבל תועלת אחד מהם בכלי מן הכלים ההם יטו

בני אדם אליו ויאמרו כי אותו
הוא המועיל עד אשר יראו
לזולתו תועלת במקרה ישו גם
כן אליו ולא ידעו כי המועיל
בעצמותו אמנם הוא עצת
הרופא ההוא החכם אשר
חבר הרפואות ההם והורה
משער אות' כראוי והיה מצוה
החולה שיזמן מה שצריך
לרפואה ממאכל ומשקה
ותנועה ומנוחה ושינה וקיצה
ואויר ומשגל וזולתם ועל
הדרך הזה היו בני אדם קודם
משה זולתי מעט מזער נפתים
בנימוסי הכוכבים והטבעים
ונעתקים מנימוס אל נימוס
ומאלוה אל אלוה ואפשר
שמחזיקים ברבים מהם
ושוכחים מנהיגם ומנהלם
ומשימם סבה לתועלות והם
בעצמם סבה לנזקים כפי
ההכנה והזימון אבל המועיל
בעצמו הוא הענין האלקי
והמזיק בעצמו הוא העדרו :

פ אמר הכוזרי נשוב אל
ענינינו והודיעני איך קמה
תורתכם ואיך פשטה ונראתה
ואיך נתחברו הדעות אחרי
אשר היו חלוקות ובכמה שנים
נתיסדה האמונה ונבנתה
עד שנתחזקה ונשלמה כי
התחלות הדתות מבלי ספק
לא תהיינה כי אם ביחידים
שמתגברים לעזור הדבר אשר
ירצה

juvare; donec aliud videant itidem per accidens utilitatem afferens, & tum de eo ſimiliter dicunt, illud prodeſſe, ignorantes, conſilium & peritiam Medici per ſe eſſe id, quod ſalutem præſtat, qui ſcilicet medicinas illas componit, debitaque quantitate miſcet, & ægroto omnia præſcribit quæ ad ſanitatem recuperandam ſunt obſervanda, circa cibum & potum, motum & quietem, ſomnum & vigilationem, Aerem, thorum conjugalem, & alia. Eadem prorſus ratione homines ante Moſen, paucis exceptis, ſeducti fuerunt legibus ſeu doctrinis ſuperſtitioſis Stellarum, Syderum, & Rerum naturalium (*quibus Virtutes adſcripſerunt*) & translati ab una Lege (*ſuperſtitione*) ad aliam, & ab uno Deo ad alium (*quia unumquemq; Planetam vel Stellam, vel etiam Rem naturalem talem, Deum vocarunt, ut videre eſt par. 4. §. 1.*) & fortè aliquando plures ſimul ſunt amplexi; oblivi ſcentes interim Ejus qui omnia illa regit, gubernat, virtutibusque ſalutaribus & utilibus inſtruit, quæ per ſe poſſunt æquè eſſe cauſæ noxiæ, pro qualitate & diſpoſitione (*ſubjectorum recipientium*); utilitas verò omnis per ſe eſt à Re (*virtute & voluntate*) Divina: damnum, ab Ejus privatione. (*Confer cum his par. 3. §. 23. & 53.*)

LXXX. *Coſri*; Revertamur ad propoſitum noſtrum, & indica mihi, Quomodo orta ſit Lex veſtra? quomodo propagata & conſpicua facta? quomodo animi hominum, qui antea diverſa ſentiebant, in unum conjuncti fuerint (*ad eam amplectendam*)? quot item annorum ſpatio Fides (*veſtra*) ſit fundata, & exſtructa, donec ea confirmata & ad perfectionem deducta fuit? Principia enim Religionum ſine dubio nonniſi à paucis & ſingularibus quibuſdam

primò proficiſcuntur, qui omnī ſtudio contendunt juvare (*promovere*) rem illam quam Deus̄ vult patefacere vel manifeſtare (*juxta ipſorum opinionem*): hi deinceps paulatim multiplicantur, & porrò adjuvantur vel à ſeipſis, vel Rex aliquis exſurgit conatus illorum promovens, & populum ad rem illam cogens (*Confer par. 2. §. 1.*).

LXXXI. *Judæus*; Hac ratione non exſurgunt & propagantur niſi Leges ſeu Religiones Intellectuales, quarum origo & principium eſt ab Homine aliquo, qui cùm vires acquirit, & ſucceſſum vel aſſenſum, dicit, ſe adjutum & edoctum eſſe à Deo, & ſimilia. Lex autem quæ à Creatore (*Deo*) originem ſuam trahit, derepentè exſurgit. Ipſo dicente ei, *Eſto*; & *Eſt*, ſicut in Creatione Mundi.

LXXXII. *Coſri*; Percellis nos his tuis verbis, ſocie (Judæe).

LXXXIII. *Judæus*; Sed res ipſa magis percellit (h. e. *Res & hiſtoria ipſa, quo modo orta & propagata ſit Lex noſtra, ſi ſecundum ſuas circumſtantias particulares referatur, longè magis percellit, quàm generalis iſta narratio*). Nam Filii Iſraël tùm erant in gravi ſervitute conſtituti, ſexcenta millia virorum (*ſupputati*) à filio viginti annorum & ulteriùs, familiis ſuis diviſi in duodecim tribus, è quibus ne unus quidem ſe ſubduxit, vel in aliam terram (*ex Aegypto*) profugit, neque etiam ullus peregrinus in illos irrepſit, exſpectantes definitum tempus, quo Deus patribus ipſorum, Abrahamo, Iſaaco, & Jacobo, promiſerat, ſe daturum ipſis in hæreditatem terram Canaan. Terra autem Canaan tùm temporis erat in manu (*poteſtate*) ſeptem populorum in ſum̄a felicitate & potentia conſtitutorum: filii verò Iſraël in extrema erant paupertate & miſeria ſub manu Pharaonis, qui filios ipſorum ne multi-

ירצה האלקים להראותו והם הולכים ורבים ונעזרים בעצמם או שיקום להם מלך עוזר ויכריח ההמון על הדבר ההוא:

כא אמר החבר לא יקום ויגדל על הדרך הזה אלא הנימוסים השכליים אשר התחלתם מן האדם וכאשר יגבר ויעזר יאמר כי הוא נעזר מן הבורא ומלומד והדומה לזה אבל הנימוס אשר התחלתו מהבורא הוא קם פתאום ואמר בו היה ויהי כבריאת העולם:

כב אמר הכוזרי הבהלת אותנו בדבריך החבר:

כג אמר החבר אבל הענין מבהיל יותר כי היו בני ישראל משועבדים במצרים שש מאות אלף רגלי מבן עשרים שנה ומעלה מתיחסים אל שני עשר שבטים לא נמלט מהם איש ולא ברח אל ארץ אחרת ולא נכנס ביניהם נכרי מ מייחלים המועד אשר יעד בו אל אבותם אברה' יצחק ויעקב שינחילם את ארץ כנען וארץ כנען היתה בעת ההיא בידי שבע אומו' בתכלית ההצלחה והחזקה ובני ישראל בתכלית הדלות והעִנוי ביד פרעה הורג את בניהם שלא ירבו

ושלח משה ואהרן עם ח
חולשתם ועמדו כנגד פרעה
עם חזקתו באותות ובמופתים
ובשנוי המנהגים ולא יכול
להסתר מהם ולא לצוות
עליהם ברע ולא למנוע עצמו
מעשר מכות אשר חלו ב
במצרים במימיה ובארצם
ובאוירם ובצמחיהם ובבהמתם
ובגופם ובנפשותם שמת
מהם ברגע אחד בחצות לילה
כל בכור בבתיהם ואין בית
אשר אין שם מת זולתי בתי
בני ישראל וכל המכות האלה
היו באות באזהרה ובהתראה
ובמועד ומסתלקות כדי ש
שיתברר כי הם נכונה מאת
אלוה חפץ עושה חפצו בעת
שיחפוץ לא מצד הטבע ולא
מצד הכוכבים ולא מצד כשפים
ולא במקרה ואחר יצאו בני
ישראל בדבר השם בלילה
ההוא בעת שמתו בכוריהם
מעבדות פרעה והלכו דרך ים
סוף ומנהלם עמוד הענן ועמוד
אש הולכים לפניהם ומנהיגים
אותם ונגידיהם וכהניהם
שני הזקנים האלקיים משה
ואהרן היו בעת שנתנבאו בני
שמונים שנה ויותר ועד העת
ההוא לא היה להם מצות כי
אם מעט מורש' מן היחידים
ההם מאדם ועד נח ולא

multiplicarentur necavit. Eo tempore miſit (*Deus*) Moſen & Aharon, qui, nullis viribus licet præditi, reſtiterunt Pharaoni potentisſimo cum ſignis, prodigiis, & mutatione rerum naturæ ordinariarum & conſuetarum (*miraculis*), coram quibus ille ſe nec abſcondere potuit, neq; malo ipſos afficere, neque etiam ſe ſubtrahere decem plagis, quæ Ægyptiis, in Aqua, Terrâ, Aere, Plantis, Pecoribus, Corporibus, & Animabus, incubuerant, cùm unico momento, circa mediam noctem, omnia primogenita in ædibus ipſorum morerentur, nec vel una domus reperiretur, in qua non eſſet mortuus, præterquam domus Iſraëlitarum. Omnes etiam iſtæ plagæ immiſſæ fuerunt prævià admonitione & comminatione, & certo tempore; eodem etiam modo ablatæ; ut conſtaret, illas provenire ex intentione certa, à Deo voluntate prædito, & voluntatem ſuam, quandocunq; voluerit, faciente; non verò à Natura, vel à Planetis & Syderibus, vel à præſtigiis Magicis, vel ex Accidenti. Poſtea juxta verbum Dei egresſi ſunt filii Iſraël, eadem nocte quâ mortui fuerunt primogeniti Ægyptiorum, è ſervitute Pharaonis, proficiſcentes viâ maris rubri, Columnâ nubis & Columnâ Ignis ipſos ducentibus, & præeuntibus: Rectores verò, Principes, & Sacerdotes ipſorum, duo illi Divini Senes, Moſes & Aharon, fuerunt octoagenarii, quando Prophetico munere functi ſunt, & ultrà (*ut legitur Exod. 7. ad quem locum Aben Eſra notat, de nullis aliis Prophetis legi, qui in ſenectute ſua prophetarint, niſi de his, eò quòd cæteris omnibus præſtantiores fuerint*). Uſque ad illud tempus nulla Præcepta adhuc habuerunt, niſi [1.] pauca quædam hæreditariò accepta, per ſingulares illos viros (*qui Peculium fuerunt*) inde ab

Adamo, & Noacho, quæ non abrogavit Moſes, ſed adauxit (*dictante Deo, confirmatis ſimul etiam illis prioribus, & Legi ſuæ inſertis*). Pharaone ipſos perſequente non indiguerunt armis bellicis, neque etiam populus bello erat aſſuetus, ſed Deo in illorum gratiam mare findente, per medium ejus ipſi tranſiverunt, Pharaone & exercitu ejus in eo ſubmerſis, & proſtratis, in oculis filiorum Iſraëlis. Sed hiſtoria prolixa nimis eſt, & notoria.

בטלם משה אבל הוסיף עליהם ואחר כן רדף אחריהם פרעה ולא נצטרכו אל כלי מלחמה ולא היו העם מלומדי מלחמה ובקע עליהם את הים ועברו בתוכו וטבע בו פרעה וחילו והשליכם הים מתיכם לעיני בני ישראל והדבר ארוך וידוע :

N O T Æ.

[1.] *Majemonides, in Tractatu de Regibus & Bellis, cap. 9. ſcribit*; Sex præcepta data ſunt Adamo, 1. de Idololatria, 2. de Deo benedicendo, 3. de Effuſione ſanguinis; 4. de Scortatione, 5. de Rapina, 6. de Judiciis. Etiamſi enim hæc quoque per traditionem acceperimus à Moſe, & ex Lege ea habeamus, tamen videntur illi fuiſſe data. Noacho additum fuit præceptum de non edendo membro de animali vivo, ſicut dicitur; *Veruntamen carnem cum anima ejus, quæ eſt ſanguis ejus, ne comedatis, Geneſ.* 9. 4. Et ſic fuerunt 7. præcepta. Hâc ratione permanſit res uſq; ad Abrahamum. Cùm veniret Abraham, ulteriùs ipſi datum fuit præceptum Circumciſionis. Idem etiam author eſt Precationis matutinæ. Iſaacus ſeparavit Decimas, & addidit Precationem Veſpertinam. Jacob addidit præceptum de non edendo nervo femoris, Geneſ. 32. ℣. ult. & inſuper precationem Nocturnam. In Ægypto de aliis præceptis mandata accepit Amram, donec tandem veniret Moſes, & Lex ſuam perfectionem eſt adepta. *Hactenus Majemon. Ita, juxta illorum ſententiam, plures fuerunt, per quos Leges ante Moſen fuerunt latæ, quàm Adamus & Noachus. Quòd horum duorum tantùm mentionem faciat Author noſter, brevitatis ſtudio factum ab eo exiſtimat Muſcatus, & quòd hi duo primi quaſi fuerint Patres totius generis humani; Adam inde à prima Creatione, Noach poſt Diluvium.* Cæterùm de Septem præceptis Noachidarum videatur eruditè & diffusè, Joh. Seldenus, De Jure Naturæ & gentium lib. 1. cap. 10.

LXXXIV. *Coſri*; Hæc utique revera eſt Res (ſeu, *Virtus*) illa Divina, (*cujus ſuprà mentionem fecit, §. 27. 43. 79.*) ac proinde meritò, quæcunque ab ea Præcepta dependent (*ſunt profecta*), ſunt acceptanda

פג אמר הכוזרי זהו הענין האלקי באמת ומה שנתלה בו מן המצות ראוי לקבלו כי

אין נכנס בלב מאמתו ספק לא
מכשפים ולא מתחבולה ולא
מדמיון ואלו נדמה להם
המכות והבקע הים ועברם
בתוכו לא ידמה להם הצלתם
מן העבדות ומות מעבידיהם
וקחתם שללם והשאר ממונם
אצלם וזה עקשות מ
מאפיקורוסים ׃

פה אמר החבר ואחרי זה
יותר מזה שעמדו במדבר
ארבעים שנה מקום אין זרע
והוריד להם לחם נברא יום יום
מלבד השבת אכלוהו ארבעים
שנה ׃

פו אמר הכוזרי גם אלה אין
בהם מדחה מה שמתמיד
ארבעים שנה לשש מאות
אלף איש והנלוים אליהם ירד
ששה ימים ויסתלק יום השבת
אם כן חובה לקבל השבת
מפני שהיה הענין האלקי
נדבק בו ׃

פז אמר החבר השבת מוזהר
עליו מזה ומבריאת העולם
בששת ימי בראשית וממה
שאני עתיד לזכרו והוא שהעם

ceptanda (*tanquam Divinitatis teſtimoniis & miraculis, tam abundè confirmata*). Non enim ullius eam credentis animum læva occupāre poteſt ſuſpicio, de incantatione, præſtigiis, vel quaſi imaginaria illa fuiſſent. Nam, ſi maximè id ſuſpicari quis poſſet de Plagis (*Aegyptiis immiſſis*), de Marisfiſſione (*uti Beroſus Chaldæus fecit*), & de tranſitu Iſraëlitarum per illud; nequaquam tamen his artibus attribui poteſt Liberatio illorum ex ſervitute, Mors eorum qui in ſervitute eos detinebant, & Ablatio ſpoliorum ac cæterarum facultatum illorum (*utpote quæ actu ipſo, & revera facta fuerunt*). Frivola hæc ſunt & perverſa cavilla hominum Epicureorum (*qui talia fingunt & comminiſcuntur*).

LXXXV. *Judæus*; Atqui his magis terribile eſt, quòd per quadraginta annos ſubſtiterunt in deſerto, loco inculto & ſterili, & illis Panem creatum (*Manna de cælo. Conf. §. 91.*) demiſit (*Deus, Res illa Divina*); quòd item ille Panis ſingulis diebus deſcenderit, præterquàm in Sabbatho, idque per totos illos quadraginta annos.

LXXXVI. *Coſri*; Et hæc quoque non poſſunt negari (*quin ſint Divina*); quòd ſc. per annos quadraginta continuos, ſexcentis millibus viris, hoc contigerit, quòd item ſex diebus (*panis ille*) deſcenderit; Sabbatho verò ſublatus fuerit. Ex hoc verò colligitur, Recipiendum eſſe Sabbathum, eò quòd res Divina huic rei adhæſit. (vel ſic; *Et hæc quoq; non poſſunt negari, quæ contigerunt 600000. viris. Quæ verò his ſunt adjuncta, Deſcenſio* (panis) *per ſex dies, ejusq; Ablatio in die Sabbathi, videntur obligare ad recipiendū Sabbathum, eò quòd res Divina huic rei adhæſit*).

LXXXVII. *Judæus*; De obſervatione Sabbathi monemur tùm hinc, tùm ex Creatione mundi ſex diebus factâ, tùm ex hoc quod jam ſum dicturus: Populus (*Iſraëliticus*) quamvis credidiſſent in id per quod venit Moſes (*h. e. Moſis Divinum gradum & vocationem, quòd divi-*

nitus miſſus,& ſpiritu Dei inſtructus ſit) ex miraculis illis (*quæ patravit*); tamen hoc in animis ipſorum dubium remanſit, Quomodo Deus loquatur cum homine, ut principium Legis non ſit ex conſilio & cogitatione hominis alicujus, auxilio & robore à Deo confirmati & adjuti? eò quòd abſurdum ipſis videretur, Sermonem alii competere vel attribuere, quàm homini; quia ſc. Sermo eſt affectio Corporea. Ideò hunc ſcrupulum ex animis ipſorum volens Deus eximere, præcepit illis, ut ſe ſanctificarent ſanctificatione internâ & externâ,inter quæ vel præcipuum erat, Separatio à conſuetudine mulierum, (*Exod.*19. 15.), & Præparatio ad audiendum verba Dei (*Exod.* 19. 11.). Sic ergo ſanctificavit, & præparavit ſe populus ad gradum Propheticum, & ad audienda verba Dei facie ad faciem. Quod triduo pòſt factum, præcedentibus ſignis & prodigiis maximis, tonitruum, fulgurum, terræmotuum, & ignis qui circumdederat montem Sinaj. Hic Ignis per quadraginta dies manſit, populo vidente & Ignem, & Moſen in illum ingredientem & ex eo egredientem. Et tùm audivit populus Sermone claro & articulato Decem Præcepta, quæ continent Subſtantiam & fundamenta (*compendium*, *ſummam*) Legis, quorum unum eſt Præceptum de Sabbatho, quod equidem jam antea in Deſcenſu Mannæ datum fuerat. Iſta Decem præcepta non accepit populus, vel à ſingularibus aut paucis quibuſdam, vel à Propheta aliquo, ſed à Deo ipſo data ſunt; veruntamen non eâ illi, quâ Moſes, facultate erant præditi, ut rem illam magnam (*inpoſterum amplius*) viderent. Ab eo tempore crediderunt, talem

עם מה שהאמינו במה שבא
בו משה אחר המופתים האלה
נשאר בנפשותם ספק איך
ידבר האלקים עם האדם כדי
שלא תהיה התחלת התורה
מעצה והמחשבה מחמת
אדם ואחר יחברהו עזר ואומץ
מאת האלקים מפני שהיה
רחוק הדבור בעיניה׳ מזולת
אדם בעבור שהדבור גשמי
ורצה ה׳ להסיר הספק הזה
מלבותם וצוה אותם להתקדש
הקדוש׳ הצפונה והגלויה ושם
הדבר הנחוץ בזה פרישות מן
הנשים והזמון לשמוע דברי
אלקים והתקדש העם ונזדמן
למדרגת הנבואה ולשמוע
דברי האלקים פנים בפנים
והיה זה אחר שלשה ימים
בהקדמות אותות גדולות
מקולות וברקים ורעמים ואש
שסבבה את הר סיני ונשארה
האש ההיא ארבעים יום רואין
אותו העם ורואין את משה
בא בתוכה ויוצא ממנה
ושמע העם דבור צח בעשרת
הדברים הם אמות התורה
ושרשיה אחד מהן מצות שבת
וכבר קדמה מצותו עם הורדת
המן ׃ ואלה עשרת הדברים
לא קבלם ההמון מאנשים
יחידי׳ ולא מנביא כי אם מאת
האלקים נתנו אבל לא היה
בהם כח כמשה לראו׳ הדבר
הגדול ההוא והאמינו העם מן
היום ההוא כי משה מדובר בו

per. Mo-

בדבור התחלתו מאת הבורא
לא קדמה למשה בו מחשבה
ולא עצה שלא תהיה הנבואה
כאשר חשבו הפילוסופים
מנפש יזדככו מחשבותיה ו
ותדבק בשכל הפועל הנקרא
רוח הקדש או נגבריאל ו
ויעזרוהו וישכילוהו ואפשר
שיתדמה לו בעת ההוא בחלום
או בין שינה וקיצה כאיש
מדבר עמו ושומע דבריו בנפשו
לא באזניו ובמחשבתו לא
בעיניו ואז יאמר כי הבורא דבר
בו יוסרו אלה הסברות במעמד
הגדול ההוא ומה שנלוה אל
הדבור האלקי מן המכתב ה
האלקי שחקק עשרת הדברות
האלה בשני לוחות אבנים
יקרות ונתן אותם אל משה
וראו אותם מכתב אלקים
כאשר שמעו אותם דבור
אלקי ועשה להם משה
במצות האלקים ארון והקים
עליו המשכן הידוע ונשאר זה
בין בני ישראל כל ימי הנבואה
כתשע מאות שנה עד שמרו
העם ונגנז הארון וגבר עליהם
נבוכד נצר והגלם ׃

per Moſen ſermonem proferri, cujus principium ſit à Deo, & de quo Moſes priùs nec cogitationem, nec deliberationem habuerit. Non enim ſunt verba Prophetiæ, ut Philoſophi ſenſerunt, ab Anima purificatâ, Intellectui Agenti adhærente, qui vocatur Spiritus Sanctus, vel [1.] Gabrieli, quos ajunt adjuvare & perficere Intellectum, adeò ut ei videatur tempore illo, ſeu in ſomnio aut ſomno, ſeu inter vigilandum, ac ſi vir cum ipſo loqueretur, cujus verba audiret in animo, non auribus, in cogitatione, non oculis; & tùm dicere, Creatorem ſecum loquutum eſſe. Iſtæ Opiniones tolluntur per Panegyrin illam magnam (*in monte Sinaj, in qua Deum loquentem audiverunt*) & per Scripturam Divinam, Sermonem comitantem, dum Decem illa præcepta inſculpſit (*Deus*) in duabus tabulis è lapidibus pretioſis, easque Moſi dedit, in quibus viderunt & agnoverunt Scripturam Divinam, prorſus ut ex ore Dei audiverant: Moſes dein, ex mandato Dei, fecit pro illis Arcam, & erexit ſuper eâ tabernaculum, quod inter Iſraëlitas duravit toto tempore Prophetiæ per noningentos annos, donec populus rebellavit Deo: Tùm abſcondita fuit Arca, [2.] & prævaluit ipſis Nebucadnezar, ac in captivitatem abduxit eos.

NOTÆ.

[1.] *Muſcatus exiſtimat, illum reſpicere ad id, quòd Rabbini illud Geneſ. 3. v. 22.* En homo factus eſt כאחד quaſi unus ex nobis; *explicant,* כגבריאל ſicut Gabriel; *quia ſcil. de eo apud Danjelem etiam dicitur*; Et ecce איש אחד Vir unus in medio eorum, indutus lineis, Dan. 10. 5. *& R. Iſaac Latiph id explicare de Intellectu agente in libro* שער השמים *Portâ 1. cap. 15. & Portâ 3. cap. 1. & in* גנזי המלך *in principio cap. 24.*

[2.] Per noningentos annos) *ſic infrà par. 2. §. 23. ab initio. Muſcatus*

ita ſupputat: Templum ædificatum eſt anno 480. *ab egreſſu filiorum Iſraël ex Aegypto,* 1. *Reg.* 6. *v.* 1: *in exſtructione conſumpti ſunt* 7. *anni, ibid. v. ult. Templum ſtetit* 410. *annis, qui additi faciunt* 497. *annos, tribus tantùm de* 900. *deficientibus, qui non deſtruunt numerum rotundum & plenum. Itaq; quod de* 900. *annis dicit, intelligendum non præcisè, ſed circiter. Confer par.* 3. *§.* 39. *ſub finem. Cæterùm de Arcæ abſconſione videatur Diſſertatio noſtra de Arca fœderis cap.* 22.

LXXXVIII. *Coſri*; Qui vos audit dicentes; Deum loquutum eſſe cum populo veſtro, & ſcripſiſſe ei Tabulas lapideas, aliaque ſimilia, jure vobis attribuet Corporeitatem (*quòd Deum corporeum faciatis*); quin & vos hoc nomine non culpandi eſtis. Stationes h. e. Apparitiones enim & Actiones illæ manifeſtę & magnę negari non poſſunt. Excuſandi etiam eſtis, quòd rejiciatis omnem ratiocinationem & ſpeculationem Intellectualem (*quia reipsâ & per experientiam aliter edocti eſtis*).

כח אמר הכוזרי מי ששומע דבריכם כי האלקים דבר עם המונ'כם וכתב להם לוחות וזולת זה הדין עמו שייחס עליכם דעת ההגשמה וגם אתם אין להאשימכם כי אין מדחה למעמדות הגלוים הגדולים האלה ויש לדון אתכם לזכות בהשלכת ההקשה והעיון השכלי׃

LXXXIX. *Judæus*; Abſit, ut Deo adſcribamus falſitatem & mendacium, aut ut aliquid occurrat in Lege, quod Intellectus non admittat, vel falſitatis redarguat. *Primum* Decalogi præceptum eſt, ut credamus in Deum: *Secundum* eſt prohibitio de non colendis diis aliis, & non faciendo ſculptili, imagine & ſimilitudine ulla, h. e. de non incorporando (*Deo, de nullo corpore ei affingendo, nec corporeâ imagine eum exprimendo*). Et quî queſo Illum non eximeremus à Corporeitate, cùm nonnullas ejus creaturas ab ea excipiamus, veluti Animam rationalem, quæ revera Homo eſt? Nam id quod loquitur nobiſcum e. g. per Moſen, quod intelligit, quod dijudicat, non eſt ejus lingua, nec cor, nec cerebrum, ſed hæc ſunt inſtrumenta duntaxat Moſis: Moſes eſt Anima rationalis intelligens, quæ nec eſt Corpus, neq; loco determinatur, nullo loco excluſa, neq; ulli loco incluſa

כט אמר החבר חלילה לאל מן השקר ושיבא בתורה מה שהשכל מרחיק אותו וישימהו שקר ותחלת עשרת הדברים הוא הצווי שנאמין באלקים והשני האזהרה מעבוד אלקים אחרים ומעשות פסל ותמונה ותבנית וכללו של דבר ו מהגשים ואיך לא נרוממהו מהגשמות ואנחנו מרוממי' קצת מבריאותיו מהגשמות כנפש המדברת אשר היא האדם באמת כי אשר ידבר עמנו ממשה וישכיל וינחנו איננו לשונו ולא לבו ולא מוחו אך אלה כלים למשה ומשה נפש מדברת מכרת איננה גשם ואיננה נגבלת במקום ולא יצר ממנה

מקום ולא תצר הי"א מהכלל
בה צורות כל הברואים ואנחנו
מתארים אותה בתארים
מלאכותיים רוחניים כל שכן
בורא הכל ית' אמנם הדין
עלינו שלא נדחה מה שקבלנו
מן המעמד ההוא ונאמר שאין
אנחנו יודעים איך נגשם הענין
עד ששב דבור וקרע את אזנינו
ולא מה שברא לו יתברך
ממה שלא היה נמצא וכל מה
שהעביר לו מן הנמצאים כי לא
יחסר לו יכולת כאשר נאמר
כי הוא יתברך ברא את
הלוחות וכתב אותם כתב
חרות כאשר ברא את השמי'
במאמרו בלבד ורצה יתברך
ונגשם על השיעור אשר חפץ
ועל המתכונת אשר חפץ
ונחרת בהם הכת' בעשרת
הדברים כאשר נאמר כי קרע
את הים ושמהו לחומות
עומדות מימין העם ומשמאלם
ומסלות מסודרות ורחבות
וארץ ישרה ילכו בה מבלי
טורח ולא עכוב וכן הקריעה
והבנין והתקן מיוחס אליו
יתברך לא נצטרך בו אל כלי
ולא אל סבות אמצעי' כאשר
יצטרך בפועל הברואי' כי המים
עמדו במאמרו ונצטיירו בחפצו
וכן יצטייר האויר המגיע אל
אוזן הנביא בצורות האותיות

cluſa (*de verbo ad verbum* ; nullus ei locus eſt nimis anguſtus, neque illa toti nimis anguſta), ſed omnium creaturarum formas capiens & concipiens, quamq; proprietatibus & attributis Angelicis & Spiritualibus deſcribimus; quantò ergo magis id faciemus de Deo? (*Itaq; nullâ ratione nobis affingi poteſt Corporeitas de Deo*). Jure tamen facimus, quòd non rejiciamus vel negemus ea, quæ accepimus in Divina illa Statione; dicentes, nos ignorare, quomodo incorporata (*corporea facta*) ſit illa res, quæ Sermo facta eſt, aureſque noſtras penetravit (*ut illud auribus noſtris perceperimus*), quid item creaverit ſibi Deus quod antea non extiterit (*intelligit Tabulas lapideas, quibus Legem inſculpſit*) & quid ex Entibus in illud tranſire fecerit (*in eas ſcribendo*); quia non deeſt Deo potentia. Dicimus nempe, quòd creârit Deus Tabulas, & inſcripſerit eis Scripturam exaratam (*inciſam*) ſicut creavit Cœlum & Stellas, per verbum ſuum nudum; & quòd per ejus nudam voluntatem incorporatæ ſint (*Tabulæ*) eâ quâ voluit menſurâ, & eâ quâ voluit formâ; quòd item Decem præcepta eis inſcripſerit & inſculpſerit, ſicut dicimus, quòd ſciderit Mare, & Muros ex eo fecerit, à dextera & ſiniſtra populi, ſemitas item per illud ordinatas, plateas, & terram planam, per quam ſine moleſtia & impedimento tranſirent. Quâ ratione ad Fiſſionem (*maris*), Exſtructionem (*murorum illorum*) & Complanationem (*viæ & terræ*), quæ Deo attribuuntur, non opus habuit Inſtrumentis, neque Cauſis ſecundis, prout illis opus eſt in Operatione vel Actu Creaturarum; Aquæ enim conſtiterunt per ipſius Verbum, & formatæ ſunt per ejus voluntatem; Pari ratione formatur (*à Deo*) Aer, ad aures Prophetæ pertingens cum

שהם

ſormatione literarum exprimentium res illas, quas *(Deus)* Prophetam vult audire facere, vel Populum.

XC. *Coſri*; Hæc ratio ſufficit.

XCI. *Judæus*; Non abſolutè decerno & pronuncio, hoc & non alio modo rem ſe habere: fieri enim poteſt, ut profundior ſit, quàm ego cogitare poſſim. Hoc autem hinc elicio & concludo; Eum qui vidit Stationes *(ſanctas illas & Divinas apparitiones & revelationes)*, credere debere, res illas à Deo immediatè eſſe, quia ſunt ſimiles creationi primæ, credendum item eſſe Legi, quæ in illis *(ſtationibus)* data fuit, Mundum deniq; eſſe novum, & à Deo creatum; ſicuti conſtat, Illum creaſſe Tabulas, & Manna, aliaque ſimilia; ſimul etiam tolli ex animo credentis hæc, dubia Philoſophorum, & Patronorum Æternitatis Mundi.

XCII. *Coſri*; Cave tibi, Amice, ne declines *(modum excedas)* in recenſione laudum populi tui, & omittas *(diſſimules)* ea quæ publicè nota & decantata ſunt; Rebellionem videlicet populi in ipſis his Stationibus ſacris. Audivi enim, eos, durantibus illis, confeciſſe Vitulum, eumque coluiſſe, derelicto Deo.

XCIII. *Judæus*; Peccatum hoc, quod tantopere exaggeratur in ipſis *(Peccati hujus exaggeratio ab aliis facta)*, teſtimonium eſt Magnitudinis & excellentiæ ipſorum. Magnus enim eſt is, cujus peccata notantur, & famâ differuntur.

XCIV. *Coſri*; Hic quoque modum excedis, & effugium quæris pro excuſatione populi tui. Quodnam enim majus eſſe poſſit peccatum, quàm hoc? Et quis gradus ſupereſt poſt hunc? *(quis gradus hoc eſt ſuperior?)*

שהם מורות על הענינים
שהוא חפץ להשמיעם אל
הנביא או אל ההמון :

נ אמר הכוזרי זאת הטענה
מספקת :

נא אמר החבר ואינני גוזר
שיהיה הענין על הדרך הזה
ואולי הוא על דרך יותר עמוק
ממה שיעלה ממחשבתי אך
העולה מזה האמנת מי שראה
המעמדות האלה כי הענין
ההוא מאת הבורא מבלי
מצוע מפני שהם דומות
לבריאה הראשונה והיצירה
ותאמין הנפש בתורה הנתנת
להם עם האמונה כי העולם
חדש וכי ה׳ בראו כמו שאתם
רואים שברא הלוחות והמן
וזולתו ויסורו מלב המאמין
ספקות הפילוסופים ובעלי
הקדמות :

נב אמר הכוזרי הזהר החבר
שלא תטה בספור שבחי עמך
ותעזוב מה שנתפרסם ושנודע
ממרים עם אלה המעמדות כי
שמעתי שבתוך זה עשו עגל
ועבדוהו מבלתי האלקים :

נג אמר החבר חטא ש
שהגדילוהו עליהם לגדולתם
והגדול מי שחטאיו ספורים :

נד אמר הכוזרי וזה מנטותך
ועזרך לעמך ואי זה עון גדול
מזה ואי זו מעלה תשאר
אחר זה :

XCV. *Ju-*

אמר החבר הרפה לי מעט עד שאבא' אצלך גדולת העם ודי לי לעד שהשם בחרם לעם ולאומה מבין אומות העולם וחול הענין האלקי על המונם עד שהגיעו כלם אל מעלת הדבור ועבר הענין אל נשיהם והיו מהם נביאות אחר שלא היה חל הענין האלקי כי אם ביחידים מבני אדם אחר אדם הראשון כי אדם היה שלם מבלתי תנאי כי אין טענה בשלמות מעשה מעושה חכם יכול מחומר בחרו לצורה אשר חפץ בה ולא מנע מונע ממזג שכבת זרע האב ולא מדם האם ולא מהמזונות וההנהגה בשני הגדול והינקות והתחלפו' האויר והמים והארץ כי יצרו כמגיע לתכלית ימי הבחרות השלם ביצירותיו ובמדותיו והוא אשר קבל הנפש על תומה והשכל על תכלית מה שביכולת האנושי והכח ה האלקי אחר השכל רוצה לומר המעלה אשר בה ידבק באלקים וברוחניים וידע האמתות מבלי למוד אבל במחשבה קלה וכבר נקרא אצלינו בן אלקי' וכל הדומי' לו מזרעו בני אלקים והוליד בנים רבים ולא היה

XCV. *Judeus*; Permitte mihi quæſo pauliſper tibi exponere Magnitudinem populi noſtri. Satis mihi ad hanc rem teſtimonii eſt, quòd Deus illos ſibi elegerit in populum & nationem, ex omnibus nationibus Mundi, quòd item Res Divina etiam ſuper communi plebe illorum requieverit, adeò ut omnes pertigerint ad Gradum Sermonis (*prophetandi*) & Res illa Divina ſuper Mulieres quoq; tranſiverit, atq; ex illis Prophetiſſæ extiterint (*veluti Mirjam, & aliæ Prophetiſſæ*); cùm Illa antea nonniſi in paucis & ſingularibus quibuſdam domicilium habuerit inde ab Adamo primo. [1.] *Adamus* enim perfectisſimus fuit ſine ulla conditione & exceptione: quia nullus exceptioni vel objectioni locus eſt circa Perfectionem Operis immediatè facti ab Opifice Sapientisſimo & Omnipotenti, & ex materia quam Ipſe elegit pro forma quam ei indere voluit, in quo etiam nihil impedimenti intervenire potuit, vel à temperamento ſeminis paterni, vel ſanguinis materni, vel à Ciborum & nutrimenti qualitate, vel à diæta & regimine in annis educationis & pueritiæ, vel à mutatione aëris, aquæ, & terræ. Creatus enim fuit Adamus, tanquam perfectè aſſecutus ætatem juvenilem ratione membrorum & qualitatum (*corporearum, veluti virium, ſtaturæ &c.*): Idem accepit Animam in integritate perfectisſima, & Intellectum in ſummo, qui in hominem competere poteſt, gradu; Facultatem inſuper, poſt Intellectum, Divinam, h. e. Gradum quo Deo & Rebus ſpiritualibus adhæſit, & rerum veram notitiam habuit ſine inſtitutione, cogitatione ſolâ: unde vocatur à nobis [2.] *Filius Dei*, omnes item ex ejus ſemine prodeuntes & ei ſimiles, *Filii Dei*. Hic Adamus genuit equidem filios multos, nullus

tamen ex eis dignus vel idoneus fuit, qui in ejus locum ſuccederet, niſi *Abel*, quia ipſi ſimilis fuit. Hunc cùm frater ejus Kain occidiſſet, quòd ipſi hanc dignitatem & prærogativam invidéret, in ejus locum datus ei fuit *Sethus*, qui ſimilis Adamo fuit, ejusq; peculium & cor, reliqui inſtar corticis: Peculium Sethi fuit *Enoſch*, & ſic uſq; ad *Noachum* in ſingularibus perſonis res divina permanſit, qui omnes ſimiles fuerunt Adamo; & *Filii Dei* vocantur; perfecti nempe in Corporis dotibus & qualitatibus, in Statura, in Longitudine dierum, Sapientiâ, & Robore. Et ab his (*non à cæteris*) nos ſupputamus & æras ducimus; ab Adamo ſc. ad Noachum, & à Noacho ad *Abrahamum*. Fieri equidem poteſt, ut ex his aliquis fuerit, cui Res illa Divina non adhæſit, veluti Therach (*pater Abrahami*): attamen Abrahamus filius ejus, fuit diſcipulus γνήσιος avi ſui *Heberi*, præterquam quòd Noachum quoque vidit & audivit (*nam Abraham fuit* 58. *annorum, cùm moreretur Noachus, juxta Aben Eſram in paraſchâ* נֹחַ), Sicque adhæſit ipſis Res Divina continuè ab Avis ad Nepotes, & Abraham fuit Heberi peculium & diſcipulus, hujusq; rei gratiâ vocatur עִבְרִי q. *Heberæus*; Heber peculium Semi; *Semus* peculium Noachi, quia ipſe hæreditate nactus eſt Climata temperata, quorum medium & præſtantisſimum fuit Terra Canaan, quæ eſt terra Prophetiæ; Japhet autem conceſſit in Aquilonem, Cham in Meridiem. Ex *Abrahami* porrò filiis peculium fuit *Iſaacus*, unde reliquos ſuos filios omnes à terra hac peculiari procul amandavit, ut propria eſſet Iſaaci: *Iſaaci* peculium fuit *Jacobus*, rejecto Eſavo fratre ipſius; quia Jacobus dignus habebatur terrâ illâ: *Filii Jacobi* omnes Peculium fuerunt, digni

מהם ראוי להיות במקום אדם אלא הבל כי הוא היה דומה לו וכאשר הרגו קין אחיו מפני קנאתו בו על המעלה הזאת נתן לו תחתיו שת והיה דומה לאדם והיה סגולה ולב וזולתו כקליפה וסגולת שת אנוש וכן הגיע הענין עד נח ביחידים היו כלם דומי' לאדם ונקראים בני אלקים שלמים בבריאתם ובמדתם ובאריכות הימים וחכמות ויכולת ובימיהם אנו מונים מאדם ועד נח וכן מנח ועד אברהם ואפשר שהיה מהם מי שלא דבק בו הענין האלקי כתרח אבל אברה' בנו היה תלמיד לאבי אביו עבר ועוד שהשיג נח בעצמו והיה הענין האלקי דבק בהם מאבות אבותם אל בני בנים ואברהם היה סגולת עבר ותלמידו ועל כן נקרא עברי ועבר היה סגולת שם ושם סגולת נח מפני שהוא ירש האיקלימים השוים אשר אמצעיתם וחמדתם ארץ כנען אדמת הנבואה ויצא יפת אל צפון וחם אל דרום וסגולת אברהם מבניו יצחק והרחיק כל בניו מהארץ הזאת המסוגלת בדי שתהיה מיוחדת ליצחק וסגולת יצחק יעק' ונדחה עשו אחיו מפני שזכה יעקב בארץ ההיא ובני יעקב כלם סגולה היו כלם ראוין

לענין האלקי וחירה להם
המקום ההוא המיוחד בענין
האלקי חרה היה תחלת חול
הענין האלקי על קהל אחרי
אשר לא היה נמצא כי אם
ביחידים . וישמרם האלקי
ויפרם וירבם ויגדלם במצרים
כאשר יגדל האילן אשר שרשו
טוב עד שהוציא פרי שלם דומ'
לפרי הראשון אשר נטע ממנו
רוצה לומר אברהם יצחק
ויעקב ויוסף ואחיו והיה מן
הפרי משה ואהרן ומרים
וכמו בצלאל ואהליאב וכמו
ראשי המטות . ושבעים הזקנים
אשר היו ראוים לנבואה
מתמדת וכיהושע בן נון וכלב
בן יפונה וחור בנה של מרים
וזולתם רבים ואז היו ראויים
להראות האור עליהם ו
וההשגחה ההיא הרבונית ואם
היו ביניהם ממרים היו נגעלים
אך הם בלי ספק סגולה כאשר
הם בתולדתם וטבעם מן
הסגולה ויולידו מי שיהיה סגולה
ונזהרי' באב הממרה בעבור
מה שיתערב בזמן הסגולה
אשר תראה בבנו או בבן בנו
כפי מה שתזדכך הטפה כמו
שאמרנו בתרח וזולת ממי שלא
נדבק בו הענין האלקי אך
בשורש תולדתו שיוליד סגולה
מה שלא היה כן בתולדת כל
הנולד מחם ויפת ונראה כזה
בענין הטבעי כי כמה יש מבני
האדם שאינו דומה לאב כלל
אך הוא דומה לאבי אביו ואין

digni Re Divinâ, & ad illos pertinuit Locus Rei Divinæ dicatus. Hic jam primò omnium requievit Res Divina in Cætu & Congregatione aliqua plurium, quæ antea nonniſi in paucis & ſingularibus perſonis reſedit: & Deus cuſtodivit, fœcundavit, multiplicavit, & magnificavit eos in Ægypto, quemadmodum Arbor, quæ bonam habet radicem, ſuccreſcit, donec fructum bonum, priori, de qua plantata eſt, ſimilem proferat; Abrahamo ſc. Iſaaco, Jacobo, Joſepho, & fratribus ejus. Talis fructus erant, *Moſes & Aharon, Mirjam, Bezaleel, Oholiab, Principes tribuum, Septuaginta ſeniores*, qui digni fuerunt Prophetiâ continuâ (*Prophetiæ dono continuo*): *Joſua filius Nun*, Caleb filius Jephynneh, Chur filius Mirjam, & alii multi: tùm etiam digni fuerunt quibus appareret Lux & Providentia Divina gratioſa; Si qui inobedientes & degeneres inter ipſos fuerunt, qui expurgatione opus habuerunt, ſine dubio tamen fuerunt Peculium, quatenus ratione nativitatis & naturæ ſuæ de Peculio fuerunt, & gignere poterant qui Peculium fierent, & ſciebant, in Patre etiam rebelle aliquid de Peculio admixtum eſſe, quod ſe exſereret in filio aut nepote ejus, prout ſc. gutta (*ſeminis*) purificaretur, ſicuti id videmus in Theracho, & aliis, quibus Res Divina non adhæſit, niſi in radice generationis, quòd genituri eſſent Peculium; quod non ita factum fuit in generationibus deſcendentium à Chamo, & Japheto. Simile quid cernere eſt in rebus Naturalibus: quoties enim accidit inter homines, ut Filii patribus prorſus non ſunt ſimiles,

<table><tr><td>ſed Avis? ubi non eſt dubitandum, quin radicaliter illa natura & ſimilitudo latitaverit in Patre, quamvis ſenſibus externis id non apparuerit, prout Natura Heberi in filiis ejus latuit, donec ſe prodidit in Abrahamo. [3.]</td><td>ספק כי הטבע ההוא והדמיון ההוא היה צפון באב ואף על פי שלא נראה להרגשה כאשר היה צפון טבע עבר בבניו עד שנראה באברהם :</td></tr></table>

N. O. T. Æ.

[1.] *De Perfectione Adami Primi legitur quoq; in* ספר האמונות *R. Schem Tof, fol. 68. col. 1. 2.* Adamus primus ſtatim à ſua nativitate fuit חכם גדול Sapiens magnus, & ingreſſus eſt in vias Prophetiæ, loquutusque eſt Deus cum eo. Et neceſſariò fatendum eſt etiam Philoſophis ipſis, ſi ſtatuant Creationem Mundi, שנברא שלם בשכלו לא כמו קטן בן יומו quòd creatus ſit perfectus in intellectu ſuo; non verò inſtar parvuli infantis. Hac ratione enim opus habuiſſet nutrice, quæ ipſum lactaſſet & educaſſet; Præceptore item &c. *Et mox*: Quando creatus fuit Adamus, non creatus fuit ſecundum formam & diſpoſitionem ordinariam (*corporum humanorum*), ſed בריאה רכה עד מאד וזכה קרוב לבריה רוחנית creatura ſubtilisſima & purisſima, proximè accedens ad corpus ſpirituale: accedebant etiam Scientiæ in perfectione ſua, ſcivitque & intellexit omnes Mundos. Huc tendit quod Sapientes noſtri dixerunt; *Statura Adami fuit à terra uſq; ad cœlum, vel; ab una extremitate mundi ad alteram. In Schalſcheleth hakkabbala ab initio*: אין ספק שלהיות אדם יציר כפיו של הקבה היה שלם בכל החכמות טבעיות ואלהיות הנכללות בתורת משה ולכן נוכל לומר שהיה ממדרגת מרעה ושלמה בכל מה שאפשר : Nullum eſt dubium, quin Adamus, ceu πλάσμα manuum Dei Benedicti, perfectus fuerit in omnibus ſcientiis, humanis & Divinis, comprehenſis in Lege Moſis; ac proinde dicere poſſumus, quòd fuerit in gradu Moſis & Salomonis, quantum posſibile fuit &c. *Videatur & Tzerór Hammór in ſect.* בראשית, *ubi & Nominis Dei Tetragrammati notitia ipſi tribuitur*; Poſtquam, *inquit*, omnibus Creaturis nomina indidiſſet Adamus, quæſivit ex eo Deus; Quodnam verò eſt Nomen meum? Reſpondit Adamus, יהוה, quia Tu es המהות לכל המציאות quidditas omnis exiſtentiæ. Hoc nempe eſt quod dicitur; *Ego ſum* יהוה, *hoc eſt Nomen meum, Jeſa: 42. v. 8.* quod ſcilicet ego apud meipſum concepi, & quod Adamus mihi impoſuit. Summopere utique hoc eſt admirandum, quòd ſcientia Adami pertigerit etiam ad cognitionem Dei, Nominisque illius, quod Deus ipſe ſibi deſtinaverat *&c.*

Quærunt verò etiam: Utrum Adamus & Eva eodem perfectionis gradu creati

du creati fuerint? *De perfectione Corporis non dubitant Hebræi, ſed de perfectione mentis & Intellectus, videntur differentiam ſtatuere. Hinc ſcribitur iterùm in Tzerór hammór*; Creato Adamo ſimul etiam fuit mulier creata. Hinc Mulier non peculiari opus habuit Lege vel mandato (*quæſivit enim Author prius*; Cur Gen. 2. 16, 17. præceptum illud Adamo tantùm ſit datum, & in ſingulari numero conceptum?): nam præceptum Adamo datum, illam quoqe comprehendebat, quia erat ejus pars. Sic non opus fuit, ut Deus peculiariter animam in nares ejus inſufflaret; quia enim non è terra, ſed è coſta Adami fuit creata, Deus autem jam antè animam viventem Adamo inſpirarat, particeps ejus facta fuit Eva per illam coſtam, quæ tamen fuit exigua pars. Hinc mulieres manſerunt imperfectiores, unde & Rabbini noſtri ajunt; הנשים דעתן קלה *Mulierum ſcientia tenuis eſt.*

Pluribus hanc quæſtionem tractat Abarbenel in Legem, fol. 20. col. 3. Cauſſa, *inquit*, cur Scriptura Gen. 1. 27. bis dicat בצלם אלהים *Ad Imaginem ſuam* creavit Deus hominem; *ad Imaginem Dei* creavit illum; hæc mihi videtur eſſe, quòd voluerit indicare; quamvis Deus creaverit Hominem marem & fœminam, tamen ambos non creatos eſſe in eodem perfectionis gradu; neque de ambobus æqualiter dicitur, *Et creavit Deus Hominem.* Quamvis enim ejuſdem fuerint ſpeciei, tamen non ex æquo fuerunt ad Imaginem Dei. Ideò dicitur; *In Imagine Dei creavit illum, maſculum & fœminam creavit illos*; indicans his verbis, Adamum ſolum creatum fuiſſe in Imagine Dei: Ille enim fuit primarius finis & intentio in creatione; quamvis propter conſervationem ſpeciei maſculum & fœminam creârit. Virilitas autem & Fœmineitas (*hoc eſt, Sexus*) non ſunt de Imagine Dei, ſed ſpectant ad conſervationem & propagationem ſui ſimilis. Et hoc reſpectû conveniunt cum cęteris animantibus, non in Imagine Dei. Hinc ſcire potes, quare non dicatur de Adamo; *ſecundùm ſpeciem ſuam*; ſed, *Maſculum & fœminam creavit eos*; quia longè alia fuit ratio Adami, quàm cæterorum animalium, in quibus fœmina eodem eſt gradu, quo mas, & æqualis ipſi in natura & exiſtentia. Hinc de illis dicitur, *ſecundum ſpeciem ſuam*; ſine ulla prærogativa viro ſupra fœminam conceſſa. In homine verò primaria creationis Intentio fuit Vir, qui ſolus creatus dicitur in Imagine Dei, ſicuti in ſingulari numero dicitur; *In Imagine Dei creavit eum*; quia nimirum ille eſt, qui videt abſcondita ſapientiæ, non fœmina, quæ non habet ſapientiam niſi in colo. Mulier enim creata duntaxat eſt propter finem ſecundarium, ut viro

viro eſſet adjutorium, & ad conſervationem ſpeciei, prout Scriptura explicat in Creatione ejus. *Lambertus Danæus in Antiquitatibus, pag. 42.* Dico, marem quidem & fœminam, ad eandem unius & ejuſdem Dei veri imaginem conditos eſſe; ejus tamen Imaginis radios, vivacitatem, ſplendorem, aciem & vim, in Adamo, quàm in Eva, in mare quàm in fœmina, majorem, efficaciorem & potentiorem fuiſſe, ut in eodem corpore fortior manuum eſt dextera. Unde & per maritum uxor præceptum Dei didicerat, etiam ante peccatum; & eam Satan per ſerpentem potiùs quàm Adamum adortus & aggreſſus eſt, tanquam infirmiorem: & prima peccavit Eva, non Adam, Gen. 3. 1: 1. Tim. 2. 14. Nam & in Angelis quoque alii aliis à Deo conditi ſunt excellentiores, quanquam omnes ab initio ſuæ originis erant ad Dei imaginem, & eam quidem lucidiorem quàm homo, creati.

[2.] *R. Moſes Nachmanides ſcribit ad Geneſ. 6.* Mihi videtur, Adamum & uxorem ejus vocari בני האלהים *Filios Dei*, quia immediatè fuerunt opus manuum ejus, & Deum ſolum, nec alium Patrem agnoſcebant *&c. Vide eum.*

[3.] *Hinc ſcribitur in Zobar ad Geneſ. 26. 1.* הק״ב אוריך רוגזיה עם רשיעיא בגין דיפוק מנהון נוצא טבא בעלמא Deus Benedictus longanimitate ſuâ differt iram erga impios, ut ex ipſis prodeat ſurculus bonus in mundo, ſicut Abrahamus prodiit à Theracho, qui erat ſurculus bonus, & radix præſtantiſſima in mundo. *Et in Talmud Maſ. Bava baſra cap. 8. ſcribunt*; אין מעבירין נחלה אפילו מברא בישא לברא טבא דלא ידעינן הי זרעא נפיק מיניהו Non transferunt hæreditatem, ne quidem à filio malo in filium bonum, quia neſcimus, qualenam ſemen ab illo ſit proditurum. *Vide ſimile quid de Ezechia in Berach. cap. 1. fol. 12. col. 2. & apud Abarb. ad 2. Reg. 20.*

XCVI. *Coſri*; Hæc in veritate eſt dignitas procedens ab Adamo: Adamus autem fuit inter creaturas terrenas; vobis verò debetur dignitas ſuper omnia in terra exiſtentia. Sed, Ubi hæc dignitas remanſit in peccato illo (*confectione & adoratione vituli, Deo derelicto, uti fuit ſup. §. 94.*)?

XCVII. *Judæus*; Quia Omnes populi eo tempore coluerunt figuras ſeu Imagines, & Philoſophi ipſi, licet demonſtrationes adduxerint pro Unitate (*& proinde Incorporeitate*)

צו אמר הכוזרי זאת באמת היא הגדולה הנמשכת מאדם ואדם היה הגדול שבבריאות הארץ ונתחיבה לכם הגדולה על כל הנמצאים בארץ אבל איה הגדולה הזאת מן החטאת הזאת:

צז אמר החבר כי האומות כלם בזמן ההוא היו עובדים צורות ואלו היו הפילוסופים מביאים מופת על היחוד

ועל האלקות לא היו עומדים
מבלי צורה שמכונים אליה
ואומרים להמונם כי הצורה
הזאת ידבק בה ענין אלקי וכי
היא מיוחדת בדבר מופלא
נכרי ומהם מי שמיחס זה אל
האלקים. כאשר אנחנו עושים
היום במקומות המכובדות
אצלינו עד שאנו מתברכים
בהם ובעפרם ואבניהם :
ומהם מי שמיחס אותו אל
רוחניות כוכב מן הכוכבים
או חיל מן החיילים או מערכת
מזל וזולת .זה ולא היו
מסכימים ההמון על תורה
אחת אלא בצורה מורגשת
שמכונים אליה והיו בני ישראל
מצפים למה שיעד אותם משה
שיוריד להם ענין מאת
האלקים שיראו אותו ויקבילוהו
כאשר היו מקבילים עמוד הענן
ועמוד האש בצאתם ממצרי'
אשר היו מביטי' אליו ומקבילים
ומגדלים אותו ומשתחוים
נכחו לאלקים וכן היו מקבילים
עמוד הענן אשר היה יורד
על משה בדבר אתו האלקים
והיו עומדים בני ישראל ו
ומשתחוים נכחו לאלקים
וכאשר שמעו העם דברי ע
עשרת הדברים ועלה משה
אל ההר להוריד להם הלוחות
כתובים ולעשות להם ארון

reitate) Dei, ejusque Divinitate, (*h.e. Dominio & gubernatione*) tamen non caruerunt Figurâ, ad quam intentionem & devotionem ſuam dirigebant, & de qua plebi ſuæ dicebant, quòd illi Figuræ adhæreat Res Divina, atque peculiarem habeat miramque virtutem & proprietatem. Hanc aliqui illorum attribuerunt Deo, quemadmodum & nos hodieque de locis quibuſdam, in honore & veneratione inter nos habitis, facimus, adeò ut in vel de illis, imò de illorum pulvere (*terra*) & lapidibus, benedictionem nos conſequi perſuaſi ſimus, (*qualia ſunt Templa, & Aedes ſacra, Schola &c*): Alii adſcribunt eam Spiritualitati, ſeu Spirituali virtuti alicujus Planetæ, vel exercitui alicui integro (*h.e. pluribus Stellis ſimul de reliquo exercitu ſtellarum*) vel ſignis Zodiaci, & ſimilibus: neque conſentiebant vel aſſenſum præbebant plebs in ullam Legem (ſeu, *religionem & cultum*) niſi mediante Figurâ aliquâ ſenſibili, ad quam ſuam devotionem dirigebant. Sic Iſraëlitæ reſpiciebant ad id, quod Moſes promiſerat, ſe facturum ut ipſis deſcenderet aliquid à Deo, quod viderent & ante ſe propoſitum haberent, quemadmodum habuerunt ante ſe Columnam nubis & Ignis (*vide par.* 4. §. 3. & 5.) cùm egrederentur ex Ægypto, quam reſpiciebant, ſibi proponebant, venerabantur, coramque quâ Deo ſe incurvabant. Sic propoſitam ſibi habebant Nubem illam, quæ deſcenderat ſuper Moſen, quùm Deus cum ipſo loqueretur, coram quâ Filii Iſraël ſtabant, & Deum adorabant. Eadem ratione fecerunt cúm audiviſſent verba Decalogi, & Moſes aſcendiſſet in montem, ut inde ipſis deferret Tabulas ſcriptas, & Arcam faceret, quò aliquid Viſibile habérent, coram quo ſuam Intentionem

להיות

& Devotionem peragerent, in quo eſſet Fœdus (*Lex*) Dei, & Creatura Divina (*In Hebræo eſt* הָרִבּוֹנִי׳ת q. d. Dominica, Divina; *pro quo alii legunt* הָרְצוֹנִ׳ת Voluntaria, *quaſi dicas*; Non imaginaria, vel metaphorica, ſed vera, Dei beneplacito & voluntate miraculosè creata); Tabulæ nimirum (*Legu conſ. p. 2. §. 28.*); prẹter alia quę Arcę adhærebant, veluti Nubes, Gloria, & Miracula propter eam facta. Populus itaq; dum prẹſtolabatur, ut deſcenderet Moſes, idque in eodem, in quo erant, ſtatu, ſine ulla mutatione ſuarum rerum, ornamentorum, vel veſtimentorum, in quibus comparuerant in Die illo Stationis Sinaiticæ, eadem formâ & ſpecie permanentes, & Moſen exſpectantes; Moſes autem ab illis per quadringenots dies emanéret, nullo ſumpto viatico, neque, niſi ſub conditione eodem die revertendi, ab ipſis diſceſſiſſet (*ſic ſcribit Aben Eſra & R. Levi, Moſen non dixiſſe ipſis, quòd per 40. dies eſſet emanſurus. Aliter Talmudici in Tract. de Sabb. cap. 9. f. 89. 1.*); tùm ſiniſtra cogitatio quoſdam de Populo illo magno occupavit & invaſit, (*quaſi Moſes mortuus eſſet*) & inceperunt in partes & contraria ſtudia ſcindi, variaque conſilia & cogitata agitare; adeò ut quidam illorum neceſſarium duxerint, (vel, נצטרכו *conſenſerint*) Cultûs Divini objectum ſenſibile quærere, quod ſibi, ad imitationem aliorum populorum, propoſitum haberent, neque tamen abnegarent Deum, qui illos ex Ægypto eduxit; ſed quod eis duntaxat proponeretur, ut coram illo ſe ſiſterent, quando enarraturi eſſent Mirabilia Dei ſui, quemadmodum Philiſtæi fecerunt, quando dixerunt; *Quia Deus illic eſt*; & quemadmodum nos facimus de Cœlo, omnique re, cujus motum ſcimus eſſe duntaxat à Voluntate Dei, non fortuitò, vel ex voluntate hominis, vel à Natura.

להיות להם דבר נראה
שיכונו נגדו שבו יהיה הברית
לאלקי׳ והבריאה הרבונית
רוצה לומר הלוחות זולת מה
שדבק בארון מהענן והכבוד
ומה שנראה בעבורו מ
מהמופתים ונשארו העם
מצפים לרדת משה׳ והם על
ענינם לא שנו תארם ועדים
ובגדיהם אשר עמדו בהם יום
מעמד הר סיני אך נשארו
בתכונתם ממתינים למשה
ובושש מהם ארבעים יום
והוא לא לקח צידה ולא נפרד
מהם אלא על מנת שישוב
ליומו אז גברה המחשבה הרעה
על קצת ההמון ההוא הגדול
והתחילו המון העם להחלק
מחלקות ומרבים העצות
והמחשבות עד שנצטרכו מהם
אנשים לבקש נעבד מורגש
יכונו נגדו כשאר האומות
מבלי שיכחשו באלקות מ
מוציאם ממצרים אבל שיהיה
מונח להם להקביל אליו כ
כשיספרו נפלאות אלקיהם
כאשר עשו הפלשתים בארון
שאמרו כי האלקים שם וכאשר
אנחנו עושי׳ בשמי׳ ובכל דבר
שאנו יודעים שתנועתו אמנם
היא בחפץ האלקים מבלי
מקרה ולא רצון אדם ולא טבע

Peccatum

וחטאתם היתה בציור אשר
נאסר עליה' ושיחסו ענין אלקי
אל מה שעשו בידם ורצונם
מבלי מצות האלקים ויש להם
התנצלות במה שקדם
מהמחלוקת ביניהם ולא הגיעו
עובדיו אל שלשת אלפי איש
מכלל שש מאות אלף שהיו ׳
אבל התנצלות הגדולים
שסייעו בעשותו היה בעבור
שיראה הממרה מהמאמין
כדי להרת הממרה העובד אותו
ונחשב להם לעון מפני ש
שהוציאו המרי מן הכח הצפון
אל גבול המעשה ולא היה
העון ההוא יציאה מכלל
עבודת מוציאם ממצרים אך
היה מרי לקצת מצותיו כי הוא
יתברך הזהיר מן הצורות והם
עשו צורה והיה להם להמתין
שלא יקבעו לעצמם דבר
שיקבילוהו וימשכו אחריו ו
ומזבח וקרבנות וזה היה
מעצת מי שהיה ביניהם מן
החוזים והאצטגנינים חשבו
שיהיו פעולתם הסבריו' ק
קרובות מן המעשים האמתיים
והית ענינם בזה כענין הכסיל
אשר זכרנו שנכנס בחנות
הרופא והמית האנשים אשר
היה מועילם ברפואות ההם
קודם לכן עם שלא היתה
כונת העם לצאת מעבודת
האלקים אך היו חושבים שהם

Peccatum autem ipſorum fuit in factione formæ vel figuræ, ipſis prohibitæ, & quòd Rem Divinam attribuerunt ei, quod manibus ſuis fecerunt pro ſuo lubitu & arbitrio, ſine mandato Dei. Excuſationem tamen merentur propter præcedentem inter ipſos diſſenſionem, & quòd de ſexcentis millibus, non ad tria millia virorum pertigit numerus eorum, qui Vitulum coluerunt. Primatûm verò (*veluti Aharonis, & aliorum*) qui juverunt confectionem ejus, excuſatio eſt, quòd voluerint, ut hac ratione manifeſti fierent & diſcernerentur Contumaces & Inobedientes à Credentibus, quò Inobedientes, Vitulum colentes, morte afficerentur. Pro peccato autem hoc ipſis imputatum eſt, eò quòd ſic Rebellionem ſeu Contumaciam è potentia occulta in Actum deduxerint. Peccatum tamen illud non erat apoſtaſia univerſalis á cultu ejus, qui ipſos ex Ægypto eduxit, ſed incurrebat in quædam duntaxat ejus præcepta. Deus enim prohibuit nobis Figuras & Imagines; ipſi verò Imaginem fecerunt: & exſpectare debuiſſent (*Moſen*), neque ſibimet ipſi Rem aliquam effingere loco Dei, quam ante ſe videant & ſequantur; vel Altare, vel Oblationes. Hoc verò profluxit ex conſilio Aſtrologorum & Genethliacorum qui inter ipſos fuerunt, exiſtimantes Actiones horum contingentes non multum differre ab Actionibus veris. Accidit verò eis hac in parte idem quod Stulto illi, cujus ſuprà meminimus, qui in officinam Medici intromiſſus, iisdem medicinis, quibus nonnullos antea in vita conſervavit, alios occídit. Quamvis intentio populi non fuerit, deficere à Cultu Dei, ſed exiſtimarunt, ſe cultui ejus operam dare vel ſtudere, unde ve-

nerunt ad Aharonem, intima cordis ſui ſenſa ei denudantes (*quod non feciſſent, ſi aperta fuiſſet idololatria & apoſtaſia à Deo*): hinc etiam Aharon juvit confectionem ejus (*vituli*): reus verò factus eſt, quòd Contumaciam ipſorum ex potentia in actum deduxerit. Res illa nobis videtur longè maxima, quia inter pleraſque gentes hodiè nullæ Figuræ vel Imagines coluntur: illo verò tempore res levis fuit habita, quia omnes nationes tùm habuerunt Imagines quas coluerunt. Si feciſſent vel exſtruxiſſent pro ſuo arbitrio Domum aliquam pro Cultu Divino, ad quam ſuam Devotionem dirigerent, in qua oblationes offerrent, eamq; honorarent, id nobis non adeò grave videretur, quia hodiè ſolemus hujuſmodi Domos (*Templa*) facere, eas venerari, magnifacere, & benedictionem Divinam ex eis nobis polliceri; quinimò de illis dicere, Majeſtatem Divinam in illis habitare, & Angelos circumcirca illas caſtrametari. Quod ſi hæc non neceſſaria eſſent pro congregatione cætuum noſtrorum, res nobis videretur peregrina, ſicuti tempore Regum fuit, qui prohibebant homines, conantes Domos facere pro Cultu Dei, quas vocabant בָּמוֹת; imò pii Reges illa deſtruebant; ne aliam domum venerarentur, quàm illam, quam elegerat Dominus, & illam formam, quam præceperat. Neque in ea (*domo Domini*) abſurdæ & alienæ viſæ ſunt Figuræ illæ, quas Dominus facere præceperat, Cherubini nempe. At puniti fuerunt illi qui coluerunt Vitulum, & occiſi fuerunt, ter mille ſcilicet viri de ſexcentis millibus (*quia ſine mandato Dei illum fecerant*). Interim tamen non deſiit

משתדלים בעבודה ועל כן באו אל אהרן לגלות מצפונם ועל כן סייע בעשותו ונאשם בהוצאתו מריהם מן הכח אל המעשה והדבר ההוא הוא גדול מאד בעינינו מפני שאין בזמן הזה צורות נעבדות ברוב האומות והיה קל בזמן ההוא מפני שהיו עושים כל האומות צורות לעבד אותם ואלו היתה חטאת' שעשו בית ברצונם לעבודה לכוין אליו ולהקריב בו הקרבנות ולכבדו לא היה דבר גדול בעינינו מפני מה שאנחנו נוהגים בו היום מעשות בתים ובחירתנו אותם ונדלנו להם והתברכנו בהם ואיפשר שנאמר שהשכינה חלה בהם והמלאכים חונים סביבותיהם ולולי הצורך להתחברות קהלינו היה הדבר הזה נכרי כאשר היה בימי המלכו' שהיו מוחין באנשים משתדלים שהיו עושים בתים לעבודה היו נקראים במות והיו חסידי המלכים הורסין אותם כדי שלא יגדלו זולתי הבית אשר בחר בו האלקים והתכונה אשר צוה בה ולא היה דבר נכרי בה הצורות אשר צוה הוא בהם מהכרובים ועם כל זה נענשו האנשים אשר עבדו העגל ביום ההוא והרגום והיה מספר כלם שלשת אלפי איש מכלל שש מאו' אלף ולא פסק המן ל

לרדת למזונם והענן לסוכך עליהם ועמד האש להנחותם והנבואה מתמדת ונוספת ביניה' ולא נעדר מהם דבר מכל אשר נתן להם זולת שתי הלוחות אשר שברם משה והתפלל להשיבם והושבו להם וכופר להם העון ההוא ׃

נח אמר הכוזרי כבר עזרת עצתי במה שעלה בדעתי ובמה שראיתיו בחלומי כי אין האדם מגיע אל הענין האלקי אלא בדבר אלקי רוצה לומר במעשים שיצום האלקים ואם לא היה כן רוב בני אדם משתדלים אפילו החוזה והקוסם ועובד האש ועובד השמש והמשני' וזולתם ׃

נט אמר החבר כן הוא וכן כל תורותינו כלם כתובות בתורה מדבור האלקי' עם משה וממה שכתב משה ונתן להמון הגדול ההוא בקבוצם במדבר לא נצטרכו בם לקבלה ולא להוראת פרשה ופרשה ומצוה מצוה ותכונת הקרבנות ואיך מקריבים אותם ובאי זה מקום ולאיזה צד ואיך נשחטים ואיך עושים בדמם ונתחיהם ממלאכו' חלוקות כלם בביאור מאת האלקים שלא יחסר מהם דבר קטן ויפסד הכל כמו ההויות הטבעיו אשר הם מתחברות מיחסים דקי' לא תשיגם המחשבת לדקותם אשר אם יארע מכשול מעט ביחסי' ההם

deſiit ipſis Manna deſcendere pro cibo, neque etiam deſiit Nubes ipſos obtegere, vel Ignis eos ducere; Prophetia etiam continuabatur, & in dies augebatur inter ipſos; nihil denique ipſis, de omni eo quod Deus eis dederat, ſubtractum fuit, niſi Duæ Tabulæ, quas Moſes confregit; orante verò ipſo ut redderentur, redditæ fuerunt; & ſic expiata (*remiſſa*) fuit illis hæc iniquitas ipſorum.

XCVIII. *Coſri*; Nunc juviſti conſilium meum, quod animo verſabam, & quod in Somnio videbam. Non enim poteſt homo ad Rem Divinam (*ad Deum*) pertingere niſi per Res divinas, h. e. per Opera à Deo præcepta. Quod ſi non ita eſſet, maxima pars hominum eò conniterentur, ut Aſtrologi, Divini, Cultores Ignis, Solis, Duorum Deorum cultores, & alii.

XCIX. *Judeus*; Ita eſt: & ſic omnes noſtræ Leges exceptæ ſunt ex ore Dei ipſius cum Moſe loquentis, & à Moſe ſcriptæ, populoque illi magno, in deſerto congregato, datæ, in quibus proinde non opus habuerunt aliâ Cabbalâ (*h. e. traditione πατροπαραδότῳ,*) vel explicatione cujusq; periodi vel pręcepti, de qualitate oblationũ, de modo illas offerendi, quo loco, & ad quod latus (*altaris*) aut quâ ratione ſint mactandæ, quid item de ſanguine, & partibus illorum ſit faciendum; cùm omnia hæc ſint explicata à Deo ipſo, ut ne minimus quidem in iis ſit defectus, unde totum corrumpi poſſet; prout id fit in Generabilibus naturalibus, quæ compoſita ſunt ex proportionibus vel proprietatibus ſubtilibus (*qualitatum, & humorum*), quę ob ſubtilitaté ſuam cogitatione

comprehendi non poſſunt, ut, ſi vel exiguum vitium ipſis accidat in proprietatibus illis, generatum totum corrumpatur, ita ut illa planta, illud animal, aut illud membrum ex. gr. totum vel vitietur, vel intereat. Sic traditum eſt (*in Lege*), quomodo diſſecanda ſit beſtia offerenda, quid de unoquoque membro ſit faciendum, quæ ſint comedenda, quæ comburenda, quis comedere, & quis comburere illa debeat, quis item ex claſſibus eorum, quibus id mandatum, offerre debeat; quomodo comparati eſſe debeant illi qui offerunt, ut nihil illis inſit vel defectus aut impedimenti; illorum ornamenta & veſtimenta, præſertim Pontificis maximi, cui licentia & facultas data fuit ingrediendi in locum Rei Divinæ, locum, inquam, Habitationis & præſentiæ Divinæ, Arcæ & Libri Legis (*in Sanctum Sanctorum*); quæ item his omnibus annexa & obſervanda ſit Sanctificatio (*veluti abſtinentia ab uxoribus, & ebrietas*) & Puritas (*à contactu rei immundæ*); Gradus purificationum, ſanctificationum, & precationum; quæ omnia ſigillatim recenſere & enarrare, prolixioris fuerit operæ. Fundantur tamen in Lege ſcriptâ Moſis, & eo quod tranſtulerunt (*acceperunt*) Rabbini noſtri (*per Traditionem oralem*), quæ utraque habentur ex Colloquio Dei cùm Moſe in monte Sinaj; Sic forma Tabernaculi tota oſtenſa fuit Moſi in monte Sinai; Tabernaculum ipſum, Tentorium, Menſa, Candelabrum, Arca, Atrium Tabernaculi, ejus Columnæ, Tegumenta, omnia denique ejus opera oſtenſa fuerunt ipſi in Imaginibus ſpiritualibus, quarum formæ erant corporeæ, prout ſc. fieri & confici debuerunt. Pari ratione Palatii illius magni, quod ædificavit Salomon, forma ſpiritualis oſtenſa fuit Davidi: & Forma ac ſtructura

היתה נפסדת ההויה ההיא ולא היה הצמח ההוא או החי ההוא או האבר ההוא דרך משל אלא מופסד או נעדר וכן זכר איך תנותח הבהמה ה הנקרבת ומה יעש' באבר אבר ומה שיש לאכילה ומה שיש לשריפה ומי יאכל ומי ישרוף ומי יקריב מן הכתות אשר המצוה בהם לא יעברום ואיך תהיה תכונת המקריבים עד שלא יהיה בהם פגם עם תכשיטיהם ומלבושיהם וכל שכן מלבוש כהן גדול אשר נתן לו רשות לבא אל מקום הענין האלקי מקום השכינה הארון והתורה ומה שנתלה בזה מן הקדוש' והטהרה ומדרגות הטהרות והקדושות והתפלות דבר שיאריך ספורו אך סומכים בו על קריאת התורה ומה שהעתיקו רבותי' והכל מדברי אלקים עם משה וכן תכונת המשכן כלה הראתה למשה בהר סיני המשכן והאהל והשולחן ו והמנורה והארון וחצר המשכן ועמודיו ומכסיו וכל מלאכותיו הראו לו רוחניות וצורותם גשמיות כאשר התנו לו וכן הבית הגדול אשר בנה שלמה הראה לדוד צורתו רוחנית והבית העולמי הקדוש אשר

יעדנו בו הראה לנביא יחזקאל צורתו ותכונתו ואין בעבודת האל סברא ולא הקשה ולא התחכמות ואלו היה כן היו הפילוסופים מגיעים ברוב חכמתם ושכלם לכפל כמה שהגיעו בני ישראל :

ק אמר הכוזרי בכמו זה תנוח הנפש לקבל התורה מבלי ספק ולא פקפוק שיבא נביא לעבדים משועבדים ולחוצים וייעד אותם שיצאו מעבדותם בעת ההוא מבלי איחור על התכונה ההיא ושיכניסם אל ארץ כנען והיא ביד שבע אומות כל אחת מהם חזקה מהם והודיע לכל שבט חלקו מהארץ קודם שיגיעו אליה והתקיים הכל בזמן מועט במופתים נוראים זה מאמת גדולת השולח וכבוד השלוח וגודל מעלת העם אשר עליהם לבדם שולח ואלו היה אומר כי אני שלוח ליישר כל העולם ולא היה דברו מגיע עד חציו היה פגם בשליחותו מפני שלא נשלמה כונת הבורא בשליחותו והיה מונע בהשלמת שליחותו היות ספר תורתו עברי והיה מעמם וטורח ולאות רב על אומות שבא והודו וכוזר להבינו ולעשות מה שכתוב בו אלא אחרי מאות שנים שיקר

ſtructura Sanctę illius Domus æternę (*Templum tertium*), nobis promiſſæ, oſtenſa fuit Prophetæ Ezechieli. Neque enim in Cultu Dei Opinio communis, Ratiocinatio, Sapientia humana, ullum habent locum. Quod ſi id eſſet, Philoſophi, ſapientiâ & ingenio ſuo inſigni, duplo longiùs hìc proceſsiſſent, quàm filii Iſraëlis (*duplo plus præſtitiſſent & aſſequuti eſſent*).

C. *Coſri*; Hac ratione permovetur Anima ad recipiendum veſtram Legem (*Fidem, Religionem*) ſine dubitatione & hæſitatione ulla; quòd Propheta (*Moſes*) venerit ad Servos mancipatos & oppreſſos, ipſiſque promiſerit, quòd hoc tempore, ſine ulla mora, hoc modo, egreſſuri ſint è ſervitute ſua, & in terram Canaan introducendi, quæ tunc in manu ſeptem erat populorum, quorum quiſq; potentiâ illis erat ſuperior; unicuiq; etiam tribui ſuam in terra illa portionem aſsignavit, antequam in illam venirent, omniaque temporis brevi ſpatio, cum terribilibus miraculis, impleta fuerint; Hoc confirmat tùm authoritatem & magnitudinem Legantis, tùm gloriam Legati, tùm Dignitatem & præcellentiam Eorum ad quos ſolos ablegatur. Quod ſi dixiſſet; *Miſſus ſum ad dirigendum totum Mundum*, interim autem verbum ejus non perveniſſet niſi ad dimidium, manca fuiſſet ejus legatio, quia illâ non perfeciſſet Intentionem Creatoris mittentis; impedimentum etiam & obſtaculum objeciſſet expeditioni ipſius Liber Legis ejus, linguâ Hebrææ ſcriptus; difficillimum, moleſtiſsimum, & laborioſiſsimum (*imò impoſsibile*) fuiſſet Sabæis, Indis, Coſaréis (*Perſis*) eam intelligere, aut quod in ea ſcriptum eſt, facere; niſi poſt plures centenos annos fortè contingeret, ut immu-

tarentur, (*Judæi fierent*) vel per Victoriam ab illis reportatam (*ad eam adigerentur, conf. par.2.§.33.*), vel per Viciniam, aut Rationes Prophetæ (*Moſis*) ipſius (*in Lege ſcriptas*), aut Prophetæ alterius, ad Legem ejus acceptandam perſuaderentur ac permoverentur.

CI. *Judæus*; Non vocavit Moſes ad Legem ſuam, niſi populum ſuum, & Viros linguæ ſuæ: his etiam ſolis promiſit Deus, quòd illos perpetuò ſit ad Legem ſuam obſervandam hortaturus per Prophetas. Quod etiam reipſa præſtitit per totum tempus gratiæ & beneplaciti, quo Divinitas inter ipſos habitavit.

CII. *Coſri*; Annon verò magis expediviſſet, ut univerſum mundum direxiſſet, & hoc magis congruum & conveniens Sapientiæ Divinæ fuiſſet?

CIII. *Judæus*; Annon etiam ſic melius fuiſſet, ut animalia omnia eſſent rationalia? Jam videris oblitus eſſe ejus quod antè dictum (§.47.*&* 95.) de propagatione ſeminis Adami (*poſteritatis ejus*), & quâ ratione Res Divina conſueverit commorari in Uno & Singulari aliquo, qui Cor eſſet fratrũ, ac Peculium Patris, lucem illam (*Divinam*) recipiens, reliqui verò inſtar corticis, non recipientes eam; donec veniſſent Filii Jacobi, qui omnes rationem Peculii & Cordis habebant, à reliquis hominibus proprietatibus quibuſdam Divinis diſtincti, quibus reddebantur, ac ſi Species & ſubſtantia quędam eſſent Angelica, omnes ad gradum Propheticum aſpirantes, & magna etiam ex parte eum aſſequentes; quia ſc. Operibus Deo gratis, Sanctitate, Puritate, & Converſatione Prophetarum, Illi propinqui fuerunt. Scias etenim, quòd ſi quis incidat in Prophetam (*in Prophetæ alicujus conſortium &*

אליהם להשתנות עליהם בעבור נצחון או שכוגדה או בראיות הנביא בעצמו או נביא אחר שמעיר ומזהיר על תורתו :

קא אמר החבר לא קרא משה לתורתו זולתי עמו ואנשי לשונו ויעד אותם הבורא להזהיר על תורתו כל הימים על ידי הנביאים ועשה כן כל ימי הרצון והזמן שהיתה ה השכינה ביניהם :

קב אמר הכוזרי והלא היה יותר טוב שיישר הכל והיה זה יותר נכון וראוי בחכמה :

קג אמר החבר והלא היה יותר טוב שיהיו החיי׳ כלם מדברים אם כן כבר שכחת מה שקדם בהמשך זרע אדם והיאך חל הענין האלקי באיש שהיה לב האחים וסגלת האב מקבל לאור ההוא וזולתו כקליפה איננו מקבל אותו עד שבאו בני יעקב כלם סגולה ולב נבדלים מבני אדם בענינים מיוחדים אלהיים שמים אותם כאלו הם מין אחד ועצם אחד מלאכותי מבקשים כלם מעלת הנבואה ורובם מגיעים אליה בעבור שהיו קרובים אליה במעשים הנרצים והקדושה והטהרה ופגיעת הנביאים ודע כי כל אשר יפגע נביא בעת פגעו אותו ושמעו

דבריו האלהיים מתחדשת לו
רוחניות ונפרד מסוגו בזכות
הנפש והשתוקקה אל המדרגו'
ההם והדבקו בענוה ובטהרה
זאת תהיה אצלם הגדולה
הנראית והאור הבהיר בגמול
העולם הבא כי המבוקש ממנו
איננו אלא שתשוב נפש האד'
האלהית תפרד מחושיו :
ותראה העולם ההוא העליון
ותהנה בראיית האור ה
המלאכותי ושמיעת הדבור
האלקי כי הנפש ההיא תהיה
בטוחה מן המות כשיכלו כלי
הגופיים : וכאשר תמצא
תורה שמגיעים בחכמותיה
ומעשיה אל המדרגה הזאת
במקום אשר צותה ועם
הענינים אשר צותה בהם היא
מבלי ספק התורה שמובטח
בה להשאיר הנפשות אחר
כלות הגופות :

tium & colloquium), eo ipſo tempore quo in eum incidit, & verba ejus Divina audit, in ſe ſtatim innovari & exoriri ſentiat aliquid Spirituale, [1.] quo à reliquo genere ſeparatur (*quo altius quaſi homo fiat*), quoad Animæ Puritatem, ejus Appetentiam ad gradus illos (*propheticos*) & Studium humilitatis & Sanctitatis. Atq; hæc res (*hæc dignitas & prærogativa*) conferet ipſis (*Iſraëlitis*) illuſtrem dignitatem & ſplendorem in Retributione Vitæ æternæ. Nihil enim aliud quæritur ab eo (*homine*), niſi ut anima ejus fiat Divina, à ſenſibus ſuis abſtrahatur, & videat Mundum illum ſuperiorem, aſpectuque Lucis ejus Angelicæ, & auditu Sermonis Divini, fruatur. Talis quippe anima tuta eſt à morte, quando organa ejus corporea deficiunt. Cùm itaque invenitur talis Lex, per cujus Sapientiam & Opera ad gradum hunc pervenitur, obſervata in Loco de quo præceptum (*Divinum*) extat, & cum debitis conditionibus & circumſtantiis; illa procul dubio eſt Lex (*Fides, Religio*), de qua certũ eſt, quòd Animas, poſt conſumptionem corporum, vivas & ſuperſtites ſit conſervatura.

N O T Æ.

[1.] *Muſcatus ſcribit ad hæc verba*: ימצאו בסוג האדם שני מינים Inveniuntur in genere humano duæ ſpecies; אדם טבעי שהם עכ"ום *Homo naturalis*, quò pertinent gentes idololatricæ; ואדם אלהי & *Homo Divinus*, quales ſunt Iſraëlitæ: Unde de eis dicitur, אדם אתם *Vos Homo eſtis*, Ezech. 34. 31. אתם קרויים אדם ואין ע"א קרויים אדם h. e. *Vos vocamini* homo, *non verò Idololatræ & gentiles, ut habetur in Bava metzia fol.* 114. *col.* 2. Vult itaque his verbis docere author, differentiam Viri talis, ad propheticum gradum aſſurgentis, à gradu hominis naturalis & divini; quòd longè excellentiorem ab abundantia influentiæ ſpiritualis nanciſcatur gradum. Simul nota, Judæos reliquas gentes omnes, & inter has cumprimis Chriſtianos, non pro Hominibus habere, ſed in Beſtiarum gradum referre, qua de re alibi fortè plura dicturi ſumus.

CIV. *Coſri*; Mihi videntur Promiſſiones aliorum (*populorum*) pinguiores & unctiores Promiſſionibus veſtris (*quia in ſpecie magis explicant quâ gloriâ, quibusq́ deliciis ſint fruituri*).

CV. *Judæus*; (*Verum hoc*): Sed omnes illæ demum ſunt implendæ poſt mortem: neque in hac vita quicquam de illis compáret, nihil etiam eſt quod de illis doceat (*ſufficienter teſtetur*).

CVI. *Coſri*; Et ego quoque neminem hactenus eorum, qui illas credit, vidi optantem accelerationem illarum: quin potiùs, ſi in illorum poteſtate ullâ eſſet ratione, eas in millenos uſque annos rejicere & retardare, & in vinculis hujus vitæ, ſub mundi hujus jugo, & in laboribus atque moleſtiis ejus manere, id eligerent & præferrent.

CVII. *Judæus*; Quid verò dicis vel judicas de eo, qui videt hujuſmodi conſortia & collegia Angelica? (*Prophetarũ, vide ſup. §. 103*)

CVIII. *Coſri*; Sine dubio talis vir optabit, ut anima ejus perpetuò ſit à ſenſibus ſeparata, & luce illâ fruatur. Quod nihil aliud eſt, quàm Mortem expetere & deſiderare.

CIX. *Judæus*; Verùm Promiſſiones noſtræ conſiſtunt in noſtra cum Deo conjunctione per Prophetiam, & quod ei eſt annexum (*dono ſc. Spiritus Sancti, ut Muſcatus explicat*); ut & in eo quòd Res Divina ſe nobis conjungat cum Magnificentiâ, Gloriâ & Miraculis. Idcirco non dicitur in Lege; *Si feceritis hoc præceptum, introducam vos poſt mortem in hortos, & ad voluptates* (ſicut Mahomet in Alcorano); ſed dicitur; *Vos eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum* (Jerem. 7. 23.) Item; *Ego* (ipſemet) *vos ducam*, Exod. 19. 5. Et *quidam ex vobis ſtabunt* (hoc eſt miniſtrabunt) *coram me*, (*ut Sacerdotes & Levi-*

קד אמר הכוזרי אני רואה שיעודי זולתכ' שמנים ודשנים מיעודיכם :

קה אמר החבר אבל הם כלם אחרי המות ואין בחיים מהם מאומה ולא דבר שיורה עליהם :

קו אמר הכוזרי ולא ראיתי אחד מן המאמינים ביעודי' ההם שהוא מתאוה למהירותם אבל אם היה ביכלתו לאחרם אלף שנים וישאר במסורות החיים ובעול העולם ועצבונו היה בוחר בזה :

קז אמר החבר ומה תאמר במי שהוא רואה אלה המעמדים הגדולים ה המלאכותיים :

קח אמר הכוזרי מבלי ספק שהו' מתאוה שתתמיד נפשו על הפרידה מחושיו ותשאר נהנית באור ההוא והוא מה שמתאוה המות :

קט אמר החבר אבל יעודינו הדבקנו בענין האלקי בנבואה ומה שהוא קרוב לה והתחבר הענין האלקי בנו בגדולה ובכבוד ובמופתים ועל כן איננו אומר בתורה כי אם תעשו המצוה הזאת אביאכם אחרי המות אל גנות והנאות. אבל הוא אומ' ואתם תהיו לי לעם ואני אהיה לכם לאלקים ואנהיג אתכם ויהיו מכם

מי שיעמוד לפני ומי שיעלה
לשמי׳ כאשר היו הולכי׳ בין
המלאכים וקוראים להם
המלאכים בן אדם כדי להכירם
בין המלאכים העומדים בתוכם
ויהיו גם כן מלאכים הולכים
ביניהם בארץ ותראו אותם
יחידים ורבים שומרים אתכם
ונלחמים לכם : ותתמידו
בארץ אשר היא עוזרת על
המעלה הזאת והיא אדמת
הקדש ויהיה שבעה וטובתה
ורעתה בענין האלקי כפי
מעשיכם ויהיה נוהג כל העולם
על המנהג הטבעיי זולתכם כי
תראו עם שכינתי שתהיה
בתוכם מטוב אדמתכם וסדר
גשמיכם שלא יעברו עתיהם
הצריך להם ושתגברו על
אויביכם במתי מספר מה
שתכירו בו כי אין ענינכם נוהג
על המנהג הטבעי אבל בחפץ
כאשר תראו אם תמרו מ
מהבצורת והנגף והחיה הרעה
והעולם כלו בשלוה ואז תדעו
כי ענינכם מנהיג אותו דבר
שהוא גדול מן הענין הטבעי :
והיה כל זה והתורה הזאת וכל
יעודיה מובטחים לא יפול
מהם דבר ויעודיה כלם
כולל אותם שורש אחד והוא
יחול קורבת האלקים ומלאכיו :
ומי שיגיע אל המעלה הזאת
לא יירא מן המות ותורתינו
כבר הראית לנו זה עין בעין

& Levita, Ibid. v. 6.): *Alii erunt, qui aſcendent in cœlum prout hîc fuerunt* (*corpore & animâ, ut Moſes, Elias, Ezechiel*) *verſantes inter Angelos, & ab iis appellabuntur* בן אדם Filii Hominis, *ut dignoſcantur inter Angelos inter quos verſantur: Angeli etiam ambulabunt inter vos in terra, & videbitis illorum nunc paucos, nunc plures, vos cuſtodientes, & pro vobis pugnantes: Conſtanter agetis & permanebitis in terra illa, quæ hanc dignitatem promovet, in Terrâ nimirum Sanctâ, ejusq́; tùm abundantia, & bonitas,* (ſeu felicitas, pax &c.) *tùm malitia,* (ſterilitas &c.) *circa rem Divinam, erit juxta opera veſtra* (ſecundum promisſiones & comminationes Legis): *Totus mundus regetur ſecundum conſuetudinem & curſum naturæ ordinarium, exceptis vobis, quia videbitis, Majeſtate meâ vobis præſente, tùm Terræ veſtræ bonitatem, tùm corporum veſtrorum & ταξίαν, tempora ſua debita non transgreſſura, & vos inimicis veſtris exiguâ manu prævalentes, unde dignoſcere poteritis, res veſtras non regi conſuetudine naturali, ſed juxta voluntatem & beneplacitum Dei; prout etiam videbitis, ſi inobedientes fueritis, Annonæ charitatem, Siccitatem, Peſtem, Beſtias malas, ubi totus mundus reliquus erit in pace & tranquillitate, Res veſtras regi à quopiam Naturâ ſuperiore & majore.* (Nota, *ſingula hæc equidem non iisdem verbis in Lege Moſis haberi, ſed quoad ſenſum*). Et hæc omnia, Lex, inquam, tota, & omnes Promisſiones ejus, ita ſunt certa, ut ne verbum quidem unicum de iis excidat: omnesq́ue Promisſiones ejus unico comprehenduntur Fundamento, Spe videlicet appropinquationis ad Deum ejusque Angelos. Et quicunque ad gradum iſtum pertingit, non timebit ſibi à Morte, id quod Lex noſtra ad oculum (*vivis exemplis*) nobis oſtendit.

Illuſtrabo rem parabolâ vel ſimilitudine: Sint E. g. quidam amici, qui verſentur in deſerto, & eorum unus proficiſcatur in Indiam, obtinens à Rege Indiæ gloriam & magnificentiam; eò quòd illi *(Regi)* conſtet, hunc eſſe de illis ſodalibus, quorum Patres ipſi noti fuerunt à longo tempore, & familiares ejus; accipiens inſuper dona pretioſa, quæ afferret cæteris ſuis ſodalibus; veſtitus ab eo veſtibus deſiderabilibus; adjungens ei & cum eo mittens quoſdam de ſervis ſuis, nullo cogitante, quòd illi à Rege ſint emittendi, & in deſertum illud profecturi; porrò etiam præceptis vel mandatis eum inſtruens, & fœdus cum eo pangens de recipiendo ſervitio vel cultu ejus *(quòd ipſi ſint ſervituri, & eum culturi)*; Sic ergo rediens ad ſodales ſuos cum Legatis illis Indicis, magno cum gaudio eos exceperunt, omnique honore afficere ſtuduerunt, & exſtruxerunt pro illis magnificum palatium, in quo eis habitationem aſſignarunt. Denuò itaq; Socii illi Legatos miſerunt in Indiam, qui eò venientes faciem Regis nullo negotio viderunt, ope Legatorum illorum priorum, qui illis viam proximam & rectam oſtenderunt; unde poſtmodùm omnibus innotuit, quòd, ſi quis velit in Indiam proficiſci, facilè id facere poſſit, ſi famulitio Regis ſit adſcriptus, & ejus Legatos honoret, qui ipſum ad regem deducant; neque habent quod quærant, quare famulitium vel ſervitium hoc in nos recipiemus? Cauſa enim ad oculum patet, id fieri, ut Amici regis fiant, & quòd Amicitia ejus ſit maximum & ſummum bonum. Socii iſti ſunt *Filii Iſraëlis*: primus ab illis *(in Indiam)* proficiſcens, eſt *Moſes*: alteri proficiſcentes ſunt reliqui *Prophetæ*: Legati Indici,

והמשל בזה חברי' שהיו עומדים
במדבר והלך אחד מהם אל
הודו ופגע ממלך הודו כבוד
וגדולה מפני שידע שהוא מן
החברים ההם והיה ידע
אבותיה' מקדם והיו מאוהביו
ונתן לו מתנו' יקרות שנשא
אות' אל חבריו והלבישו בגדי
חמודות ושלח עמו מעבדיו
אנשים ולא עלה על לב איש
שיצאו מלפני המלך ולא שילכו
אל המדבר ההוא וצוהו ב
במצות וכרת עמו ברית לקבל
עבודתו ובא אל חביריו עם
השלוחי' ההם ההדיים
ושמחו בהם החברים ההם
והשתדלו בכבודם ובנו להם
ארמון שהושיבום בו ושבו
החברים ההם שולחים שלוחים
להגיע אל ארץ הודו ולראות
פני המלך מבלי טורח בעזר
אלה השלוחים שהיו מ
מורים אותם הדרך קרובה
והישרה וידעו כלם כי מי שרוצה
ללכת אל ארץ הודו הוא קל
עליו מאד כשידבק בעבודת
המלך ויכבד שלוחיו המגיעים
אותו אליו ולא הוצרכו לשאול
למה נעבוד העבודה הזאת כי
העלה נראית לעין כדי
להתחבר במלך וחברתו היא
הטובה הגדולה: והחברים
הם בני ישראל וההולך ה
הראשון הוא משה וההולכים
האחרים הם שאר הנביאים

והשלוחים ההודיים הם ה
השכינה והמלאכים והבגדים
החמודות הם האור המושכל
אשר חל בנפשו מהנבואה
והאור המורגש אשר חל על
פניו והמתנות היקרות ה
השלוחות הם השני לוחות
בעשרת הדברים ובעלי ה
הנימוסים האחרים לא ראו
מכל זה מאומה אך אמרו להם
קבלו עבודת מלך הודו כאשר
קבלו עליהם החברים ההם
ואחרי המות תגיעו אל המלך
ואם לא תעשו ירחיק אתכם
ויענה אתכם אחרי מותכם
ומהם מי שאמר לא בא
אלינו אדם שיגיד לנו שיהיה
אחרי מותו בגן עדן או בגיהנם
ורובם הגבירו סדור ענינם
וחבור עצתם וקבלו העבוד'
ויחלו נפשות' במצפון יחול
חלוש אך בנראה יחול חזק
ונאמן ומתגדלי' ומתפארי' על
עמי הארץ שבהם באמונה
ואיך יתפארו אלה בטענת מה
שיגיע אליו אחרי מותם על מי
שיגיע אליו בחייו והלא טבע
הנביאים והחסידים קרוב אל
הקיימם בעולם הבא יותר
מטבע מי שלא קרב אל ה
המדרגה הזאת :
אמר הכוזרי כמה הוא ק׳
רחוק מן הדעת שיהיה האדם
כלה בטבעו אבד גופו ונפשו
זולתי הפילוסופים על דעתם :

Indici, ſunt *Majeſtas Divina*, & *Angeli*. Veſtimenta deſiderabilia ſunt, *Lux Intellectualis*, quæ reſedit in anima ejus (*Moſis*) per Prophetiam, & *Lux ſenſibilis*, quæ comparuit in facie ejus: Munera pretioſa miſſa, ſunt *Duæ Tabulæ* cum Decem Præceptis: Cæterarum Legum (*religionum*) cultores quod attinet, illi de his omnibus nihil vident, ſed dicitur ipſis tantùm; Recipite cultum Regis Indiæ, quemadmodum eum receperunt iſti Socii, & poſt mortem pervenietis (*admittemini*) ad Regem; quod ſi hoc non feceritis, repellet, & affliget vos poſt mortem veſtram. Unde quidam ſunt, qui dicunt, Nullus adhuc ad nos venit, qui dixerit, ſe poſt mortem ſuam fuiſſe in Paradiſo, vel Gehenna; alii verò confirmant, & acceptant hoc conſilium, & recipiunt cultum illum, internè quidem & occultè ſpe debiliſſimâ, externè vero fortiſſimâ & certiſſimâ, magnificè gloriantes, & jactantes fidem ſuam inter homines plebejos (*ut Iſmaëlitæ faciunt*). Quomodo verò ſolidè gloriari poſſunt tales de eo, quod demùm poſt mortem ſuam exſpectant, ſuper eos, qui jam in hac vita ejus fiunt compotes? Annon probabile & veroſimile magis eſt, Prophetas & Viros Sanctos ſuperſtites futuros in vita æterna, quàm alios, qui ad hunc gradum non pertigerunt? (*ſic vult oſtendere, Conjunctionem Iſraëlitarum cum Deo in hac vita, quam multis modis ipſis Deus probavit, eſſe pignus & ſignum certiſſimum Conjunctionis in Vita æterna. Conſ. par. 3. §. 20. 21.*)

CX. *Coſri*; Quàm procul à ſana ratione diſtat, dicere, Homines omnes naturâ ſuâ eſſe corruptibiles, & quoad corpus & animam interitui obnoxios, ſolis exceptis juxta opinionem ſuam Philoſophis? (*quia credunt, per*

Apprehenſionem Intellectualem hominem conjungi cum Intellectu Agente, vide ſup. §.1.) Item, quod nonnulli aliarum Legum (*Religionum*) ſectatores dicunt, Hominem reviviſcere, vel, æternam & beatam vitam conſequi per unicum tantùm Verbum ore ſuo prolatum, cùm fortè nihil aliud per totam vitam ſuam addidicerit, quàm illud Verbum, imò ne quidē ſenſum illius Verbi intelligat. Quantæ efficacitatis & præſtantiæ illud Verbum eſſe oportet, quod (*eum qui id profert*) transferre poteſt à Gradu Beſtiarum, ad Dignitatem Angelorum; qui verò illud non profert, ad Gradum Beſtiarum reducere, qui antea fuerat Philoſophus ſapientiſſimus, per totam vitam ſuam bonum faciens, & dignitates illas appetens?

ועוד יאמרו אנשי התורות שהוא ישוב חי לעד בנעימי׳ בעבור מלה שהוא אומר בפיו ואפשר שאיננו יודע כל ימיו זולתי המלה ההיא ואפשר שלא יבין ענינה כמה גדולה מעלת המלה שתעתיק ממדרגת הבהמות אל מעלת המלאכים : ומי שאינו אומר המלה ההיא ישוב בהמה אפילו אם יהיה פילוסוף חכם עושה טוב כל ימיו כוסף אל המעלות ההם :

N O T Æ.

Puto, illum in his poſtremis verbis reſpicere ad Chriſtianos, & per hoc Unicum Verbum intelligere nomen Jeſu: vel, quòd dicant, Hominem ſolâ fide juſtificari & ſalutem conſequi, ſine operibus Legalibus. Conf. inf. §. 115. & par. 4. 23. ubi ſimilis phraſis occurrit, in initio utriusq; paragraphi.

CXI. *Judeus*; Nos non abjudicamus ulli homini Præmium Operum ipſius bonorum, ex quocunque etiam populo ille fuerit: nobis tamen videtur Felicitas perfecta eſſe penes populum Deo in vita ſua propinquum & conjunctum, & eadem proportione dijudicamus eorum præcellentiam apud Deum, poſt mortem ipſorum.

קי״א אמר החבר אין אנחנו שוללי׳ משום אדם גמול מעשיו הטובים מאי זה אומה שיהיה אבל אנחנו רואים הטובה הגמורה לעם הקרובים בחייה׳ ואנו עורכים מעלתם אצל אלדים אחרי מותם בערך ההוא :

CXII. *Coſri*; Juxta hanc ſimilitudinem ergo æſtimabitur contrario modo dignitas & præſtantia eorum (*Iſraëlitarum*) in ſæculo futuro, ſi pro dignitate & gradu illorum hodierno in hoc mundo æſtimetur! (*propterea quòd hodie extra terram ſuam in terra aliena, captivitate & ſervitute conſtituti, omnibusq; favoris Divini ſignis privati, omnium populorum ſint abjectiſſimi*).

קי״ב אמר הכוזרי והתמד ה הדמיון הזה בהפך ושיוך מעלתם בעולם הבא כמעלתם בעולם הזה היום :

CXIII. *Ju-*

קיג אמר החבר אני רואה
שאתה מגנה אותנו בדלות
ומסכנות ובהם היו מתפארים
גדולי האומות האלה כי אין
הנוצרים מתפארים אלא במי
שאמר מי שהכה על לחייך
הימני הכן לו השמאלי ומי
שלוקח טליתך תן לו חלוקך
והגיע הוא וחביריו וההולכים
אחריו מאות מן השנים מן
הבוז והיסורין וההרג אל ענינים
נפלאים וידועים והם הם
הפארם ׃ וכן בעל תורת
ישמעאל וחביריו עד שגברו ׃
ובאנשים ההם היו מתפארים
ומתגדלים לא במלכים האלה
אשר גברה שאם וחברה
מלכותם ונפלאו מרכבותם
אם כן ערכנו מקורבת האלקים
יותר קרוב ממה שאם היתה
לנו גדולה בעולם הזה ׃

קיד אמר הכוזרי כן הוא אלו
היתה כניעתכם ברצון אבל
היא בהכרח וכאשר תמצא
ידכם תהרגו אויביכם ׃

קטו אמר החבר מצאת מקום
חרפתי מלך כוזר כן הוא אלו
היה רובינו מקבל מהדלות
כניעה לאלקים ובעבור תורתו
לא היה מניחנו הענין האלקי
כל הזמן הארוך הזה אבל

CXIII. *Judaus*; Animadverto te nos contemnere propter tenuitatem & paupertatem noſtram, de qua tamen gloriantur præcipui populorum aliorum. Nam Chriſtiani (*nota, vocem hanc* נוצרים, *quæ in prima editione habetur, in ſecundâ eſſe omiſſam*) non in alio gloriantur, niſi in eo, qui dixit; *Quicunq; te percuſſerit ſuper maxillam tuam dexteram, obverte ei & ſiniſtram: & qui vult tibi auferre pallium, ei da etiam tunicam, Matth. 5.* (i. e. de Chriſto, qui hoc dixit). Quinimò tùm Ipſe (*Chriſtus*) tùm Socii (*Diſcipuli*) ejus, & omnes ſequentes ipſum per aliquot centenos annos, per contemptum, afflictiones, perſecutiones, cædes, ad res mirabiles & notorias (*h. e. in ſtatum mirum, & publicè notorium*) pertigerunt. Et hi ipſi ſunt, de quibus gloriantur. Eadem etiam ratio fuit Iſmaëlitarum; donec (*utriq;*) prævaluerunt (*vires & robur acquiſiverunt*). Et in his hominibus (*Chriſto, Apoſtolis, & diſcipulis ejus*) gloriantur & magnificant (*jactant*) ſeſe iſti populi, non in Regibus, Majeſtate eminentibus, Regnum ſuum amplificantibus, & curruum multitudine admirandis & formidabilibus (*conf. par. 4. §. 22.*). Quocirca æſtimatio noſtri à propinquitate noſtra cum Deo, potior eſt & plauſibilior, quàm ſi magnam dignitatem & magnificentiam obtineremus in hoc Mundo.

CXIV. *Coſri*; Ita quidem res haberet, ſi veſtra humiliatio & depreſſio eſſet voluntaria. Atqui eſt coacta: &, ſi in veſtris eſſet viribus, occideretis omnes inimicos veſtros!

CXV. *Judaus*; Inveniſti locum (*anſam, occaſionem*) probris afficiendi me, Rex Coſar. Ita autem res habet; Si major noſtrûm pars reciperet afflictionem, ut ſe coram Deo humiliaret, & propter Legem ejus; non derelinqueret nos Res Divina tam longo tempore; ſed minima

pars eſt ita comparata; merces tamen & præmium manet majorem partem, quia ferunt jugum captivitatis partim coactè, partim volentes: Nam ſi vellent, prolato verbo poſſent ſibi exactores ſuos conciliare ſine labore & moleſtia (*conf. par. 4. §. 23. Confeſſione ſc. nudâ, ſi ſe ad eorum religionem accommodarent, & dicerent, ſe credere, quod illi credunt*). Et hujus rei merces (*quòd ſc. hoc nolint facere*) non perit apud juſtum Judicem. Quod ſi verò portaremus captivitatem & calamitatem hanc unicè propter Dei gloriam, prout decet, eſſemus Decus ſeculi illius quod exſpectamus per Meſſiam, & acceleraremus tempus ſalutis futuræ, quam ſperamus. Nos verò non æquales nobiſcum facimus omnes qui ampleсtuntur Legem noſtram, per Verbum tantùm prolatum (*oralem confeſſionem*), ſed requirimus etiam Opera, quibus ineſt labor & defatigatio animæ; veluti ſunt Purificationes ſeu Baptiſmi (*Proſelyti enim religionē Judaicam amplectentes, baptizandi erant*), Studium (*diſcenda ſunt eis quædam Judaicæ religionis fundamenta, antequam in fœdus recipiantur*), Circumciſio, Opera Legalia multiplicia (*circa obſervationem & impletionem præceptorum obſervanda*), & ut in omnibus ſe cū noſtris moribus conformēt (*more noſtro vivant & utantur*): Circa conditiones & cauſas Circumciſionis, præcipua cujus ſemper recordari debent eſt, quòd ſit Signum (*Sacramentum*) Divinum, à Deo poſitum in membro concupiſcentiæ fortiſſimæ, ut ea vincatur, neq; quis eâ utatur, niſi prout decet & par eſt, in debitâ & licitâ emiſſione ſeminis (*cum fœminâ ſibi Lege licitâ & permiſſâ*), & tempore, ac modo decenti (*ut ſe priùs ſanctificet, & alia circa eam à Rabbinis præcepta obſervet*), ſi fortè proſperetur (*ſemen illud emiſſum*) ut dignum fiat, quod recipiat Rem Divinam. Qui (*ex proſelytis ſe nobis adjungentibus*) hæc obſervat, is & ſemen ejus magnam habebunt partem

in Appro-

המעט ממנו על הדעת הזאת ויש שכר לרוב מפני שהו׳ נושא עול הגלות בין הכרח ורצון כי אלו היה רוצה היה חבר לנתש אותו במלה שיאמר בלי טורח וכמו זה איננו אבד אצל השופט הצדיק ואלו היינו סובלים הגלות הזה וחולות הזה לשם האלדים כראוי היינו לפאר הדור שהיינו מ מצפים עם המשיח והיינו מקרבים עת הישועה העתידה שאנו מיחלים אותה ׃ ואנחנו אין אנחנו משוים עם נפשותינו כל הנכנס בתורתינו במלה בלבד אבל במעשים שיש בהם טורח על הנפש מטהרה ולימוד ומילה ומעשים תוריים רבים ושינהג במנהגינו ומתנאי המילה וסבותיה שיזכור תמיד כי היא אות אלקית שמה האלקים באבר התאוה הגוברת לגבור עליה ולא ישתמש בה אלא כראוי בהנחת הזרע כראוי ובעת שראוי וכאשר ראוי אולי יהיה מצליח יצלח לקבול הענין האלקי ׃ ומי שדבק בדרך הזה יהיה לו

ולזרעו חלק גדול מן הקורבה
אל האל יתברך ועם כל זה לא
ישתוה הגר הנכנס בתורתינו
עם האזרח כי האזרחים לבדם
הם ראויים לנבואה וזולתם
תכלית עניינם שיקבלו מהם
ושיהיו חכמים וחסידים אך לא
נביאים והיעודים ההם אשר
ערבו לך כבר קדמו חכמינו
לספר גן עדן וגיהנם ומדדו
אותם לאורך ולרוחב וספרו
הנעימות והיסורין ביותר מה
שספרו שאר האומות הקרובות
ודברתי עמך עד עתה על מה
שבא במקרא בדברי הנביאים
כי לא נזכר בהם יעודי העולם
הבא הרבה בביאור כאשר
נזכר הדבר בדברי החכמים
ואמת הוא כי בדברי הנבואה
שישוב העפר שבגוף האדם אל
הארץ ותשוב הרוח אל האלקי
אשר נתנה : ובדברי הנבואה
תחיית המתים לעתיד ושליחת
נביא שמו אליהו כבר שולח
בזמן העובר ולקחו האלקים
כאשר לוקח זולתו שהוא לא
טעם טעם מיתה : ויש בתורה
תפילת מי שהתנבא ברוח

in Appropinquatione ad Deum benedictum; & tamen, utut hæc omnia adſint, non æquatur Peregrinus accedens ad Legem noſtram Indigenæ (*nato Judæo*): quia Indigenæ ſoli apti ſunt ad Prophetiam, reliquorum (*advenarum*) præcipuum opus & *ἔργον* eſt, ut eam ab illis accipiant, & ut fiant Sapientes & Pii, non Prophetæ (*quod ad Obadiam attinet, qui peregrinus fuit, extraordinarium eſt,* ולא ישחת הכלל בעבור האחד היוצא מכללו *& unicum exemplum non infringit Regulam, inquit Muſcatus. Vide apud eum plura*). Quod verò ad Promiſſiones illas tuas ſuaves (*ſpirituales ſc.*) attinet, de iis quoq; Sapientes noſtri jam pridem ſcripſerunt, dum mentionem faciunt *Horti Edenis* (*Paradiſi*) & *Gehennæ*, eorum menſuræ tùm in longitudine, tùm in latitudine (*vide Muſcatum, quò reſpiciat*), voluptatum item ac deliciarum, ut & contrà pœnarum (*in gehenna*); imò magis de his ſcriptum reliquerunt, quàm alii populi: Egò verò hactenus non collocutus ſum tecum, niſi de iis quæ habentur in Scriptura in Prophetis, apud qnos non tam crebra, frequens & clara mentio Promiſſionum Vitæ æternæ, ſicut in ſcriptis Sapientum noſtrorum. Sic in libris Propheticis habetur, quòd *Pulvis corporis humani reverſurus ſit in Terram, Spiritus verò ad Deum, qui dedit eum*, Eccleſ. 12. v. 7. Sic diſertè in ea habetur *Reſuſcitatio mortuorum futura* (*veluti apud Ezechielem cap.* 37. & Jeſaiam c. 26. 19. Vivent mortui tui, cum cadavere meo reſurgent &c. *Danjel. cap.* 12. 2. 3. Et multi dormientium in terra pulveris expergiſcentur; hi ad vitam æternam, illi ad opprobrium, & contemtum ſempiternum, &c.); *De miſſione Prophetæ Eliæ*; qui jam antea miſſus fuerat tempore præterito, & à Deo aſſumtus fuit, ſicut adhuc alius (*Enochus*), ut non guſtarit mortem, Malach. 4. ℣. 5. 6. Extat etiam in Lege Precatio cujuſdam per Spiritum Sanctum prophetantis,

quâ oravit pro ſeipſo, ut moriatur morte rectorum, & ut extremum ejus ſit ſicut extremum filiorum Iſraël (*Bileamus ſc. Numer. 23. v. 10.*). Sic quidam è Regibus (*Saul*) conſuluit Prophetam mortuum (*Samuelem, per Pythoniſſam evocatum*), qui prophetavit ei de omnibus ipſi eventuris, quemadmodum prophetaverat in vita ſua; Quamvis enim quod Rex ille fecit in Lege noſtra ſit prohibitum (*conſulere ſc. mortuos*), docet tamen hoc, populum temporibus Prophetarum credidiſſe, Animas, poſt corporum conſumptionem & interitum, eſſe ſuperſtites: ideò enim conſuluerunt mortuos. Eódem tendit initium cujuſdam noſtræ Precationis, quam ſciunt etiam mulieres & parvuli, nedum ſapientes; *Deus mi, Animam, quam indidiſti mihi mundam, illam tu creaſti, finxiſti & inſufflaſti mihi, eam cuſtodis in medio mei, & iterum à me reſumpturus es, & mihi in futuro ſæculo reſtituturus. Quandiu in me eſt anima, confiteor coram te, Domine Deus mi, quòd Tu ſis Dominus omnium actionum. Benedictus ſit, qui Cadaveribus mortuis animas reſtituit.* Sic Hortum Edenis ipſum, de quo homines tam multa ſcribunt & loquuntur, non aliunde, quàm ex Lege deſumpſerunt: per eum autem intelligitur Gradus, qui præparatus fuit pro Adamo, & in quo, niſi peccaſſet, in æternum permanſiſſet. Sic ג'הנם Gehenna locus erat notus propè Hieroſolymam, vallis ſcilicet, in qua Ignis nunquam extinctus fuit, & oſſa immunda, morticina, & reliquas res immundas, comburebant. Vox autem Hebræa eſt compoſita (*ex* ג'א בן הנם, *vide 2. Reg. 23. 10. Jerem. 7. 32.* &c.).

CXVI. *Coſri*; Si ita eſt, nihil novi

האלקים שהתפלל על עצמו שימות מות ישרים ותהיה אחריתו כאחרית בני ישראל ׃ וכבר שאל אחד מהמלכי' נביא מת והתנבא לו בכל מה שיבא עליו כאשר היה מתנבא לו בחייו ואם היה מעשה המלך ההוא אסור בתורתינו רוצה לומר הדרישה אל המתים הוא מורה כי היו העם מאמינים בימי הנביאים כי הנפשות נשארות אחר כלות הגופות ועל כן היו שואלים המתים ופתיחת תפילתנו שיודעים אותה הנשים והקטנים כל שכן החכמים אלקי נשמה שנתת בי טהורה אתה בראתה ואתה יצרתה אתה נפחתה בי ואתה משמרה בקרבי ואתה עתיד ליטלה ממני ולהחזירה בי לעתיד לבא כל זמן שהנשמה בקרבי מודה אני לפניך ה' אלקי שאתה הוא רבון כל המעשים ברוך המחזיר נשמות לפגרים מתים ׃ וגן עדן עצמו אשר הרבו בני אדם לזכרו לא לקחו אותו כי אם מן התורה והיא המדרגה אשר הוכנה לאדם ולולי שחטא היה עומד בה לנצח וכן גיהנם הוא מקום ידוע קרוב לירושלם גיא שאין האש נכבית ממנו היו שורפין בו עצמות הטומאה והנבלות ושאר הטומאות והמלה עברית מורכבת ׃

קיו אמר הכוזרי אם כן אין

(*apud*

חדוש אחרי תורתכם אלא חלקיות מדברי גן עדן וגיהנם ותכונתם והכפלת דברים והרבותם׃

קיז אמר החבר גם זה איננו חדש כי החכמים הרבו בזה מאד עד שלא תשמע ממנו מאומה שלא תמצאנו לחכמים כאשר תבקשנו׃

(*apud alias gentes*) habetur ultra Legem veſtram; niſi quædam particularia de Horti Edenis & Gehennæ qualitatibus, formâ, & ſtructura (*quæ illi ulteriùs deſcribunt*) & quòd eadem aliis pluribusque verbis dicant.

CXVII. *Judæus*; Neque hoc eſt novum: nam Sapientes noſtri de his quoque copioſiſſimè ſcripſerunt; adeò ut nihil quicquam ſis apud alios inventurus, quod non etiam apud Sapientes noſtros, ſi quæſiveris, reperias.

N O T Æ.

De Retributione & Præmiis Bonorum & Malorum, Horto Edenis & Gehennâ, prolixè conſuli poteſt R. Moſes bar Nachman parte ultimâ libri Toras haádam, *quam vocat* שער הגמול Portam retributionis, *ubi pleraq; habet, quæ veteres Rabbini de his ſcripſerunt, & quædam notatu non indigna.*

De Reſurrectione mortuorum ex profeſſo & fusè agit Abarbenel in Náchalas avos, *fol.* 139. *& ſeqq. item Præfatione in Eſaiam, ubi dicit, Eſaiam clariùs vidiſſe & docuiſſe eam, quàm omnes reliquos Prophetas. Inter alia ſeqq. loca pro ea ex illo adducit*

Cap. 18. 4. Quieſcam (*ſc. à ſtrepitu hujus mundi*) & aſpiciam in habitaculo meo (*h. e. revertar & aſpiciam in corpore meo priore*): ſicut calor ſerenus ſuper herbam, ſicut nubes rorida in æſtu mesſis.

Cap. 24. 17, 18. Quia cataractæ de cœlo aperientur (*revertente ſc. animâ*) & contremiſcent fundamenta terræ (*quando ſc. reſuſcitabitur corpus*): confringendo confringetur terra, diſſipabitur terra *&c. Et v.* 21, 22, 23. Erit præterea in die illo viſitabit Dominus exercitum excelſi in excelſo, & Reges terræ ſuper terram; Et congregabuntur congregatione vinctorum in carcere: claudenturque in carcere, & poſt multos dies viſitabuntur. Itaque erubeſcet Luna, pudore afficietur Sol, quia regnabit Dominus exercituum in monte Sijon, & in Jeruſalem, & coram ſenibus ejus erit gloria.

Cap. 26. 19. *Vivent mortui tui, cadavera mea reſurgent, expergiſcimini, & laudate habitatores pulveris, quia ut ros olerum ros tuus, & terra mortuos projiciet.*

Cap. 25. 8. Perdet mortem in ſempiternum (*hoc eſt, non futura eſt mors æterna, ſed ad certum tempus, quo ſc. futura eſt Reſurrectio*).

Cap. 66. 8. Quis unquam audivit ſimile, & quis vidit ſimile? an edita

edita eſt in lucem Terra die unâ? an parietur gens vice unâ quod parturivit, etiam peperit Sijon filios ſuos? An ergo venire faciam ad partum, & non parere faciam, dixit Dominus? aut ego, qui generare facio, prohibebo ne pariant, dixit Dominus Deus tuus? Lætamini cum Jeruſalem, & exultate in ea omnis qui diligitis eam, gaudete cum ea gaudio univerſi qui lugetis ſuper eam, (*quibus verbis vult, Prophetam dicere voluiſſe, Reſurrecturos in reſurrectione eos, qui mortui fuerunt in captivitate, & dignos futuros, qui lætentur in Jeruſalem. Ideò porrò dicere*): Videbitisque, & gaudebit cor veſtrum, oſſaque veſtra tanquam herba germinabunt, v. 14. *Et v.* 24. Et egredientur, videbuntque cadavera virorum qui prævaricati ſunt in me *&c.*

Sed nolo omnia hîc referre. Qui vult, videat eum. Multa verò huc trahit, quæ non de Die judicii & reſurrectione, ſed de Diebus Meſſiæ Propheta dixit. Ea ille ideò ad Reſurrectionem refert, quia ſtatuunt Judæi communiter, Reſurrectionem cum Adventu Meſſiæ conjunctam fore. De his verò aliâs, ſi Deus volet, ex profeſſo agemus.

FINIS PRIMAE PARTIS.

PARS SECVNDA.

המאמר השני

I. POſthæc referunt Annales Coſræorum, Coſræum revelaſſe arcanum Somnii ſui Duci ſuo exercitus, & Somnium hoc monuiſſe ipſum, ut quæreret Opus Deo gratum in montibus Harſan: Ambobus ergo illis, Rege, & Duce exercitus ejus, ad montes illos, qui ſunt in deſerto ad mare; contendentibus, nocte quadam accidiſſe, ut pervenerint ad Speluncam, in qua Viri quid[am] Judæi per totum Sabbathum quieſc[eb]ant,

ואחרי כן היה מענין הכוזרי מה שהוא נודע בספרי כוזר מגלותו סוד חלומו לשר צבאו והיה החלום הנשנה עליו שיבקש המעשה הנרצה אצל האלקים בהרי הרסאן ולכתם שניהם המלך ושר צבאו אל ההרים ההם אשר במדבר על הים ; והיאך הגיעו בלילה אל אותה המערה שהיו

שובתין לשם אנשים מהיהודים
בכל שבת : והיאך נראו
אליהם ונכנסו בתורתם ונמולו
במערה ההיא ושבו אל א
ארצותם ולבם על דת היהודים
והיו מסתירים אמונתם עד
שיתחכמו לגלות סודם מעט
מעט לקצת אנשים מסגולתם
עד שרבו וגלו מצפונם ו
והתחזקו על שארית הכוזרים
והכניסום בתורת היהודים
והביאו החכמים והספרים
מכל הארצות ולמדו התורה
ומה שהיה מהצלחתם
וגבורתם על שונאיהם וכבושם
הארצות ומה שנגלה להם
מהמטמונים ומה שהגיע אליו
חילם מן הרבני עד מאות אלפים
עם אהבתם בתורה והכספם
אל בית המקדש עד שהקימו
תבנית המשכן אשר עשה
משה והיו מכבדים אזרחי
ישראל ומתברכים בהם כאשר
נזכר בספריהם וכאשר למד
המלך התורה וספרי הנביאים
לקח החבר ההוא לרב והיה
שואל אותו שאלות עבריות
ותחלת מה ששאל אותו על
השמות והמדות המיוחסות אל
הבורא יתברך ומה שנראה
בקצתם מן ההגשמה עם
הרחקת הדבר ההוא אצל
השכל וכן מרחקת אותו התור'
בביאור :

ב אמר החבר שמות הבורא
כולם חוץ מהמפורש הם

& illis viſis, amplexos eſſe Legem ipſorum, ac in ſpelunca illâ circumciſos fuiſſe: poſtmodùm in terram ſeu regiones ſuas revertiſſe: Et quamvis in corde ſuo Religioni Judæorum addicti fuerint, fidem tamen ſuam occultè & clàm habuiſſe, donec, ſingulari adhibitâ prudentiâ, paulatim arcana ſua quibuſdam de peculio ſuo (*ſibi familiariſſimis, & intimæ admiſſionis amicis*) revelaſſent: Hac ratione multiplicatos, palàm, quòd hactenus clam fovebant, profeſſos eſſe, & reliquis Coſræis potentiores fuiſſe, eosque etiam ad Legem Judæorum adduxiſſe: Viros dein Sapientes, & Libros, ex omnibus regionibus conquiſiviſſe, Legemque didiciſſe: proſperè illis omnia ceſſiſſe, inimicis ſuis prævaluiſſe, terras cepiſſe & ſubegiſſe, atque abſconditos theſauros reperiſſe, ita ut potentia ipſorum ad centum millia virorum excreverit, Legem diligentes, & ſingulari Domûs Sanctuarii deſiderio accenſi, ut ſimilitudinem erigerent Tabernaculi Moſaici, & indigenas natosque Judæos honore proſequerentur, & in illis ſibi benedicerent; uti hęc omnia in Libris ipſorum commemorantur. Rex itaque, Legis & Prophetarum ſtudio addictus, accerſivit Rabbinum quendam Judaicum pro Præceptore, quem de quæſtionibus Hebraicis interrogavit & conſuluit. Primum autem, de quo illum rogavit, fuit *de Nominibus & Proprietatibus*, quæ attribuuntur *Deo benedicto*; quorum quædam Corporeitatem vel Incorporationem videntur Deo attribuere, quamvis tùm Intellectus & ſana ratio, tùm etiam Lex (*Moſis*) ipſam apertè rejiciat.

II. *Judæus*; Nomina Dei omnia, excepto Nomine Tetragrammato,

ſunt proprietates & ſimilitudines acceſſoriæ, (*non exprimentia ipſam Dei eſſentiam*) deſumptæ ab Affectionibus creaturarum, ſecundum Ejus Decreta, & Opera. E. g. Vocatur רחום *Miſericors*; Quando nempe hominis alicujus miſerabilem rerum ſtatum in meliorem convertit, attribuitur Deo Miſericordia & Gratia; quæ apud nos (*homines*) ſignificant Debilitatem aliquam animæ, & Fremitum naturæ (ſeu, *viſcerum*). Hæc verò non competunt in Creatorem; ſed Ille eſt Judex juſtus, decernens uni homini paupertatem, alteri divitias, ſine ulla in eſſentia ſua mutatione, neque unius miſeretur, & alteri iraſcitur. Tale quid cernere eſt in Judicibus mundanis, quando illi, de jure dicendo rogati, judicant ſecundum Legem, & alios quidem abſolvunt, alios verò condemnant, ubi omnia dependent à pronunciatione ſententiæ Judicis, ſine ulla in ipſo mutatione. Sic vocatur Deus quandoq; אֵל רַחוּם וְחַנּוּן *Deus miſericors & gratioſus*; aliâs, אֵל קַנּוּא *Deus zelotypus & ulciſcens*; nec tamen mutatur de proprietate ſeu affectu uno in alium. Summa: Attributa Dei (excepto Nomine Tetragrammato Benedicto) dividuntur in *tres* partes. Quædam ſunt *Activa*, quædam *Acceſſoria*, quædam *Negativa*. *Activa*, deſumpta ſunt ab Actionibus à Deo provenientibus per media naturalia; ut, *Pauperem faciens*, *Ditans*, *Humilians*: item; *Exaltans*, *Miſericors*, *Gratioſus*, *Zelotypus*, *Ulciſcens*, *Potens*, *Munificus*, & ſimilia. *Acceſſoria*; ut; *Benedictus*, *Laudatus*, *Sanctus*, *Altus*, *Exaltatus*, petita ab Exaltatione loquentium de eo: Hæc licet ſint multiplicia,

מדות ותבניות טפליות נלקחות מהפעליות הברואי' לו כפי גזרותיו ומעשיו נקרא רחום כשהוא מתקן ענין מי שהיו בני אדם מרחמי' עליו לרוע ענינו מיחסים אל הבורא הרחמים והחנינות ואמתתם אצלינו חלישות הנפש והמיית הטבע ׃ ואין זה ראוי לו יתברך אבל אמנם הוא שופט צדק גוזר בריש אדם אחד ועושר אדם אחר מבלי ש שישתנה בעצמותו ולא ירחם על אחד ולא יכעוס על אחר ואנחנו רואים כזה בשופטי בני אדם כששואלין אותם בדינין ודנין במה שמחייבת התורה ויהיו אנשים זוכים בדין ואחרים חייבים והכל תלוי מניב השופט ודינו בלי השתנות בו שנוי ׃ וכן השם פעם יקרא אל רחום וחנון ופעם יקרא אל קנוא ונוקם והוא יתברך איננו משתנה ממדה אל מדה וכללו של דבר כי המדות מתחלקות זולתי השם המפורש יתברך לשלשה חלקים׃ שתהיינה מעשיות או טפליות או שלליות ׃ ו והמעשיות נלקחות מהמעשים הבאים ממנו באמצעים טבעיים כמו מוריש מעשיר משפיל אף מרומם רחום וחנון קנא ונוקם גבור נדיב והדומים להם והטפלי' כמו ברוך ומבורך מהולל קדוש רם ונשא נלקחות מרוממות המדברים לו ואלה

אם הם רבות אינם מחייבות לו
רבוי ולא מוציאות אותו
מהאחדות : אבל השלליות
כמו חי ואחד וראשון ואחרו'
סופר עליו באלוה כדי לשלול
ממנו הפכם לא לקיים לו אלה
על הדרך שאנחנו מבינים מהם
כי אין אנחנו מבינים חיים כי
אם בהרגשה ותנועה וכבר
התעלה מהם : ואנחנו אומרים
עליו שהוא חי לשלול ממנו
תאר המות מפני שמחשבת
הלב קודמת כי מי שאינו חי
הוא מת ולא יחויב זה אצל
השכל אך כבר תשלל מהזמן
דרך משל החיות ולא יחויב
שיהיה מת אחר שאין מדרכו
קבול החיים והמות כמו שלא
תחוייב ממאמרך שהאבן איננה
חכמה שתספר עליה שהיא
כסילה וכאשר האבן פחותה
משתקבל החכמה והכסילו' כן
העצם האלקי יתברך מרומם
מלקבל החיים והמות : כאשר
איננו מקבל האור והחשך אבל
אם ישאל השואל אותנו הישנו
העצם ההוא אור או חושך
היינו אומרים על דרך העברה
אור מיראתינו שיקדים ל
למחשבה שמה שאינו אור הוא
חושך : אבל על האמת יש לנו
לומר שאין מקבל האור והחשך
אלא הגופות הטבעיות :
והעצם האלקי איננו גוף על כן
לא יסופר באור ולא בחושך
אלא על דרך דמיון או לשלול
ממנו המדה הפחותה : וכן לא
יקבל

tiplicia, nullam tamen inferunt in Deo multitudinem, neq; eximunt eum ab Unitate. *Negativa* autem, veluti *Vivus*, *Unus*, *Primus*, *Ultimus*, prædicantur de eo, ad negandum de Ipſo contrarium illorum, non ad affirmandum illa eo modo, quo nos ea intelligimus. Nos enim non intelligimus *Vitam*, quàm per Senſum & Motum, à quibus Deus eſt exemptus. Dicimus itaque de Deo, quòd ſit *Vivens*, ut negemus de eo attributum Mortis: quia cogitatio cordis præſupponit, eum qui non vivus eſt, eſſe mortuum, quod tamen non ſequitur ſecundum Intellectum: nam Ex. gr. de Tempore negatur Vita, non tamen ſequitur, quòd ſit Mortuum, quia non eſt capax Vitæ & Mortis, ſicut non ſequitur, quando dicis, Lapidem non eſſe Sapientem, prædicari poſſe de illo, quòd ſit Stultus. Quemadmodum itaque Lapis depresſioris conditionis eſt, quàm ut recipere poſſit Sapientiam & Stultitiam: ſic Eſſentia Divina ſublimior eſt, quám ut recipiat Vitam & Mortem, ſicut neque admittit Lucem aut Tenebras. Quod ſi autem quis ex nobis quæreret; Utrum Eſſentia illa Lux ſit, an Tenebræ? diceremus quidem per modum translationis, quòd ſit Lux, metuentes ſcilicet, ne Cogitatio præſumat vel præſupponat, id quod non eſt Lux, eſſe Tenebras; Revera tamen nobis dicendum eſſet, Lucem & Tenebras non recipere niſi corpora naturalia; Eſſentia itaque Divina cùm non ſit Corpus, non poteſt de ea dici, quòd ſit

Lux, niſi per ſimilitudinem, aut ad negandam de Eo proprietatem aliquam viliorem. Sic Vitam & Mortem non recipiunt niſi Corpora naturalia; Eſſentia verò Divina illis longè eſt eminentior & ſublimior: Itaq; ſi dicamus, Illum Vitam habere, ſed nō ſicut Vitam noſtram, intentio noſtra eſt, nos nullam unquam aliam Vitam intellexiſſe quàm vitam noſtram, & perinde, ac ſi diceremus; nos neſcire quid ſit (*Vita Dei*). Quod aliquando vocatur אל חי vel אֱלֹהִים חַיִּים *Deus Vivus*, eſt attributum, quod ei datur reſpectu Idolorum, (vel, *oppoſite ad Idola*) quæ ſunt Dii mortui, nullam edentes actionem. Eadem ratione vocatur *Unus*, ad negandam de Ipſo Multitudinem, non ad affirmandam Unitatem, prout nos eam intelligimus. *Unum* enim nobis eſt, cujus partes invicem cohærent, & aſſimilantur, veluti cùm dicimus, *Os unum*, vel, *Manus una*, *Nervus unus*, *Aer unus*, *Aqua una*: quandoque dicitur etiam per ſimilitudinem de Corpore cohærente & compacto per Diem, vel Annum unum. Eſſentia autem Divina excempta eſt a Cohæſione & Separatione vel Diviſione, unde *Una* dicitur ad negandam Multitudinem. Sic dicitur *Primus*, ad negandam de eo Poſterioritatem, non ad affirmandum de eo Principium: & *Ultimus* ad negandam de eo Conſumptionem, non ad affirmandum de eo Finem. Iſta attributa omnia nequaquam inhærent Eſſentiæ Dei (vel, *dependent ab ea*), neque etiam Illa (*Eſſentia Dei*) per ea multiplicatur. Sed *Attributa dependentia a Nomine Dei eſſentiali Tetragrammato* ſunt Opera creata ſine mediis naturalibus, ut; *Formans lucem*, & *Creans Tenebras*, *Faciens mirabilia magna ſolus*; ſcil. per ſolum ſuum decretū & voluntatem, ſine alia cauſa mediâ.

יקבל החיים והמות אלא הגופות הטבעיות והעצם האלקי מרומם ונעלה מהם ואם יאמר חיים לא כחיותינו הוא כונתינו כי לא הבננו אנחנו מעולם חיים כי אם חיינו וכאלו אנו אומרים לא נדע מה הוא: ומה שאומר אל חי ואלקים חיים הוא מדה כנגד מדת אלקי העמים שהם אלקים מתים לא יהיה כהם מעשה: ועל הדרך הזה נאמר אחד לשלול מכנו הרבוי לא לקיים לו האחדות המובנת אצלינו כי האחד אצלנו מה שנדבקו חלקיו זה בזה והתדמו כאשר תאמר עצם אחד ויד אחד ומים אחדים ותאמר בזמן על דרך הדמיון בגוף המתדבק יום אחד ושנה אחת: והעצם האלקי מרומם מהדביקה והפרידה ונאמר אחד לשלול הרבוי וכן הראשון לשלול ההתאחרות לא לקיים לו ההתחלה וכן אחרון לשלול ממנו הכליון לא לקיים לו התכלה וכל המדות האלה אינם דבקות אל עצם כבודו ולא מתרבה בהם אבל המדות התלויו׳ בשם המפורש יתברך הם היצירות מבלי מצועים טבעיים כמו יוצר אור ובורא חשך ועושה נפלאות גדולות לבדו רוצה לומר בגזרתו וחפצו מבלי מצוע סבה אחרת

ואפשר שזה רצה באמרו וארא אל אברהם אל יצחק ואל יעקב באל שדי רוצה לומר בדרך הכרה והנצחון כמו שאמר לא הניח אדם לעשקם ויוכח עליהם מלכים ולא ברא להם מופת כאשר ברא למשה ועל כן אמר ושמי יי׳ לא נודעתי להם רוצה לומר ובשמי ה׳ מפני שבית באל שדי תשרת לשניהם ועשה עם משה וישראל מה שלא הניח ספק בנפשות שבורא העולם ברא את הדברים ההם בריאה חדשה מכוונת כמו מכות מצרים וקריעת ים סוף והמן ועמוד הענן וזולתם לא מפני שהם גדולי׳ מאברהם יצחק ויעקב אך מפני שהם רבים והיה הספק בלבבם: והאבות היו בתכלית האמונה וברי הלבב שאפילו לא היו פגעים כל ימותם כי אם רעה לא היתה אמונתם באלקים נחלשת ולא היו צריכים אל כל זה ונקרא אותו חכם לבב מפני שהוא עצם החכמה ואין החכמה מדה לו אבל אמיץ כח מן המדות המעשיות:

mediâ. Hoc fortè ſenſu dictum eſt; *Et apparui Abrahamo, Iſaaco, & Jacobo per* אֵל שַׁדָּי *Deum omnipotentem*, Exod. 6. 3. h. e. per cædes & victorias (*illis conceſſas*), juxta id quod dicitur; *Non permiſit homini, ut vim inferret ipſis, & corripuit propter eos, Reges*, 1. Chron. 16. 21. non autem creavit ipſis miracula & prodigia, ſicut creavit Moſi; ideò dicitur porrò (*in antè citato loco*) וּשְׁמִי יי׳ לֹא נוֹדַעְתִּי לָהֶם; ubi וּשְׁמִי eſt pro וּבִשְׁמִי, quia ב, in בְּאֵל שַׁדָּי utriq; voci ſervit, ut ſenſus ſit, *Et per nomen meum* יהוה *non innotui ipſis.* Moſi autem & Iſraëlitis ea fecit, quæ nullum in animis dubium relinquerent, quin Creator Mundi illas quoque res (*illa miracula & prodigia*) fecerit ceu creaturam novam ſingularem (*de novo creârit*); veluti ſunt, Plagæ Ægypti, Fiſſio maris rubri, Manna, Columna nubis, & alia; non quòd illi majores fuerint Abrahamo, Iſaaco, & Jacobo; ſed quia illorum fuerunt multi, & in corde ſuo dubitarunt; Patriarchæ verò illi fidem in ſummo gradu perfectam habuerunt, ut & puritatem cordis, ita ut ſi per totâm vitam nil præter mala & adverſa illis obveniſſent, fides tamen illorũ in Deũ non debilitata fuiſſet, neq; his omnibus opus habuiſſent. Vocatur denique (Deus) חֲכַם לֵבָב *Sapiens corde*, Jobi 9. ℣. 4. quia Ipſa Sapientia eſt, & Sapientia non eſt proprietas in eo: ſed אַמִּיץ כֹּחַ *Fortis robore*, ibidem, eſt ex Proprietatibus Activis.

ג אמר הכוזרי איך תעשה במדו׳ שהם יותר גשמיות כמו רואה ושומע ומדבר וכותב על הלוחות ויורד על הר סיני ושמח במעשיו ומתעצב אל לבו:

III. *Coſri*; Quid verò facies de illis Proprietatibus, quæ magis Corporales ſunt; veluti, *Videns, Audiens, Loquens, Scribens in tabulis, Deſcendens in montem Sinaj, Lætans in operibus ſuis, Dolens in corde ſuo?*

ד אמר החבר הלא דמיתיו לך בשופט צדק שאין חטאה

IV. *Judæus*; Anńon comparavi tibi illum (*Deum*) cum Judice juſto, in cujus

Lux, niſi per ſimilitudinem, aut ad negandam de Eo proprietatem aliquam viliorem. Sic Vitam & Mortem non recipiunt niſi Corpora naturalia; Eſſentia verò Divina illis longè eſt eminentior & ſublimior: Itaq; ſi dicamus, Illum Vitam habere, ſed nō ſicut Vitam noſtram, intentio noſtra eſt, nos nullam unquam aliam Vitam intellexiſſe quàm vitam noſtram, & perinde, ac ſi diceremus; nos neſcire quid ſit (*Vita Dei*). Quod aliquando vocatur אֵל חַי vel אֱלֹהִים חַיִּים *Deus Vivus*, eſt attributum, quod ei datur reſpectu Idolorum, (vel, *oppoſite ad Idola*) quæ ſunt Dii mortui, nullam edentes actionem. Eadem ratione vocatur *Unus*, ad negandam de Ipſo Multitudinem, non ad affirmandam Unitatem, prout nos eam intelligimus. *Unum* enim nobis eſt, cujus partes invicem cohærent, & aſſimilantur, veluti cùm dicimus, *Os unum*, vel, *Manus una*, *Nervus unus*, *Aer unus*, *Aqua una*. quandoque dicitur etiam per ſimilitudinem de Corpore cohærente & compacto per Diem, vel Annum unum. Eſſentia autem Divina exempta eſt a Cohæſione & Separatione vel Diviſione, unde *Una* dicitur ad negandam Multitudinem. Sic dicitur *Primus*, ad negandam de eo Poſterioritatem, non ad affirmandum de eo Principium: & *Ultimus* ad negandam de eo Conſumptionem, non ad affirmandum de eo Finem. Iſta attributa omnia nequaquam inhærent Eſſentiæ Dei (vel, *dependent ab ea*), neque etiam Illa (*Eſſentia Dei*) per ea multiplicatur. Sed *Attributa dependentia à Nomine Dei eſſentiali Tetragrammato* ſunt Opera creata ſine mediis naturalibus, ut; *Formans lucem*, & *Creans Tenebras*, *Faciens mirabilia magna ſolus*; ſcil. per ſolum ſuum decretū & voluntatem, ſine alia cauſa mediâ.

יקבל החיים והמות אלא הגופות הטבעיות והעצם האלקי מרומם ונעלה מהם ואם יאמר חיים לא כחיותינו הוא כונתינו כי לא הבננו אנחנו מעולם חיים כי אם חיינו וכאלו אנו אומרים לא נדע מה הוא: ומה שאומר אל חי ואלקים חיים הוא מדה כנגד מדת אלקי העמים שהם אלקים מתים לא יהיה מהם מעשה: ועל הדרך הזה נאמר אחד לשלול ממנו הרבוי לא לקיים לו האחדות המובנת אצלינו כי האחד אצלנו מה שנדבקו חלקיו זה בזה והתדמו כאשר תאמר עצם אחד ויד אחד וכים אחדים ותאמר בזמן על דרך הדמיון בגוף המתדבק יום אחד ושנה אחת: והעצם האלקי מרומם מהדביקה והפרידה ונאמר אחד לשלול הרבוי וכן הראשון לשלול ההתאחרות לא לקיים לו ההתחלה וכן אחרון לשלול ממנו הכליון לא לקיים לו התכלה וכל המדות האלה אינם דבקות אל עצם כבודו ולא מתרבה בהם אבל המדות התלוי' בשם המפורש יתברך הם היצירות מבלי מצועים טבעיים כמו יוצר אור ובורא חשך ועושה נפלאות גדולות לבדו רוצה לומר בגזרתו וחפצו מבלי מצוע סבה אחרת

ואפשר שזה רצה באמרו וארא
אל אברהם אל יצחק ואל יעקב
באל שדי רוצה לומר בדרך
הכרה והנצחון כמו שאמר לא
הניח אדם לעשקם ויוכח
עליהם מלכים ולא ברא להם
מופת כאשר ברא למשה ועל
כן אמר ושמי יי׳ לא נודעתי
להם רוצה לומר ובשמי ה׳ מפני
שבית באל שדי תשרת לשניהם
ועשה עם משה וישראל מה
שלא הניח ספק בנפשות
שבורא העולם ברא את
הדברים ההם בריאה חדשה
מכוונת כמו מכות מצרים
וקריעת ים סוף והמן ועמוד
הענן וזולתם לא מפני שהם
גדולי׳ מאברהם יצחק ויעקב
אך מפני שהם רבים והיה הספק
בלבבם: והאבות היו בתכלית
האמונה וברי הלבב שאפילו
לא היו פוגעים כל ימותם כי
אם רעה לא היתה אמונתם
באלקים נחלשת ולא היו
צריכים אל כל זה ונקרא אותו
חכם לבב מפני שהוא עצם
החכמה ואין החכמה מדה לו
אבל אמיץ כח מן המדות
המעשיות:

ג אמר הכוזרי איך תעשה
במדו׳ שהם יותר גשמיות כמו
רואה ושומע ומדבר וכותב על
הלוחות ויורד על הר סיני
ושמח במעשיו ומתעצב אל לבו:

ד אמר החבר הלא דמיתיו
לך בשופט צדק שאין חטאה

mediâ. Hoc fortè ſenſu dictum eſt; *Et apparui Abrahamo, Iſaaco, & Jacobo per* אל שדי *Deum omnipotentem*, Exod. 6. 3. h. e. per cædes & victorias (*illis conceſſas*), juxta id quod dicitur; *Non permiſit homini, ut vim inferret ipſis, & corripuit propter eos, Reges*, 1. *Chron.* 16. 21. non autem creavit ipſis miracula & prodigia, ſicut creavit Moſi; ideò dicitur porrò (*in antè citato loco*) וּשְׁמִי יי׳ לֹא נוֹדַעְתִּי לָהֶם; ubi וּשְׁמִי eſt pro וּבִשְׁמִי, quia ב, in בְּאֵל שַׁדַּי utriq; voci ſervit, ut ſenſus ſit, *Et per nomen meum* יהוה *non innotui ipſis.* Moſi autem & Iſraëlitis ea fecit, quæ nullum in animis dubium relinquerent, quin Creator Mundi illas quoque res (*illa miracula & prodigia*) fecerit ceu creaturam novam ſingularem (*de novo creârit*); veluti ſunt, Plagæ Ægypti, Fiſſio maris rubri, Manna, Columna nubis, & alia; non quòd illi majores fuerint Abrahamo, Iſaaco, & Jacobo; ſed quia illorum fuerunt multi, & in corde ſuo dubitarunt; Patriarchæ verò illi fidem in ſummo gradu perfectam habuerunt, ut & puritatem cordis, ita ut ſi per totám vitam nil præter mala & adverſa illis obveniſſent, fides tamen illorũ in Deũ non debilitata fuiſſet, neq; his omnibus opus habuiſſent. Vocatur denique (Deus) חֲכַם לֵבָב *Sapiens corde*, Jobi 9. ℣. 4. quia Ipſa Sapientia eſt, & Sapientia non eſt proprietas in eo: ſed אַמִּיץ כֹּחַ *Fortis robore*, ibidem, eſt ex Proprietatibus Activis.

III. *Coſri*; Quid verò facies de illis Proprietatibus, quæ magis Corporales ſunt; veluti, *Videns, Audiens, Loquens, Scribens in tabulis, Deſcendens in montem Sinaj, Lætans in operibus ſuis, Dolens in corde ſuo?*

IV. *Judæus*; Annon comparavi tibi illum (*Deum*) cum Judice juſto, in cujus

in cujus proprietatibus nullum eſt peccatum? Sic (*ad hujus exemplum*) cùm ex ejus Judiciis provenit Salus & gloria populi, dicitur *Eos diligere*, *Lætari in illis*: ſi contra alios decernat ut deſtruantur illorum domus, & ipſimet internecioni dentur, dicitur de eo contrarium, quòd *Abominetur* eos, & *Iraſcatur* illis. Sic cùm Aer, & reliqua corpora per Voluntatem ejus fiunt, & per ſermonem ejus formantur (h. e. *Et ſermo intelligibilis, ac Verba per ejus voluntatem formantur, quæ ad aures Prophetarum, & virorum ſanctorum, perveniunt*) dicitur *Scribens* & *Loquens* (*confer par.* 1. *§.* 89.). Sic formantur ex Corpore ſubtili, ſpirituali, quod à nobis vocatur Spiritus Sanctus, formæ ſpirituales, quæ dicuntur *Gloria Domini* (*conf. p.* 4. *§.* 3.), & quandoq; impropriè & tropicè יהוה *Deus*, tantùm, ut; *Et deſcendit Dominus* (i. e. *Gloria Domini*) *ſuper montem Sinaj*, Exod. 19. 20. De his verò ulteriùs agemus, quando de Scientiis acturi ſumus (*par.* 4. *§.* 3.).

V. *Coſri*; Pone, te liberatum eſſe ab omnibus Proprietatibus, (*h. e. difficultatibus vel abſurdis, eas conſequentibus*) ita ut ex eis nulla inferatur in Deo pluralitas, quid verò te liberabit à Voluntate, quam tu Deo attribuis, Philoſophi autem ab eo removent?

VI. *Judæus*; In vado res eſt, & in promptu nobis eſt liberatio, ſi nihil præter Voluntatem nobis objiciatur. Dicemus enim ei; Tu Philoſophe, quænam eſt illa Res, quæ, ſecundum tuam ſententiam, Cœlos fecit circulariter perpetuò moveri, & Sphæram ſupremam ſuſtinentem omnes, nullo loco circumſcriptam, (*quia extra eam nihil eſt, quod illam ambiat, quamvis ei locum peraccidens attribuant, nempe Centrum Mundi, circa quod moveatur, & à quo non recedat*, ſcribit Muſcatus), nunquam in motu ſuo declinantem, Globum

במדותיו ויצא מדיניו הצלחת עם וכבודם ויקרא אוהבם ושמח בהם וגוזר על אחרים בהריסת בתיהם והחרים אותם ויספרו עליו בהפך זה שהוא מואס אותם וכועס עליהם ושהאויר וכל הגופים נפעלים לרצונו ומצויירים בדבורו כאשר הצטיירו השמים והארץ ונקרא כותב ומדבר : וכן מצטייר מן הגשם הדק הרוחניי הנקרא אצלם רוח הקדש הצורות הרוחניות הנקר׳ כבוד ה׳ ונקרא על דרך העברה ה׳ בלבד כמו וירד ה׳ על הר סיני ואנחנו עתידים להוסיף על הענין הזה ביאור כאשר נדבר על החכמות :

ה אמר הכוזרי אמור שתהי׳ נצול מכל המדו׳ עד שלא נ נתחייב רבוי מה יצילך ממדת החפץ שאתה מיחס אותה אל הבורא והפילוסוף מרחיק אותה ממנו :

ו אמר החבר כבר קרבנו אל ההצלה אם לא יטעון עלינו ביותר מהחפץ נאמר לו אתה הפילוסוף מה הדבר אשר שם אצלך השמי׳ סובבים תמיד והגלגל העליון נושא הכל ואין מקום לו ואין נטייה בתנועתו וכדור הארץ מרכז עומד ב

באמצעיתו מבלי נטיה ולא
סבה ׃ ושם סדר הכל על מה
שהוא עליו מהכמות והאיכות
והתמונות ולא תוכל להמלט
מהודות בדבר ההוא כי לא
בראו הדברים את עצמם ולא
קצתם את קצתם והדבר
ההוא שם האויר מצייר
בשמע בעשרת הדברי ושם
המכתב מצייר חרות בלוחות
קרא אותו אתה חפץ או דבר
או כאשר תרצה ׃

ז אמר הכוזרי כבר התבאר
לי סוד המדות ונתגלה לי הבנת
ענין כבוד ה׳ ומלאכות ה׳
ושכינה ושהם שמות נופלים
על דברים נראים אצל הנביאים
כמו שאמר עמוד ענן ואש
אוכלת ועב וערפל ואש ונוגה
וכאשר נאמר על האור בבקר
ובערב וביום המעונן כי האור
ניצוץ מן השמש אף על פי
שהיא נסתרת ונאמר שהאור
והניצוץ מעצם השמש ואינו
כן אך הגופות הנפעלות
בנכחם יאורו בהם ׃

ח אמר החבר כן הכבוד נ
ניצוץ אור אלקי מועיל אצל
עמו ובארצו ׃

Globum item Terræ centrum, in medio ejus (*orbis vel Sphara*) conſiſtentem, abſque ulla declinatione aut circumgyratione? Quis item eſt, qui omnibus hunc ordinem, in quo conſpiciuntur, aſsignavit, quoad quantitatem, qualitatem, & figuram? Hic ſanè non effugere poteris, quin cogaris Rem illam confiteri & admittere. Res quippe iſtæ non creaverunt ſemetipſas, neq; etiam à ſe invicem creatæ ſunt. Rem autem illam, quæ reddidit Aërem formatum in Auditione Decem præceptorum (*quæ Aërem ita formavit, ut illa decem præcepta diſtinctè & articulatè ex Aëre audirentur*), quæq; Scripturam ſimiliter formatam in Tabulis exaratam conſtituit; vocatu Voluntatem, aut Verbum, vel quomodocunque volueris (*mihi perinde eſt. Confer cum his, quæ dicit par. 5. ſub finem §. 2. & §. 7. Conveniunt ferè cum iis quæ habentur Jobi 38. v. 1. 2. 3. & ſeqq. de quo videatur Muſcatus*).

VII. *Coſri*; Hactenus expoſitum mihi eſt myſterium Proprietatum Divinarum, & ſimul declaratum, quomodo intelligendum ſit, quod legimus de *Gloria Domini*, de *Angelis Domini*, & *Majeſtate* ſeu *Præſentia Divina*; quòd ſcilicet hæc ſint Nomina, quæ dicuntur de rebus, quæ videntur à Prophetis, ut dicatur *Nubes Domini*, *Ignis conſumens*, *Nubes denſa & Caligo*, *Ignis & ſplendor*, vel, *ſplendor ignis*, quemadmodum de Luce matutina & veſpertina, vel in die nubiloſo, dicimus; Lucem illam eſſe radium à Sole, etiamſi Solem non videamus; imò dicimus Lucem & radium illum eſſe ab ipſo Sole, cùm tamen id non ſit, ſed à corporibus (*vaporibus*) in quæ Sol agit per illorum oppoſitionem, unde illuſtrantur (*& radios illos ad nos ſpargunt, qui pro illorum vaporum quantitate & qualitate ſunt diverſi*).

VIII. *Judæus*; Sic etiam *Gloria Dei* eſt Radius Lucis Divinæ (*incidens in ſubtile aliquod corpus, & per illud ad nos veniens*) quo Deus dignatur Populum ſuum & Terram ejus.

IX. *Coſri*; Quod de *Populo* dicis, jam ſatis mihi declaratum eſt: quod verò de Terra addis, dum ais; *Et in terra ejus*, id difficulter poſſum capere.

X. *Judæus*; Non eſt quod mirum tibi videatur in oculis tuis, Terram aliquam certâ & appropriatâ aliquâ qualitate ab aliis differre. Vides enim loca in quibus vel planta aliqua, vel metallum, vel animal, producantur & vivant, quæ in aliis locis non reperiuntur, quorum etiam Incolæ formis & moribus ab aliis differunt. Et pro Temperamenti ratione ſe habet quoque Animæ perfectio, vel imperfectio.

XI. *Coſri*; Sed de nulla ego audio prærogativa, quam habeant Incolæ terræ Iſraëlis ſupra cæteros populos.

XII. *Judæus*; Verùm ſic quoque Mons veſter, (*videtur reſpicere ad id, quod §. 1. dictum fuit de Montibus Harſan*) de quo dicis, quod Vineæ in eo feliciter creſcant, niſi in eo vites plantentur, & debito modo colantur, nullas producet uvas. Dignitas autem & prærogativa propria & prima (*Prophetia ſc. & Adhæſio rei Divinæ*) proprie ſpectat ad Populum, qui Peculium & Cor eſt, uti ſuprà dixi (*par. 1. §. 47.*): Terra equidem etiam conſert aliquid, ſed obſervatis Operibus & Legibus, ab ea dependentibus, quæ id ei ſunt, quod cultura Vineæ. At non poteſt Peculium hoc particeps fieri Rei Divinæ in alio loco quàm hoc, quemadmodum non poteſt vinea proſperari alio in monte.

XIII. *Coſri*; Quî hoc? Annon inde ab Adamo primo uſque ad Moſen, prophetarunt in terra alia? Abraham in Ur Chaldæorum, & poſtea Ezechiel & Danjel in Babylonia, Jeremias in Ægypto?

ט אמר הכוזרי מאמרך אצל
עמו כבר התבאר לי אבל מ
מאמר' ובארצו קשה לקבלו :

י אמר החבר אל יקשה
בעיניך שתתיחד ארץ בדבר
מכל הארצות ואתה רואה
מקום שמצליח בו צמח מבלתי
צמח ומוצא מבלעדי מוצא
וחיה מבלעדי חיה ומתייחדים
יושביו בצורות ומדות מבלעדי
זולתם ובמצוע המזג תהיה
שלמות הנפש וחסרונה :

יא אמר הכוזרי אינני שומע
שם השוכני' בארץ ישרא' יתרון
על שאר אנשי העולם :

יב אמר החבר כן הרכם
זה שאתם אומרים שמצליח בו
הכרם אלו לא היו נוטעים
בו הגפנים ועובדים העבודה
דראויה להם לא היה עושה
ענבים : והמעלה המיוחדת
הראשונה היא לעם שהוא
סגולה ולב כאשר זכרתי ויש
לארץ עזר בזה עם המעשים
והתורות התלויות בה אשר
הם כעבודה לכרם אבל לא
יתכן לסגלה הזאת להגיע אל
הענין האלקי בבלעדי המקום
הזה כאשר לא יתכן שיצליח
הכרם בבלעדי ההר הזה :

יג אמר הכוזרי ואיך הוא
זה וכב' נבאו מאדם הראשון
ועד משה בארץ אחרת אברהם
באור כשדים ואחר כן יחזקאל
ודניאל בבבל : וירמיה במצרים :

XIV. *Ju-*

יד אמר החבר כל מי ש
שהתנבא לא נתנבא כי אם
בה או בעבורה הנה נתנבא
אברהם כדי שיעבור בה ו
ויחזקאל ודניאל מפני וכבר
היו נמצאי' בבית ראשון וראו
בו השכינ' אשר בהמצאה היה
מגיע לנבואה כל המוכן לה
מהם: לה אבל אדם הראשון
היא היתה אדמתו ובה מת
כאשר קבלנו כי במערה א
ארבעה זוגות אדם וחוה
אברהם ושרה יצחק ורבקה
יעקב ולאה והיא הארץ
הנקראת לפני ה' הנאמר עליה
תמיד עיני ה' אלקיך בה ועליה
נפלה הקנאה והחמדה בין
הבל וקין בתחלה כשרצו
לדעת אי זה מהם הרצוי להיות
במקום אדם וסגלתו ולבו
לנחול את הארץ ולהדבק בענין
האלקי ויהיה זולתו כקליפה
ואירע מה שאירע מהריגת
הבל ונשאר קין ערירי ונאמר
ויצא קין מלפני ה' שיצא מגורש
מהארץ הזאת שבה היו והיה
נע ונד בארץ וכן נאמר ביונה
ויקם יונה לברוח תרשישה
מלפני ה' לא ברח כי אם ממקום
הנבואה והשיב אותו האלקים
ממעי הדגה ונבא בה:
וכאשר נולד שת בדמות אדם
כמו שאמר ויולד בדמותו כ
בצלמו היה במקום הבל:

XIV. *Judæus*; Quicunque prophetavit unquam, prophetavit vel in ea, vel per & propter eã. Abraham prophetavit, ut tranſiret in eam, (*Geneſ.*12.1.). Ezechiel & Danjel propter eam (*quia prophetarunt de Iſraelitarum, è captivitate Babylonica, in eam reditu*), & quia prçterea jam antea fuerunt in Templo primo, Majeſtatemque Divinam in eo viderunt, per cujus præſentiam ad Prophetiam pertingebant quicunque de Peculio ejus capaces erant. Adami verò hæc Terra fuit propria, & in ea quoque mortuus eſt, quemadmodum per traditionem accepimus, quòd in Spelunca (*Abrahami, de qua Geneſ.*23.) quatuor ſepulta ſint paria; Adam & Eva; Abraham & Sara; Iſaac & Rebecca; Jacob & Leah; Hæc ipſa eſt Terra, quæ vocatur לפני ה׳ *Coram Domino*, (*Gen.* 4. 16. *ubi dicitur*; Et egreſſus eſt Cain a coram Domino), & de qua dicitur; *Semper ſunt oculi Domini in ea*, (Deut. 11. 12.) & propter quam æmulatio & invidia incidit inter Abelum & Cainum jam ab initio, dum ſcire voluerunt, quis illorum dignus ſit futurus ſucceſſor Adami, ejuſque Cor & peculium, ad hæreditate poſſidendam terram illam, & Rei Divinæ participationem, quis ve inſtar corticis (*rejectitu*), unde poſtea etiam accidit, ut Cain Abelem interfecerit, & ſolitarius manſerit, deque eo dictum ſit; *Et exivit Cain a facie Domini*; quia ſc. expulſus fuit è terra illa, in qua fuerant; *& fuit vagus & profugus in terra*; ſicut quoq; dicitur de Jona; *Et ſurrexit Jonas, ut fugeret Tarſiſam* à מלפני ה׳ *coram*, vel, *à facie Domini*, Jonæ 1. 3. Non fugit Jonas à facie Domini, ſed à loco Prophetiæ; reduxit autem eum Deus in eam è ventre Ceti, & prophetavit in ea. Cum autem natus eſſet Seth ad ſimilitudinem Adami, ſicut dicitur; *Et genuit in ſimilitudine ſua, ſecundum imaginem ſuam*,

Gen. 5. ℣. 3. ideò ille ſucceſſit in locum Abelis, ſicut dicitur; *Quia poſuit mihi Deus ſemen aliud loco Abelis, quem occidit Cain*, Gen. 4. 25. dignusque fuit qui vocaretur *Filius Dei*, ſicut Adamus: denique etiam meruit hæres fieri Terræ illius, quæ in proximo eſt ab Horto Edenis gradu, (*Gen.* 13. 10.) Propter hanc Terram quoque æmulatio orta eſt inter Iſaacum & Iſmaëlem, Iſaaco primario, Corde ſc. & Peculio, manente, Iſmaële autem corticis inſtar rejecto, quamvis de eo dictum ſit; *Ecce benedicam ei, & creſcere faciam eum, multiplicaboq; eum vehementiſſimè*, Gen. 17. ℣. 20. bono ſc. temporali: De Iſaaco autem ſequitur ibidem; *Et fœdus meum pangam cum Iſaaco*, ℣. 21. quo indicatur Adhæſio Rei Divinæ, & Bonum ſæculi futuri, vitæ æternæ: Cum Iſmaële enim, & cum Eſavo (*pro* לְעֵשָׂו *in altera editione eſt* לפרס' Perſâ) nullum fuit, licet proſperitate aliquâ & illi affecti fuerint. Propter hanc quoque Terram æmulatio incidit inter Jacobum & Eſavum de Primogenitura, & Benedictione *paternâ*), tandem tamen Eſau, quamvis fortior, fuit rejectus præ Jacobo, utut debiliore. Prophetia etiam Jeremiæ in Ægypto, in ea (*terra Iſraëlis*) & propter eam fuit, ut & Prophetia Moſis, Aharonis, & Mirjam in Paran: Sinaj enim & Paran fuerunt de termino terræ Canaan; quia fuerunt ad mare rubrum, ſicut dicit Deus; *Et ponam terminum tuum à mari Supb, usq; ad mare Philiſtæorum, & à Deſerto usq; ad fluvium*, Exod. 23. 31. *Deſertum* enim hoc eſt Deſertum *Paran*, de quo alibi dicitur; *Deſertum magnum & terribile hoc*, Deut. 1. 19. Eſt enim (*deſertum hoc*) terminus ejus (*terræ Iſraëlis*) Meridionalis: *Fluvius* autem, Euphrates ſcilicet, terminus ejus Aquilonaris. In hac Terra etiam fuerunt Altaria Patriarcharum, in quibus exauditi fuerunt per Ignem ſupernum (*de*

כמו שאמר כי שת לי אלדים זרע אחר והיה ראוי שיקר' בן אלקי' כאדם ; וזכה לארץ ההיא שהיא מדרגה למטה מגן עדן ועליה נתקנאו יצחק וישמעאל ונדחה ישמעאל כקליפת אף על פי שנאמר בו הנה ברכתי אותו במאד מאד בטובה ה העולמית ונאמר ליצחק אחר כן וזאת בריתי אקים את יצחק רוצה לומר הדבקו בענין האלקי והטובה בעולם הבא ואין לישמעאל ברית ולא לעשו ואם הצליחו ועל הארץ הזאת נפלה הקנאה בין יעקב ועשו בבכורה ובברכה עד שנדחה עשו עם חזקתו מפני יעקב עם חולשתו ונבואת ירמיה במצרים בה ובעבורה וכן נבואת משה ואהרן ומרים בפארן כי סיני ופארן מגבול ארץ כנען מפני שהם מן ים סוף כמו שאמר יתברך ושתי את גבולך מים סוף ועד ים פלשתים וממדבר עד הנהר ומדבר הוא מדבר פארן והוא הנאמר בו המדבר הגדול והנורא ההוא כי הוא גבולה הדרומי והנהר הוא נהר פרת גבולה הצפוני ובהם המזבחות שהיו לאבות אשר נענו בהם באש העליונה

והאור האלקי ׃ וכבר היתה עקידת יצחק אבינו בהר שלא היה בו ישוב והוא הר המוריה ונתגלה הדבר בימי דוד כשהיה מיושב כי הוא המקום המיוחד המוכן לשכינה וארונה היבוסי עובד וחורש בו כמו שאמר ויקרא אברהם שם המקום ההוא ה' יראה ׃ וביאר בדברי הימים כי בית המקדש בנוי בהר המוריה ושם מבלי ספק המקומות שראויים להקרא שערי השמים הלא תראה יעקב אבינו שלא תלה המראות אשר ראה לא בזכות נפשו ולא באמונתו ובר לבבו אבל תלה אותם במקום כמו שאמר וייראו ויאמר מה נורא המקום הזה ועליו אמר קודם לזה ויפגע במקום רוצה לומר המקום המיוחד והלא תראה כי הועתק אברהם מארצו כאשר הצליח והיה אז ראוי להדבק בענין האלקי והיה לב הסגלה ההיא וההעתק היה אל המקום אשר בו תגמר השלמתו כאשר ימצא עובד האדמ' אילן שפריו טוב במדבר ומעתיקו אל אדמה נעבדת מטבעה שיצליח בה בשרש ההוא ומגדלו שם וישוב פרדסי אחר שהיה מדברי וירבה אחר שהיה מעט שלא היה נמצא אלא בעת שיזדמן

num (*de cœlo deſcendentem*) & Lucem Divinam. Ligatio Iſaaci Patris noſtri facta eſt in monte, in quo nullus fuit locus habitabilis, in monte ſcilicet Moria, & poſtea tempore Davidis, quando habitabilis factus eſt, revelatum eſt, hunc ipſum eſſe locum Majeſtatis Divinæ habitationi dicatum & accommodum, dum Arauna Jebuſſeus ibi coleret & araret, 2. Sam. 24. ſicut dicitur; *Et vocavit Abraham nomen loci illius, Dominus apparebit vel videbitur* (ſc. aliquando in eo), Geneſ. 22. 14. Et in libris Chronicorum clarè docetur, Domum Sanctuarii exſtructam fuiſſe in monte Moriæ, 2. Chronic. 3. 1. Ibi quoque dubio procul fuerunt illa loca, quæ vocari meruerunt *Portæ cœlorum* (*ut Geneſ.* 28. 17.). Nunquid enim vides, Jacobum Patrem noſtrum non ſuſpendiſſe Viſiones quas vidit, vel in animæ ſuæ puritate (*h. e. ſuo merito, & ſuis operibus*) vel ſua fide, ſed Loco adſcripſiſſe, ſicut dicitur; *Et timuit, & dixit, Quàm venerandus eſt locus iſte!* Geneſ. 28. 17. Item ab initio ſtatim Viſionis; *Incurrit autem in locum quendam*, ℣. 11. In locum ſc. hunc peculiarem & ſingularem. Sic nonne Abrahamo quoque, cùm è terra ſua translatus fuit, proſperè omnia ceſſerunt, & aptus tùm factus eſt cui adhæreret Res Divina, quique eſſet Cor peculii illius? Translatione quippe factâ in eum Locum, in quo perfectio ipſius conſummaretur: quemadmodum ſæpè videmus Agricolam, ſi inveniat in deſerto (*loco inculto*) Arborem, cujus fructus ſunt boni, eam feliciter transplantare in terram cultam, ibi fovere, ejusque curam gerere, ut Hortenſis fiat, quæ antea erat ſylveſtris, multiplicetur, quæ antea erat rara; quia ſcilicet non reperiebatur, niſi fortasſis aliquando, & in hoc vel illo loco, fortuitò (*nullo*

certo tempore vel loco). Idē evenit de Prophetia in ſemine ejus (*Abrahami*) in terra Canaan. Multi enim erant viri ejus (*Prophetiæ ſc. hoc eſt, viri Prophetæ*) quamdiu fuerunt in terra Canaan (*ſub Templo primo: nam ſub Templo ſecundo ceſſavit Prophetia*), obſervatis ſimul cauſis aliis eam (*Prophetiam*) juvantibus, veluti ſunt, Purificationes (*Legales*), Cultus & officia ſacra, & Oblationes; inprimis quamdiu Majeſtas Divina inter ipſos habitabat, & Res Divina quaſi ſpeculabatur & obſervabat, quis dignus eſſet cui adhæreret, ut ipſi eſſet in Deum (*conf. par. 5. §. 10.*) quales fuerunt *Prophetæ* & *Viri ſancti*: prout & Intellectus ſpeculatur & obſervat eum, cujus naturalia ſunt perfecta, Anima, & Mores ſeu qualitates dignæ & adæquatæ, ut in eo perfectè habitet, quales fuerunt *Philoſophi*; quemadmodum etiam Anima obſervat eum, cujus Facultates naturales habent eam perfectionem, ut excellentioris gradus fiat capax; & in eo reſidet, uti ſunt *Animalia*; quemadmodum denique Natura obſervat Temperamentum in qualitatibus ſuis æquale, in quo reſideat, uti ſunt *Plantæ*.

XV. *Coſri*; Hæc ſunt generalia axiomata Sapientiæ, quæ ſpecialiori magis explicatione indigerent: ſed hîc non eſt nunc ejus rei locus. Poſteà ulteriùs te de illis conſulam in loco de Sapientia (ſeu, *Philoſophia, par. 5. §. 10.*). Abſolve nunc cœptum tuum ſermonem de Prærogativis Terræ Iſraëlis.

ובמקום שיזמן ׃ וכן שבה הנבואה בזרעו בארץ כנען רבו אנשיה כל ימי עמדם בארץ כנען עם הענינים העוזרים מהטהרות והעבודות ׃ והקרבנות כל שכן המצאת השכינה והענין האלקי כמו צופה למי שראוי להדבק בו שיהיה לו לאלקים כמו הנביאים והחסידים כאשר השכל צופה למי שנשלמו טבעיו ונשתוה נפשו ומדותיו שיחול בו על השלמות כפלוסופים וכמו שהנפ צופה למי שנשלמו כחותיו הטבעיים השלמה מזומנת למעלה יתירה ותחול בו בחיים וכמו שהטבע צופה למזג השוה באיכותיו שיחול בו ויהיה צמח ׃

טו אמר הכוזרי אלה כללי החכמה שצריכים לפרוט ואין זה עתה מקומו ואחר זה אשאל אותך עליהם במקום החכמה והשלם עתה דבריך בספור מעלות ארץ ישראל ׃

טז אמר הכוזרי היתה מועמדת להיישיר כל העולם מוכנת לשבטי בני ישראל מעת הפרד הלשונות כמו שנאמר בהנחל עליון גוים ולא נתכן לאברהם שידבק בענין האלקי ושיכרות

XVI. *Judæus*; Terra Iſraëlis fuit conſtituta (à Deo) ut ex ea dirigatur totus Mundus (*quia è Tzijon egreſſa eſt Lex, & Verbum Domini ex Hieroſolyma, non quod omnes homines eâ digni ſint*, inquit Muſcatus); deſtinata verò (*pro habitatione*) tribubus filiorum Iſraël, jam ab eo tempore quo Linguæ ſunt diviſæ, ſicut ſcriptum eſt; *Quando hæreditates diſtribuit Excelſus gen-*

עמו הברית אלא אחר שיהיה בארץ הזאת במעמ' בין ה הבתרים ומה תאמר בהמון סגלה היו ראויים להקרא עם ה' בארץ מיוחדת נקראת נחלת ה' ובעתים קבועים ממנו יתברך לא מהסכמה עליהם ולא נלקחת מחכמת הכוכבים ולא מזולתה הנקראו מועדי ה' בטהרות ועבודות ודברים ומעשים משוערי מאצלו ית' נקראים מלאכת ה' ועבודת ה' ׃

יז אמר הכוזרי כסדר הזה ראוי שיראה כבוד ה' לאומה הנקרא עם ה' ׃

יח אמר החבר הלא תראה איך קבלה הארץ שבתות כמו שאמר שבת הארץ ושבתה הארץ שבת לה' ולא נתן רשות למוכרה לצמיתות כמו שאמר והארץ לא תמכר לצמיתות כי לי כל הארץ ודע כי שבתות ה' ומועדי ה' אמנם הם תלויים בנחלת ה' ׃

יט אמר הכוזרי הלא תחלת קביעות הימים מן הצין מפני שהוא תחלת המזרח ליישוב ׃

celſus gentibus, *quando ſeparavit filios hominum, ſtatuit terminos populorum ſecundum numerum filiorum Iſraëlis* &c. Deuter. 32. 8-14. Abraham ipſe non idoneus fuit ut adhæreret Rei Divinæ, & ut Fœdus cum ipſo pangeret (*Deus*), niſi poſteaquam fuit in hac Terra, in Divina illa Statione inter Segmenta, Geneſ. 15. 10. Et quid dicas de Multitudine tota Peculii? Illi utique digni fuerant habiti vocari *Populus Domini* in *Terra* hac ſingulari, quæ vocatur *Hæreditas Domini*, & per *Tempora* à Deo ipſo conſtituta, non vel hominum conſilio & arbitrio ficta, vel ex Scientia Aſtrorum, vel aliis cauſis deſumpta, quæ vocantur מוֹעֲדֵי יי *Solennitates vel Tempora conſtituta Domini*, tranſacta per Purificationes, Cultus ſacros, res, & opera, à Deo ipſo determinata, unde vocantur מְלֶאכֶת יי *Opus Domini*, עֲבוֹדַת יי *Cultus Domini*, *Divinus* (*quæ omnia in Terra duntaxat ſancta licet ritè peragere & obſervare*).

XVII. *Coſri*; Hac ratione ſanè conveniens eſt, ut Gloria Domini conſpiciatur in Populo, qui vocatur *Populus Domini*.

XVIII. *Judæus*; Annon vides, quomodo Terra illa ipſa acceperit Sabbatha, ſicut dicitur; *Sabbathum Terræ*, Levit. 25. 6. Item; *Et Sabbathum aget terra Domino*, Ibid. ℣. 2. neque poteſtatem dedit (*permiſit*) vendere eam abſolutè, ſicut dicitur; *Et terra non vendetur abſolutè, quia mea eſt terra*, ibid. ℣. 23.? Scito autem, *Sabbatha & Tempora ſtatuta Domini*, dependere ab *hæreditate Domini*.

XIX. *Coſri*; Annon verò initium conſtitutionis Dierum petendum eſt ex צִין *Tzin*, quæ eſt principium Orientis Orbis terrarum habitabilis.

N O T A.

Continetur hic objectio contra id, quod ſub finem §. præcedentis dixit, Sabbatha, reliquaq; tempora feſta & ſolennia dependére à Terra ſancta; quòd naturæ conveniens videatur, ut principium dierum referatur ad Tzin vel Sinas. צִין *autem vel* Sin

vel Sin *hîc non eſt deſertum* Sin, *in quo caſtrametati ſunt filii Iſraël, cùm proficiſcerentur è mari algoſo, Exod. 16. 1. neq; deſertum* צין Tzin, *in quo caſtrametati ſunt, cùm proficiſcerentur ex* Ezjion gaber, *de quo Num. 33. 36. quia iſtæ loca vicina fuerunt terræ Iſraëlis, quæ non procul abeſt à medio terræ; ſed Sinarum regio, Terræ Orientalis ultima, juxta Geographos Hebræos, Arabes, & ipſum Ptolemæum. Sic R. Meir Aldabi Toletanus, in libro* שבילי אמונה *f.* 20. *Terram in ſeptem Climata diſtinguens, de Climate primo ſcribit;* ראשיתו ממזרח מקצוי מדינות מלך צין כמה שימשך לדרום *h. e.* Principium ejus Orientale eſt ab extremitatibus provinciarum Regis Tzin ſive Sinitarum, quatenus protrahitur verſus meridiem *&c. Videatur & R. Abraham bar Chija, in* צורת הארץ *cap. 6.*

XX. *Judæus;* Imò principium Sabbathi non aliunde petendum eſt, quàm ex Sinaj (*ubi præceptum ejus publicè & ſolenniter eſt datum*); & ex *Allus*, ubi eis primùm deſcendit Manna (*Loci hujus mentio Num. 33. 13, 14. ubi equidem hujus rei expreſſè non meminit Scriptura, ſed ſic eſt communis Hebræorum ſententia. Videatur Séder olam, Ramban, & alii*). Neque enim ingreditur (*incipit*) Sabbathum, niſi occumbente Sole poſt Sinaj in extremum Occidentis (*gradum*); unde poſtea ſub terra occultatus, progreditur, vel devolvitur ad Tzin, quæ eſt principium Orbis habitati; ita ut in Sinis Sabbathum dicatur octodecim demùm horis poſt terram Iſraëlis. Terra enim Iſraëlis eſt in medio Orbis habitabilis, unde cùm Terræ Iſraëlis Sol occidit, tùm eſt media nox Sinitis; & Meridies terræ Iſraëlis eſt Sinenſibus Occaſus Solis. Atque hoc eſt myſterium Fixionis dierum, exſtructum ſuper octodecim horis, ſicut & Rabbini noſtri dicunt; *Si Luna nova fiat ante meridiem, in confeſſo eſt, quòd videatur circa Occaſum Solis;* quod intellexerunt de Terra Iſraëlis, quæ eſt locus Legis; locus item in quem ejectus fuit Adamus ex horto Edénis in nocte vel (*ut alii Codices habent*) in veſpera Sabbathi, (*de hac*

כ אמר החבר והלא התחלת השבת אינה כי אם מסיני ומאלוש קודם לכן שירד המן בו תחלה ואין השבת נכנס אלא על מי שבא עליו השמש אחר סיני על המדרגה עד אחרית המערב ואחר כך עד אשר תחת לארץ ואחר כך עד הצין אשר הוא מזרח הישוב ויקרא השבת לצין אחר ארץ ישראל בשמונה עשר שעות מפני שארץ ישראל באמצע לישוב וכאשר בא השמש לארץ ישראל הוא חצי הלילה בצין וחצי היו' לארץ ישראל הוא בא השמש לצין וזה הוא סוד הקבוע אשר הוא נבנה על י״ח שעות כמו שאמרו נולד קודם חצות בידוע שנראה סמוך לשקיעת החמה והכונה היא לארץ ישראל שהיא מקום התורה והוא המקום שהורד בו אדם מגן עדן בליל שבת וממנו תחלת המנין סמוך

לששת ימי בראשית והתחיל
אדם לקרוא שם לימים
וכאשר נשבה הארץ ורבו בני
אדם היו סופרים הימים כאשר
יסד אותם אדם ועל כן לא
יחלקו בני אדם בשבעת ימי
השבוע ואל תטעון עלי באלו
שהתחילו מחצות יום סוף
היישוב במערב והיא בוא
השמש בארץ ישראל ובו נברא
האור הראשון ואחר כך ה
השמש מפני שהיה אור ובא
לעתו והיה לילה לישוב והלך
הסדר להקדים הלילה על היום
כמו שאמר ויהי ערב ויהי בקר
וכן הזהירה התורת מערב ועד
ערב תשבתו שבתכם : ואל
תטעון עלי באלה החדשים
הכוכבים גונבי החכמה ולא
היתה כונתם לגנוב אבל מצאו
חכמות מסופקות מעת
שנפסקה הנבואה והתחכמו
משכלם וחברו חבורים אשר
נתנה סברתם ומכלל זה
ששמו הצין תחלה לימים בהפך
התורה לא בהפך גמור מפני
שהם מסכימים עם אנשי
התורה בתחלת היום שהוא

(*de hoc vide Pirke R. Eleaſaris cap.* 11. *& R. Muſcatum hîc, & ſup. ad* §. 14.) & unde initium numerationis cepit continuò poſt ſex dies creationis: ibi Adamus incepit vocare dies nomine ſuo: & poſtquàm deinceps terra fuiſſet incolis repleta & multiplicata, numerare perrexerunt dies prout Adamus conſtituerat. Unde nulla eſt inter homines diſſenſio de ſeptem diebus Septimanæ. Neque eſt quod mihi hîc illos objicias, qui à Meridie incipiunt, in extremo Occidentis terræ habitatæ. Nam hoc ipſum eſt tempus occaſus Solis in terra Iſraëlis (*ac proinde nulla eſt differentia*), & in eo (*ſc. tempore occaſûs*) creata fuit Lux prima, & poſtea demùm Sol (*cùm in firmamento ſuſpenſa fuerunt luminaria, die quarto*): Lux enim illa (*prima*) poſteaquàm creata fuit, ſtatim & eo ipſo quaſi momento iterùm occidit, & facta eſt Nox terræ habitabili (*in oppoſitione Antipodum, apud quos tùm diem fuiſſe neceſſe eſt*): Indeque perpetuus ordo obtinuit, ut Nox præponatur Diei, ſicut dicitur (*in hiſtoria Creationis*); *Et fuit veſpera, & fuit manè*: Item (*in lege*); *A veſpera ad veſperam quieſcetis in Sabbatho veſtro*, Levit. 23. 32. Noli etiam mihi hîc objicere Aſtrologos iſtos recentiores, fures Sapientiæ (*impoſtores, excogitantes ſcientias & principia falſa ex ſuo cerebro, & pro veris venditantes*); quorum quidem intentio non fuit furari (*h. e. decipere & hominibus imponere*), ſed quia invenerunt Artes ac Diſciplinas incertas ab eo tempore quo Prophetia ceſſavit, finxerunt ſibi ex proprio ingenio principia & ſententias, libroſq; de illis compoſuerunt, prout ipſorum Ratio & opinio ipſis dictavit. Ex horum (*figmentorum*) numero eſt, quòd Tzin vel Sinas (*extremum Orientis habitabilis locum*) faciunt principium appellationis dierum contra Legem; non tamen abſolutè contra eam, quia convenit ipſis cum Legiſtis (*Iſraëlitis*) de principio ipſo Diei, quòd ſit ex Tzin;

At differentia inter nos & illos eſt in hoc, quòd nos præponamus Noctem Diei. Neceſſario autem conſtituendæ ſunt octodecim illæ horæ pro fundamento appellationis Diei ſeptimi (*à quo initium hoc nnmerationis dierum cepit*): quia inter terram Iſraëlis, quæ eſt locus ille in quo inceperunt Dies nominibus vocari, & inter Solem (*occidentem*), quo tempore incipit nominatim vocari Dies Sabbathi in terra Iſraëlis; (*tempore nempe occaſus ejus in extremo Occidentis*) ſex intercedunt horæ; neque deſinit Nomen Sabbathi, ut exempli duntaxat gratiâ hunc diem ſumam (*cùm omnium eadem ſit ratio*), tanquam illum diem, in quo cùm incepit Sol circuire à fine Occidentis, & Adam in terra Iſraëlis eum vidit occumbentem, vocavit initium Sabbathi donec pertigit (*Sol*) ad Zenith ejus, poſt octodecim horas, & tùm fuit veſpera principio דּ Tzin, vocatumque eſt ibi initium Sabbathi, & ſic fuit finis terminorum appellationis dierum: Nam quod citra τὸ Tzin eſt (*inter Sinas & terram Iſraëlis*) vocatur quatenus eſt Orientale loco illi, è quo incipiunt dies (*h. e. ad Orientem refertur*). Neque enim effugi poteſt, ut non conſtituatur communis aliquis locus (*pro nominatione ſc. & determinatione dierum*), cujus Orientis principium ſit finis Occidentis ipſius (*qui non in puncto conſiſtat, ſed latitudinem habeat*): & talis locus reſpectu terræ Iſraëlis eſt principium Orbis habitabilis. Quod non ſolùm eſt de Jure Legis, ſed & Naturæ. Fieri quippe non poteſt, ut Dies ſeptimanæ uno & eodem nomine vocentur toti Orbi habitabili, niſi fixum conſtituamus locum, è quo principium denominationis illorum petatur; & quidem ita proportionatum, ut alterum ejus extremum non ſit Oriens alterius, ſed al-

מחצין אך המחלוקת שבינינו
ובינם בהקדמנו הלילה על
היום וצריך שתהיה השמונה
עשרה שעות עקר בקריאת
היום השביעי מפני שארץ
ישראל שהיא מקום התחלת
לקריאת שמות הימים בינה
ובין השמש בערת שהוחל ל
לקרא לשם שש שעות ואיננו זז
להתמיד שם השבת על הדמיון
על היום אשר התחילה השמש
לסבב מסוף המערב וראה
אותה אדם שוקעת והוא בארץ
ישראל וקרא תחלת השבת
עד שהגיעה אל עומת ראשו
אחר שמנה עשר' שעות והיתה
ערב לתחלת הצין ונקרא שם
תחלת השבת והיה סוף גדרי
הקריאה מפני שמה שיש
אחריו אמנם נקרא כשהוא
מזרח למקום שבבנו מתחילים
לימים ואין להמלט ממקום
משתתף תהיה תחלת מזרחו
אחרית מערבו והוא לארץ
ישראל תחלת הישוב ואין זה
בדין התורה לבד אבל בדין
הטבע גם כן כי לא יתכן שיהיו
הימים השבועיים נקראים
בשם אחד בעצמו לישוב כלו
אלא אם נקבע מקום שיהיה
תחלה לקריאה ומקום מתקרב
שלא יהיה קצתו מזרח לקצתו

אבל קצתו מזרח גמור וקצתו
מערב גמור : ואם לאו לא
תשלם לימים קריאת שם ידוע.
מפני שכל מקום מסבוב אמצע
הארץ מזרח ומערב יחד ותהיה
הצין מזרח לארץ ישראל ו
ומערב לתחתית הארץ ו
ותחתית הארץ מזרח לצין
ומערב למערב והמערב מזרח
לתחתית הארץ ומערב לארץ
ישראל: ואין מזרח ואין מערב
תחלה ולא סוף ולא שמות
ידועים לימים והסדר נזכר
נתן שמות ידועים לימים
והתחיל מארץ ישראל אך
לקריאת השם רוחב על כל
פנים מפני שלא יתכן לזכור
מקומות כל נקודה ונקודה
מהארץ כי בירושלם עצמה
מזרחים ומערבים רבי' ושמזרח
ציון דרך משל איננו מזרח בית
המקדש ועגולי אופקיהם נ
נחלקים על דרך האמת אשר
לא ישיגום החושים כל שכן
דמשק מירושלם ואי אפשר
שלא נאמ' ששבת דמשק
קודם שבת ירושלם ושבת
ירושלם קודם שבת מצרים
ועל כל פנים נדרה ברוחב :
והרוחב אשר נחלקים בו ה
הקטרים בקריאת יום בעצמו.
הוא שמנה עשרה שעות לא
פחות ולא יותר קוראים אנשי
הקטר הזה שבת וכבר יצאו
אנשי קוטר אחר מן השבת

ſed alterum perfectè Orientale, alterum perfectè Occidentale: quod ſi aliter fiat, non haberi poteſt certa dierum appellatio: quia quilibet locus ex circuitu medietatis terræ ſimul eſt Oriens & Occidens: Sic Tzin eſt Orientalis terræ Iſraëlis, & Occidentalis infimo terræ (*Antipodibus*); & vice verſâ Terra Antipodum Orientalis eſt Sinitis, & Occidentalis Occidenti, & Occidens Orientalis eſt terræ Antipodum, & Occidentalis terræ Iſraëlis; neque poteſt eſſe vel Oriens vel Occidens (*præciſè in puncto*) initium vel finis appellationis certæ dierum. Et talis eſt ordo vel ratio denominationis dierum à nobis commemoratus, initium ſuum ſumens è terra Iſraëlis. Unde Appellatio nominum dierum omninò requirit latitudinem, quia non poſſunt commemorari vel recenſeri uniuscujusque puncti terræ loca (*ut eorum ſingulorum ratio habeatur*). Nam in ipſa Hieroſolymâ ſunt multa Orientalia & Occidentalia; Exempli gratiâ; Oriens Tzïjonis, non eſt Oriens Domus Sanctuarii (*Templi*), & circuli horizontium ipſorum in rei veritate ſunt diverſi, ſenſibus imperceptibiles; Ut nil dicam, quantum Damaſcus diſtet ab Hieroſolyma; ut neceſſariò nobis dicendum eſſet, Damaſcum habere Sabbathum priùs quàm Hieroſolyma, & Sabbathum Hieroſolymæ prius eſſe Sabbatho Ægypti, ſi non admittamus latitudinem (*loci appellationis*). Amplitudo autem, juxta quam diſtant invicem diametri vel meridiani in appellatione diei ejuſdem, eſt Octodecim horarum, non plus nec minus: unde quando meridiani hujus incolæ vocant Sabbathum, tùm incolæ meridiani alterius è Sabbatho jam ſunt egresſi, & ſic conſequenter ab

uno ad alium (*circulo in quatuor partes diviſo*) uſque dum octodecim horæ ſunt completæ ab eo tempore, quo Sabbathum primò ſuum nomen eſt ſortitum, donec Sol ſit verticalis terræ Iſraëlis, & tùm prorſus deſinit (*nova*) Sabbathi appellatio, neque ullus eſt, qui de novo vocet hunc diem Sabbathum, ſed incipit tùm Dies alio nomine vocari. Ideò dixerunt Rabbini noſtri; *Si Luna nova fiat ante meridiem, certum eſt, quòd videatur circa Occidentem Solem*; q. d. *Si fiat nova ante meridiem Sabbathi Hieroſolymis, certum eſt, quòd videatur in die Sabbathi circa occaſumSolis*; quia Nomen diei ibi continuè adhuc durat per octodecim horas, poſteaquam deſiit appellatio in loco primo (*i. e. in Terra Iſraëlis, unde Sabbathum ſuum nomen accépit*), donec Sol revertatur è regione verticis (*in Tzenith*) terræ Iſraëlis poſt diem & noctem, & Luna apparére incipit ei, qui eſt in principio Orbis habitabilis reſpectu terræ Iſraëlis in Sabbathi veſpera. Cum quo conſentit quod iterùm Rabbini noſtri dicunt, שצריך שיהיה לילה ויום מן החדש. Et tùm jam deſinit nomen Sabbathi in Orbe, incipitque dies primus, non obſtante quòd incolæ terræ Iſraëlis jam antè egreſſi fuerint ex nomine diei Sabbathi, & verſentur in medio Diei primi. Nam intentio eſt, Nomen Diei ſeptimi extendere ſuper totum Orbem, ut ſi dicatur tàm ei qui eſt in Tzin (*Oriente*), quàm ei qui eſt in Occidente; *Quo die fixiſtis Novum annum?* reſpondere poſſint (*omnes*); *In die Sabbathi*, exempli gratiâ; ètiamſi aliquis illorum è feſto jam ſit egreſſus, dum alter adhuc in eo eſt, pro illorum diverſo à terra Iſraëlis.

קטר אחר קטר עד שתשלמנה שמנה עשרה שעות מן העת שהתחילה בו קריאת השבת עד שתהיה השמש לעומת ראש ארץ ישראל ותסתלק הקריאה מהיום ההוא ולא ישאר אדם שיקרא היו' ההוא שבת אבל מתחיל בקריאת שם אחר ועל כן אמרו נולד קודם חצות בידוע שנראה סמוך לשקיעת החמה כאלו אמר נולד קודם חצות יום שבת בירושלם בידוע שנראה ביום שבת סמוך לשקיעת החמה והוא ששם יום השבת התמיד שמנה עשרה שעות אחרי שנפסקה קריאת מקום ההתחלה עד ששבה השמש לעומת ראש ארץ ישרא' אחר יום ולילה ׃ והתחיל להראות הירח למי שהוא בתחלת הישוב לארץ ישרא' בשבת בערב והסכים עם מה שאמרו רבותינו שצריך לילה ויום מן החדש וכבר נסתלק שם השבת מן היישוב והתחיל יום ראשון אף על פי שיושבי ארץ ישראל יצאו משם יום השבת ושבו בתוך יום ראשון כי אמנם הכונה השם השביעי הפושט בכל הישוב שיאמר למי שהיה בצין ולמי שהיה במערב באיזה יום קבעתם ראש השנה ואמרו יום השבת על הדמיון אף על פי שאחד מהם כבר היה יוצא מהמועד כשיהיה האחר במועד כפי מקומות מארץ

ישראל אבל בקריאת ימי
השבוע. היה להם המועד ביום
אחד מעצמו והנה ידיעת
שבתות ה' ומועדי ה' תלויה
בארץ שהיא נחלת ה' עם מה
שקראתו לאשר נקראה הר
קדשו והדום רגליו ושער ה
השמים וכי מציון תצא תורה
ומה שהיה מזריזות ל
לאבות לדור בה והיא
בידי עובדי עבודה זרה ו
והכספם לה והעלותם עצמותם
אליה כיעקב ויוסף ותחנת
משה לראותה ונמנעה ממנו.
והיה קצף והראתה לו מראש
הפסגה והיה חסד ומה שהיה
מבקשת האומות פרס והודו
ויון חולתם להקריב עליהם
ולהתפלל בעדם בבית ההוא.
הנכבד ומה שהוציאו ממונם
על המקום ההוא ואם היו
מחזיקים בחקים אחרים מפני
שלא קבל אותם הנימוס
האמתי ומה שהם מרוממים
אותו עם העדר הראות
השכינה עליו ושכל האומות
חוגגים אליו ומתאוים לו
זולתנו מפני גלותינו ולחצנו
ומה שזכרו רבותינו ממעלתה
יארך ספורו :

Iſraëlis ſitu & diſtantia; Ita ratione appellationis Dierum ſeptimanæ habuerunt feſtum uno & eodem die (*ſc. Sabbathi*). Ex his itaque apparet, ſcientiam vel notitiam Sabbathorum Domini, & feſtivitatum ſolennium dependiſſe à Terra quæ eſt *Hæreditas Domini*, cui dignitati accedit, quòd etiam vocatur *Mons Sanctitatis ejus*, Pſal. 3. 5. *Scabellum pedum ejus*, Pſ. 99. 5. *Porta cœli*, Geneſ. 28. ℣. 17. quòd item dicitur *Lex egreſſura eſſe è Tzijone*, Mich. 4. 2. Huc etiam referenda ſumma Patrûm noſtrorum alacritas, & fervens deſiderium habitandi in ea, etiam dum eſſent ſub manu & poteſtate Idololatrarum, adeò ut oſſa quoque ſua eò deportari voluerint, ut Jacob & Joſeph. Hinc etiam orta fuit deprecatio & ſupplicatio Moſis, ut eam videre poſſet, quod tamen non obtinuit, propter Dei indignationem (*Deut. 3. 25, 26.*) ſed oſtenſa ei fuit duntaxat ex vertice collis, idq; ſummi beneficii loco fuit (*Deut. 34. v. 1.*). Quin & populi extranei, Perſæ, Indi, Græci, & alii, unicè expetiverunt & optarunt, ut pro ſe ſacrificia Deo offerre, & preces fundere poſſint in loco illo nobiliſſimo; hinc etiam magnas in locum illum erogarunt pecunias, quamvis alia ſtatuta tenerent (*h. e. aliam religionem haberent*), & Legem Judaicam non amplecterentur: hinc denique eſt, quòd ſummis laudibus hunc locum extulerunt, quamvis Majeſtas Divina non ampliùs in eo compareat; quòd item omnes nationes peregrinationes eò inſtituunt, eamque deſiderent, nobis ſolis exceptis propter captivitatem & oppreſſionem noſtram. Ea verò omnia, quæ Rabbini noſtri de ejus præſtantia ſcripſerunt, referre, operoſum foret.

NOTÆ.

Paragraphus hîc uti prolixus, ita ſatis difficilis eſt. Continet autem ſummatim reſponſionem ad Objectionem præced. §. factam, Initium numerationis Dierum, ac

rum, ac proinde etiam Sabbathorum & Feſtorum, petendum eſſe ex Orientis parte ultima, ubi primùm Sol oritur. Reſpondet autem primò *per negationem hujus principii, & aſſertionem ſuæ theſis, ex terra Iſraëlis rationem numerationis petendam eſſe. Rationes negationis potiſſimùm has affert,* 1. *quia Lex de Sabbatho data ſit in terra Iſraëlis, ac proinde probabile eſſe, juxta eam quoq; diei rationem eſſe intelligendam,* 2. *quia jam Adamus, è paradiſo ejectus, numerationem dierum in hac terra conſtituerit & introduxerit, à primo Sabbathi creationis die, in cujus veſpera creatus fuerit:* 3. *quia rationem hanc numerandi poſteri Adami deinceps obſervârint,* 4. *quia principium diei, tàm ſecundum Legem, quàm ſecundum naturam, fieri debeat à veſpera ſeu occaſu Solis, non ab ejus ortu.* Secundò *occurrit quibuſdam objectionibus & exceptionibus, quæ contra hanc ſententiam moveri poſſunt aut moventur, ubi ulterius has ſuas rationes declarat & confirmat, inter alia hoc præcipuè oſtendens, quòd licet pro diverſitate locorum & ſituum, alii aliâ horâ & tempore diem inchoent, tamen per hoc ratio numerationis dierum ſeptimanæ & feſtorum ab initio ab Adamo inſtituta, à poſteris ejus obſervata, & per Legem confirmata, non tollatur. Prolixum & operoſum foret ſingula, quæ ex principiis Aſtronomicis & Geographicis affert, hîc explicare. Lectoris id relinquimus induſtriæ. Qui tamen circa hæc curioſitatem ſuam explere cupit, conſulat R. Jehudæ Muſcati in hunc librum Commentaria, in quibus diffusè de ſingulis agit, & mentem authoris explicat. Quædam ad hujus rei illuſtrationem habet Seldenus in libro de Jure Naturæ & Gentium lib. 3. cap. 11. quæ hîc placet apponere: Poſteaquam illic prima hujus paragraphi verba adduxiſſet, ſic ea dein explicat:* Zin, *inquit*, heic eſt Sinarum, ſeu צינין regio, plagæ Orientalis ultima; ita ſcilicet Scriptoribus tàm Arabicis & Hebraicis, quàm Ptolemæo ejusque ſequacibus, cenſita. Objectio eſt: *Non'ne inde, ſcilicet ab oriente ultimo, ratio dierum enumerandorum ineunda?* Minimè, inquit R. Jehudah. Nàm à rerum initiis dierum enumeratio erat eadem, quâ utimur nos in terra Iſraëlitica, id eſt, à veſpera ad veſperam. Id quidem ſcimus etiam ex Sabbathi obſervatione, cujus initium in Alluſa & Sinaj. Et quicquid ibi ſtatutum reperitur, ita aptandum eſt terræ Iſraëliticæ, cujus gratiâ Lex data eſt, ac ubi primus parens noſter Adam dies ſic à veſpera ad veſperam numerare, & in periodos ſeptenarias diſtribuere cœpit, ut à Solis è terra Iſraëlitica in Occidentem diſceſſu, ſeu, à tempore quo terræ Iſraëliticæ Sol occidit (quæ ſic velut naturalis habetur & primaria dierum civilium, id eſt 24. horarum, numerandorum Epocha) dierum initia, adeoq; Periodi ſeptenariæ ſint deducendæ. Atq; ita neceſſe erit, ut horarum octodecim ſpatio, tùm Sab-

tùm Sabbathum, tùm quilibet alius pariter dies, incipiat in terra Iſraëlitica, antequam in Orientis ultimo, ſeu, apud Sinas incipiat, ſimilisque in aliorum dierum initiis, veluti primario illi ſecundariis, pro longitudinis diverſitate, ratio ſit habenda. Exempli gratia; cùm in adjecta figura Sol per circulum A B C D graduum 360. circum tellurem E F G H ſpatio XXIV. horarum feratur, diesque, juxta jam dicta, à Cardine G C, qui Occaſus eſt Solis τῷ F Terræ Iſraëliticæ ſeu Umbilici telluris heic locum occupanti, incipiat; palàm eſt, diei initium telluris Umbilici, ſeu τῷ F incolis, XVIII. horis priùs haberi, quàm ſuum ex ejuſmodi numerandi ratione initium habeant Sinæ in extremo Orientis, qui τῷ E deſignantur. Nam, ut G C Solis occaſus eſt τῷ F, ita F B τῷ E, ſeu Sinis. Et inter G C & F B, per D A, arcum 270. graduum intercipi, id eſt, XVIII. horas, nemo non videt. Qui ſenſus eſt Rabbini, quem citavimus, ejusque ſequacium. Pendére vides hanc dies numerandi in terra Iſraëlitica poſitam epocham ex eo quod eſt, Adamum ibi ſic numerare cœpiſſe, adeoque illam regionem primùm tenuiſſe. Unde & טַבּוּר הָאָרֶץ eam nuncupant Hebræi, ſeu *Umbilicum tellúris*, quemadmodum oppoſitum in globo telluris locum, ſeu H in adjecta figura, טַבּוּר הַיָּם *Umbilicum Maris.*



אמר הכוזרי השמיעני קצת כא
מה שיזדמן לך מדבריהם :

XXI. *Coſri*; Recenſe mihi nonnulla, quæ tibi ſuccurrunt, ex verbis illorum.

אמר

XXII. *Judæus*; Ex iis, quæ hac de re dicunt, ſunt ſequentia; *Omnes quidem faciunt aſcendere in terram Iſraëlis, ſed non omnes faciunt exire è terra Iſraëlis* (extat in Talm. Ketúbhot cap. ult. & apud Majemon. in הלכות אישות, ubi vide. Senſus eſt; *Omnes quidem poſſunt cogere domeſticos ſuos, ut ſecum proficiſcantur ad habitandum in terra Iſraëlis; ſed non omnes &c.*). Item; *Mulierem, quæ non vult aſcendere cum marito ſuo in terram Iſraëlis, judicant, ut cogatur exire ſine dote; & vice verſâ, quando vir nolet aſcendere cum Uxore ſua in Terram, ut eam ire permittat, & dotem ipſi largiatur* (Ibidem): Item; *Perpetuò habitabit homo potiùs in terra Iſraëlis, in urbe cujus incolæ majori ex parte ſunt gentiles, quàm extra Terram in urbe, cujus major pars ſunt Iſraëlitæ: Omnis enim Judæus, qui habitat in terra Iſraëlis, ſimilis eſt ei qui Deum habet: & omnis Judæus, qui habitat extra hanc Terram, ſimilis eſt ei qui nullum Deum habet &c. ſicut dicitur de Davide*; Quia expulerunt me hodiè, ne adhæream hæreditati Domini, dicentes, Vade, ſervi Diis alienis, 1.Sam.26.19. *Unde colligimus, Omnem Judæum, qui habitat extra terram Iſraëlis, eſſe ac ſi eſſet Idololatra.* Quin & terræ Ægypti attribuerunt dignitatem ſupra reliquas terras, (*Ketubb. f. 112. col. 1. Non eſt præſtantior terra, quàm terra Aegypti, ſicut dicitur*; Sicut hortus Domini, ſic terra Ægypti, Geneſ.13.10. *neq; in terra Aegypti præſtantior eſt, quàm Tzóan &c.*) & ab ea ad alias terras argumentati ſunt à Majori ad Minus, dicentes; *Si Aegyptus, propter quam percuſſum eſt fœdus, eſt probibita, quanto magis cæteræ terræ,* (*h.e. Si Aegyptus, quæ, quaſi fœdus ipſi cum Deo interceſſiſſet, ut terrarum optima eſſet & præſtantiſſima, exceptâ tamen terrâ Iſraël, eſt probibita, nec licet habitare in ea* &c. Muſcatus putat illum reſpicere ad dictum Rabbinorum, quod extat in libro Siphre, & adducitur in Jalkut Paraſchâ שופטים, ubi inter cætera; (ומה מצרים שהברית כרותה עליה עבירה מחזירתן לשם שאר הארצות שאין הברית כרותה עליהן עאכו) Sic dicunt porrò; *Sepultus in*

כב אמר החבר ממה שאמרו בענין הזה הכל מעלין לארץ ישר' ואין הכל מורידין · ודנו האשה שאינה רוצה לעלות עם בעלה לארץ ישראל שתצא שלא בכתובה והפכו והוא כאשר האיש אינו רוצה לעלות עם אשתו בארץ שיוציא ויתן כתובה · ואמרו לעולם ידור אדם בארץ ישראל אפי' בעיר שרובה גוים ואל ידור בחוצה לארץ אפילו בעיר שרובה ישראל שכל הדר בארץ ישראל דומה למי שיש לו אלוה וכל הדר בחוצה לארץ דומה למי שאין לו אלוה וכן בדוד הוא אומר כי גרשוני היום מהסתפח בנחלת ה' לאמר לך עבוד אלקים אחרי' לומ' לך שכל הדר בחוצה לארץ כאלו עובד עבודה זרה · וכבר שמו לארץ מצרים מעלה על שאר הארצות האחרות ושפטו על זולתה מקל וחומר ו ואמרו ומה מצרי' שנכרת' עליה ברית אסור שאר ארצות לא כל שכן ו ואמרו כל הקבור

ב״אי כאלו קבור תחת המזבח
ומשבחים מי שמת בה יותר
ממי שנשוא אליה מת ממרה
שאמרו אינו דומה קולטתו
מחיים לקולטתו אחר מיתה ׃
אבל אמרו במי שהיה יכול
לדור בה ולא דר בה שאסור
לשאת אותו אליה לאחר
מותו שאמרו בחייכם ונחלתי
שמתם לתועבה ובמיתתכם
ותבאו ותטמאו את ארצי והיה
מהקפדת רבי חנינא כאשר
שאלו אותו אם מותר שילך
פלוני לחוצה לארץ שייבם אשת
אחיו שאמר אחיו נשא גויה
ברוך המקום שעקרו והוא ירד
אחריו ׃ ושאסרו מכירת קרקע
לנכרי ושאסרו מכירת קורות
הבית והניחו חרב ושאמרו אין
דנין דיני קנסות אלא בארץ
ישראל ושלא יצא העבד
לחוצה לארץ וזולת זה הרבה ׃
ועוד אמרו אוירא דארץ ישראל
מחכים ומאהבתם אותה אמרו
כל המהלך ארבע אמות בארץ
ישראל מובטח לו שהוא בן
עולם הבא ׃ ואמר רבי זירא
לכופר שרצה לעבור עמו בנהר
בלי מקום מעבר מתאותו לעבור
בארץ ישראל דוכתא דמשה
ואהרן לא זכו ליה מי יימר
דזכינא ליה ׃
כג אמר הכוזרי אם כן אתה
מקצר בחכמת תורתך שאין

pultus in terra Iſraëlis, eſt quaſi ſepultus eſſet ſub Altari. Sic *laudant eum qui moritur in ea, magis quàm eum qui deportatur in eam mortuus*, dum ajunt; *Longè alia eſt ejus ratio quem vivum colligit, quàm is quem colligit poſt mortem.* Imò dicunt, *Non licere eum, qui potuiſſet habitare in ea, & non habitavit in ea, poſt mortem in eam deferre* (In Talmud Hieroſol. in principio capitis הנושא). His *Vivis*, applicant ibi quod Jeremias ait cap. 2. 7. *Et hæreditatem meam poſuiſtis in abominationem*; *Mortuis*, quod ibidem ſequitur; *Et ingreſſi eſtis, contaminaſtiſq; terram meam*; Huc attendit R. Chanina, cùm aliquando interrogatus, *Num licitum eſſet, ut ille N. proficiſceretur extra terram Iſraëlis, ad jus Leviri præſtandum uxori defuncti ſui fratris*, reſpondiſſet; *Frater ejus duxit uxorem Gentilem & Idololatricam, & mortuus eſt; Laus Deo, qui occidit eum; & ipſe vult deſcendere poſt eum.* Sic prohibuerunt, *ne quis vendat fundum, vel trabes domûs, Gentili vel Idololatra alicui.* Dixerunt etiam; *Non exercentur judicia criminalia, niſi in terra Iſraëlis* (Talm. Sanhed. cap. 1.): Item; *Non egredietur ſervus extra eam* (Talm. Gittin cap. 4. in Miſchna), & ſimilia multa. Item; *Aer terræ Iſraëlis ſapientem reddit* (Bava bathra cap. 9.). Ex vehementi erga eam affectu & amore dixerunt etiam; *Quicunq; ambulat quatuor cubitos in terra Iſraëlis, is certus eſt, quòd ſit Filius ſeculi venturi* (Ketubh. cap. ult. Sic R. Sira dixit ad quendam hæreticum, cum quo voluit trajicere flumen, ſine loco tranſitus, (*quamvis nullum ibi vadum eſſet*), ob ſummum deſiderium tranſeundi in terram Iſraëlis; *Loco, quo Moſes & Aharon non fuerunt digni ut habitent, quis dicit, Ego ſum eo dignus futurus?*

XXIII. *Coſri*; Si hæc ita habent, ipſemet non ſatisfacis Legi tuæ,

quòd Locum hunc non pro ſcopo tibi proponas, & domicilio vitæ mortisquetuæ, inprimis cùm dicas (*in Oratione quadam*); *Miſerere Tzijonu, quia ea eſt locus Vitæ noſtræ*, & credas, quòd Præſentia Divina ad eam ſit reverſura. Et, ſi nullam aliam præcellentiam haberet, quàm continuationem Majeſtatis & præſentiæ Divinæ per nongentos annos, æquum eſſet, ut generoſæ animæ ejus deſiderio tangerentur, quò per eam meritum acquirant & quaſi purificentur (*per ejus aërem*). quemadmodum nobis contingere videmus in Locis Prophetarum & Virorum ſanctorum, nedum in ea Terra, quæ eſt *Porta cœli* (*vide par.* 4. §. 17.). Et in hoc conſentiunt omnes populi. Chriſtiani (*hæc vox in ſecunda editione eſt omiſſa*) dicunt; *Animas ad eam, vel, in ea congregari, & ex ea aſſumi in cœlum.* Iſmaëlitæ ajunt, *eam eſſe locum, è quo Propheta ipſorum aſcendit in cœlum, Locum item in quo ſit futurum ultimum judicium.* Quin & omnes omnibus in locis hanc pro ſcopo ſibi proponunt, & feſta ibi agunt (*vide ſub finem* §. 20.). Itaque videtur mihi tua incurvatio verſus eam, & veneratio quam erga eam teſtaris, eſſe hypocritica, aut certè ex conſuetudine duntaxat profecta, ſine certa intentione & devotione. Priſci veſtri Patres potiùs elegerunt habitare in ea, quàm in ullis locis nativitatis & cognationis ſuæ; quin imò maluerunt in ea eſſe peregrini, quàm in ſuis locis indigenæ (*ut Abraham, qui exivit è terra, & cognatione ſua, in terram Canaan; & Jacob, de quo Gen.* 37. 1. Habitavit Jacob in terra peregrinationum patris ſui in terra Canaan); Et quamvis tùm temporis nondum in ea apparuerit Majeſtas Divina, ſed repleta fuerit variis ſceleribus & Idololatriâ; his tamen non obſtantibus, nullum aliud deſiderium priùs habuerunt, quàm ut poſſint ſubſiſtere in eâ; quinimò nequi-

אתה משים מגמתך המקום
הזה ותשימנו בית חייך ומותך
ואתה אומר רחם על ציון כי היא
בית חיינו ותאמין כי השכינה
שבה אליו ואלו לא היתה לה
מעלה אלא התמדת השכינ' בה
באורך תתק שנה היה מן הדין
שתכספנ' הנפשות היקרות
ותזכנה בה כאשר יקרה
אותנו במקומות הנביאים
והחסידים כל שכן היא שהיא
שער השמים וכבר הסכימו כל
האומות על זה הנוצרים
אומרים שהנפשות נקבצות
אליה ומכנ' מעלין אותן אל
השמים והישמעאלים אומרים
כי היא מקום עליית הנביאים
אל השמים ושהיא מקום
מעמד יום הדין והוא לכל
מקום כונה וחג אני רואה
שהשתחויתך וכריעתך נגדה
חונף או מנהג מבלתי כונה
וכבר היו אבותיכם הראשונים
בוחרים לדור בה יותר מכל
מקומות מולדתם ובוחרים
הגרות בה יותר משהיו אזרחים
במקומותם כל זה עם שלא
היתה בעת ההיא נראית
השכינה בה אבל היתה מלאה
זמה ועם כל זה לא היתה להם
תאוה אלא לעמוד בה ושלא

לצא' ממנ' בעתות הרעב אלא
במצות האלקים והיו מבקשים
לנשא עצמותם אליה׃

כד אמר החבר הובשתני מ
מלך כוזר והעון הזה הוא אשר
מנענו מהשלמת מה שיעדנו
בו האלקים בבית שני כמה
שאמר רני ושמחי בת ציון כי
כבר היה הענין האלקי מזומן
לחול כאשר בתחלה אלו היה
מסכימים כלם לשוב בנפש
חפצה אבל שבו מקצתם
ונשארו רובם וגדוליהם בבבל
רוצים בגלות בעבודה שלא
יפרדו ממשכנותיהם ועניניהם
ושמא על זה אמר שלמה אני
ישנה ולבי ער כנה הגלות
בשינה והלב הער התמדת
הנבואה ביניהם׃ קול דודי
דופק קריאת האלקי' לשוב׃
שראשי נמלא טל על השכינ'
שיצאה מצללי המקדש ומה
שאמר פשטתי את כתנתי על
עצלותם לשוב׃ דודי שלח
ידו מן החור על עזרא שהיה
פוצר בהם ונחמיה והנביאים
עד שהודו קצתם לשוב הודאה
בלתי גמורה ואמרו כשל כח
הסבל ונתן במצפון לבם ובאו
הענינים מקצרים מפני קצורם
כי הענין האלקי איננו חל על
האיש אלא כפי הזדמנותו לו
אם מעט מעט ואם הרבה הרב'
ואלו היינו מזדמנים לקראת
אלקי

ne quidem tempore famis egreſſi ſunt ex ea, niſi ex mandato Dei: oſſa denique ſua eò transferri voluerunt.

XXIV. *Judaus*; Pudore affeciſti me, Rex Coſar. Iniquitas autem hæc inde eſt, quòd caremus perfectione eâ, quam Deus nobis promiſit in Templo ſecundo, quando dixit; *Canta, & lætare filia Tzijon*, Zachar. 2. 14. Res enim Divina utique parata & præſtò eſſet, ſicuti ab initio, ſi omnes conſenſiſſent ad revertendum (*in eam*) animo alacri & prompto: ſed quidam (*ex captivitate Babylonica*) reverſi ſunt, major autem pars, & præcipui eorum, remanſerunt in Babylonia, malentes manere in captivitate ſub ſervitute, ne abſtraherentur à ſuis habitaculis & poſſeſſionibus. Et fortaſſis hac de re dixit Salomon; *Ego dormio, & cor meum vigilat*, Cantic. 5. 2. (per τὸ *Dormire* intelligens Captivitatem, & per *Cor vigilans*, Continuationem Prophetiæ inter ipſos); *Vox dilecti mei pulſantis*; (Vox ſc. Dei vocantis ad revertendum); *Quia caput meum repletum eſt rore*; (de Majeſtate Divina egrediente ex umbroſis locis Sanctuarii): Quòd verò ait; *Tunicam meam exui*, ℣. 3. de ipſorum ad revertendum ſegnitie intelligit. *Dilectus meus manum ſuam miſit per foramen*; de Eſra eos ad revertendum urgente, ac Nehemia & Prophetis, adeò ut (*ipſorum monitis moti*) quidam ad revertendum aſſenſerint & acquieverint, licet aſſenſu imperfecto; ſicut dicitur; *Debilitatæ ſunt vires portantis*, Nehem. 4. ℣. 10. Dedit itaque eis Deus occulta cordis eorum, & ſortiti ſunt res imperfectas propter imperfectionem ipſorum. Non enim requieſcit Res Divina ſuper homine, niſi pro ejus præparatione & diſpoſitione, vel parva, vel magnâ. Itaque ſi in oc-

curſum Dei Patrum noſtrorum iremus corde perfecto, & animo alacri, obtineremus ab eo idem quod olim Patres noſtri in Ægypto, neque aliud quicquam eſt, dum (*in Precibus noſtris*) dicimus; *Incurvate vos ad montem Sanctitatis ejus*: Item; *Incurvate vos ad ſcabellum pedum ejus*: Et; *Qui redire facit Majeſtatem ſuam in Tzijonem*; & ſimilia; quàm Cantus galli, vel alterius cujuſpiam ſimilis avis: quia non cogitamus, quidnam his verbis dicamus, prout rectè dixiſti, Rex Coſar.

XXV. *Coſri*; Hæc mihi de his ſufficiunt: Velim nunc ut quædam mihi concilies & explanes, quæ legi de Oblationibus. Ex iis quæ Intellectus difficulter poteſt capere, eſt, quod dicitur; *Oblationem meam*; *Panem meum*; לְאִשַּׁי *Ignibus meis*, *Odorem quietis*, *vel*, *gratum meum*, Numeror. 28. 2. quomodo ſc. de Oblationibus dicatur, quòd ſint *Oblatio Domini*, *Ejus Panis*, *& Odor?*

XXVI. *Judæus*; Vocabulum לְאִשַּׁי *Ignibus meis*, explanat omnem difficultatem: Vult enim dicere; *Oblatio illa*, *Panis*, *& Odor quietis vel gratus*, *quæ Mihi attribuuntur* (quæ dicuntur eſſe Mea) *ſunt Ignium meorum*, h. e. Ignis verbo (*& voluntate*) Dei effecti, cujus cibus ſunt Oblationes; reliquam deinde partem comedentibus Sacerdotibus. Scopus autem eſt docere Ordinem illum elegantem, quo obſervato, reſideat in eo (*populo*) Rex (*Deus*) glorioſè, non localiter. Pro exemplo *Rei Divinæ* ſume *Animam Rationalem*, quæ habitat in Corpore naturali brutali: Dum æqualiter ſe habent ejus (*nempe Corporis*) qualitates, & facultates ſuperiores atq; inferiores (*animæ vegetativa & ſenſitiva*) rectè ſunt diſpoſitæ ad rem excellentiorem & præſtantiorem

אלקי אבותינו בלבב שלם
ובנפש חפצה היינו פוגעים
ממנו מה שפוגעים אבותינו
במצרים ; ואין דבורנו השתחוו
להר קדשו והשתחוו להדום
רגליו והמחזיר שכינתו לציון
וזולת זה אלא כצפצוף הזרזיר
והדומה לו שאין אנחנו מ
חושבים על מה שנאמר בזה
וזולתו כאשר אמרת מלך כוזר ;
כה אמר הכוזרי יספיק לי זה
בענין הזה וארצה עתה
שתקרב לי מה שקראתיו
בקרבנות ממה שיקשה על
השכל לקבלו ממה שאמר
את קרבני לחמי לאשי ריח
ניחוחי ; ואמר על הקרבנות
כי הם קרבן ה׳ ולחמו וריחו ;
כו אמר החבר מה שאמ׳
לאשי מישר כל קשיה הוא
אומר כי הקרבן ההוא והלחם
וריח הניחוח אשר הם מ
מיוחסים אלי אמנם הם לאשי
ר״ל האש הנפעלת לדברו ית׳
אשר מאכלה הקרבנות ואחר
כן יאכלו הכהנים שאר חלקה
והכונה בזה תקון הסדר בדי
שיחול בו המלך חול גדולה
לא חול מקום ושום דמיון
הענין האלהי הנפש המדברת
החלה בגוף טבעי בהמי כאשר
נשתוו טבעיו ונסדרו כחתיו
העליונים והתחתונים סדור
נכון לענין יותר נעלה מענין
הבהמות היה ראוי שיחול מלך

השכל אצלו להורות אותו ולישרו ולהתחב׳ אצלו כל עת אשר ישאר הסדר ההוא וכאש׳ יפסד הסדר יפרד ממנו ודומה לכסיל כי השכל צריך למאכל ולמשתה ולריח בעבור שרואה אותו כי הוא מתמיד בהתמדת׳ נפרד בהפרדם ואיננו כן ׃ וכן הענין האלהי מטיב לכל רוצה הטוב לכל ובעת שיסודר דבר ויכון לקבל הנהגתו לא ימנע ממנו לאצול עליו אור וחכמה ודעת וכאשר יפסד סדרו לא יקבל האור ההוא ויהיה הפסדו ׃ והתעלת הענין האלהי מהשיג אותו שנוי או הפסד בכל מה שיש בסדר עבודה מהעבודה והקרבנות והקטורת והזמירות והמאכל והמשתה על תכלית הטהרה והקדושה נאמ׳ בהם עבודת ה׳ ולחם אלהיך וזולתי זה והכל כנוי לרצונו בסדר הטוב באומה והכהנים וקבולו מנחתם על דרך הדמיון וחולו אצלם לכבוד להם והוא נעלה ונקדש מן ההנאה במאכלם ובמשתיהם אך מאכלם ל לנפשותם כמו שעכול ה האצטומכא והכבד כאשר היה נתקן ואחר כן יתקן הצלול ממנו בלב והצלול שבצלול ב ברוח יתקן הלב והרוח והמוח במזון ההוא ויתוקנו גם כן כלי

ſtantiorem quàm competat bruto, tùm idoneum eſt ut habitet in eo Intellectus ceu Rex, ad illud docendum, dirigendum, & ei ſe conjungendũ, quamdiu Ordo & ἡ ταξια illa conſervatur; quando verò ea deſtruitur, tùm ab eo (*corpore*) ſeparatur. Unde ſtultis & ignaris videtur, ac ſi Intellectus indigeat cibo, potu, & odoratu, quia vident per eorum continuum uſum conſervari, per eorum ſubtractionem deſtrui; cùm tamen non ita ſit. Sic Res Divina, quæ benefacit omnibus, benè vult omnibus, quamdiu res conſevatur in ſuo ordine, & idonea manet ad recipiendum ejus Regimen, non deſinit effundere in eam Lucem, Sapientiam & Scientiam: quando verò Ordo ejus deſtruitur, non recipit (*res*) Lucem illam, & ſequitur deſtructio illius (*rei*); cùm tamen nullam ſentiat vel mutationem vel corruptionem ex ullo eorum, quæ circa Cultum ſacrum fiunt, veluti ſunt Oblationes, Suffitus, Pſalmodiæ, Cibi, & Potus, cum puritate & ſanctimonia facta, & *Cultus Domini*, atq; *Panis Dei tui*, vocata, Lev. 21. 8. Omnia quippe hæc ita cognominantur, quòd Deus velit Ordinem hunc bonum obſervari à populo (*Levitis & Iſraelitis*) & Sacerdotibus; quod item munera & oblationes ipſorum gratas habeat & acceptet, & inter eos glorioſè habitet; quamvis Ille longè ſublimior & ſanctior ſit, quàm ut utilitatem aliquam à cibo & potu eorum accipiat, ſed pro animabus ipſorum inſerviat. Quemadmodum ſc. cùm digeſtio, vel Concoctio (*cibi*) in Stomacho & Hepate debitò modo peragitur, & poſtea purius ex eo ad cor defertur, & puriſſimum in Spiritum, benè ſe habet Cor, Spiritus & Cerebrum, per cibum illum; ſimul etiam benè ſe habent Organa

concoctionis, & reliqua membra, per Spiritus qui ad ea perveniunt per Nervos, Arterias, Muſculos, & Venas; Summa; Temperamentum totum rectificatum & comparatum eſt ad recipiendum Regimen Animæ rationalis, quæ eſt Subſtantia abſtracta, proximè accedens ad ſubſtantiam Angelorum, de quibus dicitur; *Quorum habitatio cum carne non eſt*, Dan. 2. 11. Et habitat in corpore inſtar Regis vel Imperatoris non localiter, neque ullum uſum percipit à cibo illo; Exempta enim & immunis eſt ab eo; Sic res Divina non habitat niſi in Animâ recipiente Intellectum. Anima porrò non conjungitur niſi cum Spiritu Caloris naturalis, qui nequit eſſe ſine loco, & colligatur cum Corde ſicut Flamma e. g. cum ellychnio: Cor opus habet continuo affluxu ſanguinis: Sanguis autem non generatur niſi mediantibus organis Concoctionis; unde (*cor*) Stomacho opus habet, Jecore, reliquiſque eorum miniſtris: Sic indiget Cor Pulmone, Gutture, Naſo, Aſperâ arteriâ, nervo movente nervum pectoris pro reſpirationis uſu, ad æquabile reddendum temperamentum cordis per aërem ingredientem, & fumum egredientem; Opus etiam habet, ad conſumendas ſuperfluitates alimentorum, organis facultatum expultricum excrementorum & urinæ: ex quibus commemoratis omnibus conſtat corpus: Indiget inſuper Tranſlatione corporis ex loco uno in alium, ad quærenda ſibi neceſſaria, & fugienda noxia; Membris item, quibus poſſit illa vel ad ſe recipere, vel à ſe depellere, veluti Manibus, & Pedibus: Præter hæc quoque neceſſarii ipſi ſunt Conſiliarii, mo-

העכול ושאר האיברים ברוחות ההולכות אחריהם מן הדפקים והעצבים והורידים ׃ וכללו של דבר שיהיה המזג כולו מתוקן ומזומן לקבול הנהגת הנפש המדברת אשר היא עצם נפרד קרוב לעצם המלאכים שנאמר בהם די מדרהון עם בשרא לא איתוהי׃ ויחול בגוף חול מלכות והנהגה לא חול מקום והיא לא נהנית מהמזון ההוא מאומה כי היא נעלה ממנו והענין האלהי לא יחול כי אם בנפש מקבלת השכל והנפש לא תתחבר כי אם ברוח חם טבעי אי אפשר לו בלתי מקום שיקשר כהקש׳ הלהב בראש הפתילה דמיון הפתילה היא הלב והלב צריך אל משך דם והדם לא יתהוה כי אם בסבת כלי העכול על כן הוצרך אל האצטומכא הכבד ושמשיהם ׃ וכן נצטרך הלב אל הריאה והגרון והאף והקרום והמיתר המניע למיתר החזה לעבודת הנשימ׳ להשוות מזג הלב באויר הנכנס והעשן היוצא והוצרך לבער מותרי המזונות אל כלים מכחו׳ דוחות וכלי היציאה והשתן והיה הגוף מכל אשר זכרנו והוצרך אל העתקת הגוף ממקום למקום לבקשת מה שצריך אליו ולברוח ממה שיזיקהו וכלים שיביאו אליו וידחו מעליו והוצרך אל ידים ורגלים והוצרך אל יועצים מתרים במה שיירא ממנו

nentes

דיקיה אותו יודעים מה שהיה
כותבים ומזכירים מה שעבר
להזהר מכמוהו לעתיד או ל
לקוותו ; והוצרך אל החושים
הנראים והנסתרי' והיה
הראש מחניהם בעזרת הלב
והמשכתו והיה הגוף כלו
מסודר אחר שב אל הנהגת
הלב אשר הוא מחנה הראשון
לנפש ואם תחול כמוח תוא
חול שני במצוע הלב וכן נסדר
החיות האלהי כאשר אמר
יהושע בזאת תדעון כי אל חי
בקרבכם נפעלה האש בחפץ
האלהים ברצותו באומה
והיתה אות קבול מנחתם
ותשורת' כי האש הוא הדק
והנעלה מכל אשר תחת גלגל
הירח מהגופות והיה מקום
חולה שומן חלבי הקרבנות
ועתרם ועשן ענן הקטורת
והשמנים בדרך האש אשר
איננה נתלית כי אם בחלב
בשומן ובשמן כחום טבעי אשר
הוא נתלה בדק השמן מהדם ;
וצוה האל ית' במזבח העולה
ובמזבח הקטורת והמנורה
ואחר כן העולות וקטורת
הסמים ושמן המאור ושמן
המשחה אולם מזבח העולה
להדבק בו האש הגלויה ומזבח
הזהב לאש שהיה יותר קלה ודקה
אבל המנורה חיה יותר
קלה ודק להדבק בה אור

nentes de iis à quibus ipſi metuendum, vel quid ei ſit ſperandum, ſcientes præſentia, conſcribentes item quaſi, & in memoriam revocantes præterita, ut vel ſibi inpoſterum à ſimilibus caveat, vel illa prævideat & exſpectet: Denique etiam opus habet Senſibus, tàm exterioribus quàm interioribus, qui principales ſuas caſtrametationes (*h. e. Sedes*) habent in atrio Cordis & ejus conſervatione: Totum quippe corpus ritè ordinatum & diſpoſitum eſt, quando refertur ad regimen Cordis, quod eſt ſedes primaria ipſius Animæ; quod ſi reſideat in Cerebro, ſecundariò illud fit mediante Corde. Eadem quoque ratio eſt Vitæ Divinæ, ſicut Joſua ait; *In hoc cognoſcetis, quòd Deus vivat in medio veſtri*, Joſ. 3. 10. Quando Deus beneplacitum habet in populo, efficitur per ejus Voluntatem Ignis, in ſignum, quòd Deus oblationes & dona illorum acceptet: nam Ignis eſt ſubtilisſimum & ſupremum, omnium corporum quæ ſunt ſub Sphæra Lunæ. Reſidentiæ ejus (*ſc. Ignis Divini*) locus fuit Pinguedo adipum, ſacrificiorum, ועתרם & Vapor eorum (*ab eis aſcendens*); exinde Fumus nubis ſuffitus; deniq; Olea; ad inſtar ignis (*artificialis*) qui non dependet niſi ab Adipe, Pinguedine, & Oleo, ſicut & Calor naturalis dependet à ſubtilisſimo oleo ſanguinis: Deinde præcepit Deus (*facere*) Altare Holocauſti, Altare ſuffitus, & Candelabrum; poſtea Holocauſta, Suffitum aromaticum, Oleum luminaris, & Oleum Unctionis: Altare Holocauſti inſerviebat, ut ei adhæreret Ignis manifeſtus (*in pinguedine adipum oblationum, & vapore eorum, ac proinde fuit craſſior*): Altare Aureum fuit pro Igne leviore & ſubtiliore: ſed Candelabrum fuit pro Igne adhuc ſubtiliore, ut ei adhæreat Lu-

החכמה

men Sapientiæ & Scientiæ; Menſa verò eò faciebat, ut ei adhærerent Bona corporalia, ſicut Rabbini noſtri dicunt; *Qui vult Sapiens fieri, adeat Meridiem: qui vult divesfieri, adeat Septentrionem.* Omnes verò iſti cultus referebantur ad Arcam & Cherubinos, quæ gradum obtinent Cordis & Pulmonis ei incubantis (vel, *illud foventis*). Habebant autem iſta opus aliis Inſtrumentis & Miniſtris, veluti Conchâ & baſi ejus (Exod. 30. ℣. 28.), Forcipibus, Trullis, Scutellis, Cochlearibus, vel, Acerris, Crateribus, Ollis, Fuſcinulis, & ſimilibus: Præterea requirebatur aliquid quod hæc omnia cuſtodiret; Tabernaculum ſc. & Tentorium, atq; Operimentum ipſius; & ad hęc omnia iterum Atrium Tabernaculi, & quæ ad id pertinebant. Inſuper & Bajulis opus fuit, qui omnia ferrent, ad quod Deus elegit filios Levi, qui Proximi ſeu Primi fuerunt, inde à tempore vituli, ſicut dicitur; *Et congregati fuerunt ad eum omnes filii Levi*, Exod. 32. 26. & ex his elegit præſtantiſſimum, qui fuit Eleaſar Sacerdos, ut ferret rem omnium præſtantiſſimam & ſubtiliſſimam, ſicut dicitur; *Præfectura autem Eleaſaris, filii Aharonis Sacerdotis, eſto Oleum luminaris, & Suffitus aromaticus, & mincha jugis, oleumq́, unctionis*; Num. 4. 16. à quibus omnibus dependet Ignis puriſſimus & ſubtiliſſimus, Lumen Sapientiæ & Prophetiæ, Lumen denique Prophetiæ per Urim & Thummim: Proximæ poſt eum (Eleaſarum) claſſi, quæ erat Levitarum, Filiorum Kehat, impoſitum erat ferre Membra interiora, veluti, Arcam, Menſam, Candelabrum, Altaria, & Vaſa ſancta, de quibus dictum eſt; *Quia miniſterium rei ſanctæ incumbit ipſis, humeris portabunt*, Numeror. 7. ℣. 9. quemadmodum

החכמה והדעת והשולחן להדבק בו הטובות הגופיות כמו שאמרו רבותי' הרוצה להתחכם ידרי' הרוצה ל להתעשר יצפין ׃ וכל אלה עבודות לארון ולכרובים אשר הם במדרגת הלב והריאה מרחפת עליו והוצרך לאלה כלים ומשמשים כמו הכיור וכנו ומלקחים ומחתות וקערות וכפות ומנקיות וסירות ומזלגות וזולת זה והוצרך אל דבר שישמור א אותם המשכן והאהל ומכסהו ולשמור הכל חצר המשכן וכליו והוצרך לנושאים לכל אלה ובחר האלקים לזה בני לוי שהם הקרבים כל שכן מעת העגל שנאמר ויאספו אליו כל בני לוי ובחר לנכבד שבהם והוא אלעזר הכהן לנכבד שבדברים והדק שבהם כמו שאמר ופקודת אלעזר בן אהרן הכהן שמן המשחה וקטורת הסמי' ומנחת התמיד ושמן המאור כל אלה אשר נתלית בהם האש הרכה והדקה ואור החכמה והדעת ואור הנבואה באורים ותומים ׃ ולנכבדת שבכתות הלויים אחריו והם בני קהת לשאת האברי' הפנימים כמו הארון והשלחן והמנורה והמזבחות וכלי הקודש אשר ישרתו בהם ובהם נאמ׳ כי עבודת הקדש

עליהם בכתף ישאו כאשר
אין לאיברים הפנימים עצמות
שעוזרים על נשיאתם אבל
הכחות והרוחות נושאי' אותם
במה שדבק בהם· ולמי שתחתם
מהלוים והם בני גרשון נשיאת
האיברים הרכי' החיצונים והם
יריעות המשכן ואהל מועד
מכסהו ומכסה התחש ומסך
ולמי שתחתם והם בני מררי
לשאת האיברים הקשים
קרסיו קרשיו· בריחיו עמודיו
ואדניו ; ונעזרו שתי הכתות
בנשיאתם בעגלו' כמו שאמר
שתי העגלות לבני גרשון
וארבע עגלות לבני מררי כפי
עבודתם כל זה בסדר ותכונת
חכמת אלהית ; ואינני גוזר
חלילה שהכונה מעבודה הזאת
הוא הסדר הזה אשר זכרתיו
אבל מה שהוא יותר נפלא
ונעלה ושהיא תורה מאת
האלקי' יתבר' ומי שקבלה
קבול שלם מבלי שיתחכם
בה בשכלו הוא מעולה ממי
שיתחכם בה וחקר אך מי
שנטה מהמדרגה העליונה
ההיא אל המחקר טוב שיוציא
בהם מוצאי החכמה משיעזבם
לסברות רעות ולספקות
המביאות אל האבדון ;

admodum ſc. membra interiora nulla habent oſſa, quibus juvetur portatio eorum, ſed facultates & ſpiritus portant vel ferunt ea illic ubi hærent: Levitę, qui his ſuberant, erant Filii Gerſon: horum munus erat ferre membra ſubtiliora externa, ut, Aulæa Tabernaculi, Tentorium conventus, Tegumentum ejus, & Tegumentum è pellibus caprarum: Illis qui ſub his erant, filiis Merari, incumbebat ferre membra duriora, Anſulas, Tabulas vel Aſſeres, Vectes, Columnas & Stylobatas ejus:. & hæ duæ catervæ adjuvabantur plauſtris, ſicut dicitur; *Duo plauſtra filiis Gerſon, & quatuor plauſtra dedit filiis Merari, pro Miniſterio eorum*, Num. 7. 7. (NB. videtur eſſe lapſus memoriæ authoris, vel aberratio Tranſlatoris: In textu eſt: *Duo plauſtra & quatuor boves dedit filiis Gerſon pro miniſterio eorum: quatuor autem plauſtra & octo boves dedit filiis Merari, pro miniſterio eorum*). Et hæc omnia fuerunt de ordine & diſpoſitione ſapientiæ Divinæ: neque tamen dico (abſit!) Intentionem & ſcopum totum hujus Cultûs fuiſſe Ordinem iſtum, cujus memini, ſed aliquid magis admirandum & excellens: & ad docendum, quòd hæc Lex ſit à Deo Benedicto, & illum, qui eam recipit corde perfecto, ſine ulla ſcrupuloſitate ſapientiæ propriæ intellectus ſui, eſſe præſtantiorem, quàm eum, qui ſuam in ea ſapientiam vult oſtentare, & curioſiùs in eam inquirere. Si quis autem fortè deflexerit à gradu illo ſupremo ad ſcrutandum & inquirendum, ſatius ei eſt, ut inde educat Concluſiones Sapientiæ (*Philoſophicas, ad ſtabiliendam Legem, conf. par. 5. §. 1.*) quàm ut illis relictis amplectatur Opiniones malas, & Dubia quæ deducunt ad Interitum.

NOTÆ.

Paragrapho hoc oſtendit, quo ſenſu Oblationes dicantur Oblatio Domini, Panis Domini, Odor gratus Domini? *videlicet non ideò quod ex eis aliquam utilitatem percipiat Deus, ſed ut indicetur, quòd Ordinem hunc ſacrificiorum & cultuum præſcripſerit populi Iſraëlis causâ, ut ille per ejus obſervationem aptus & idoneus ſit ad Rem, ut loquitur, Divinam recipiendam, & Deus per illam in medio ipſorum habitet, ſeq́ cum illis conjungat. Quomodo hoc fiat, vel, cur Deus hac ratione voluerit coli & cum populo ſuo conjungi, ejus rei rationem non eſſe curioſiùs inveſtigandam, quòd nos mortales rationes conſiliorum Divinorum inquirere nec debeamus, nec poſſimus; ac proinde in ejus voluntate & præceptis acquieſcere debeamus, ſcribit Muſcatus. Illuſtrat hanc rem ſimilitudine, quâ totum Cultum Tabernaculi Moſaici comparat cum Homine Temperamentum exactè proportionatum & perfectum inde à nativitate adepto; quòd ſicuti tale Corpus nactus, aptus ſit ad recipiendam, non ſolùm Formam nobiliſſimam, ſc. Animam rationalem, & omnes ejus facultates, in gradu excellentiſſimo & eminentiſſimo, ſed & inſuper Lucem Divinam, per Prophetiam, & ſimilia Dona: ita quoq; Populus ille, qui hunc Ordinem cultuum ſacrorum, prout à Deo præſcriptus eſt, ritè obſervat, aptus ac idoneus ſit, ut Deus ſe ei conjungat non ſolùm per Legem & Præcepta, aliaq́ beneficia; ſed & ut quidam ex illis per donum ſingulare Prophetiæ & Sp. Sancti, ad Angelicum quaſi gradum aſcendant. Itaq; præſcriptum eſſe hunc ordinem à Deo, non quòd aliquis inde uſus ad Ipſum redeat, ſed quòd ipſi placuerit hâc viâ & ratione inter ipſos habitare & præſentiam ſuam exhibere, & ut ipſi ad hæc recipienda idonei reddantur. Sicut ait Chriſtus Joh.* 14.21. Qui tenet mandata mea, & ſervat illa, is eſt qui diligit me: qui autem diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & ipſi conſpicuum exhibebo me ipſum: *& v.* 23. Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & apud eum habitabimus. *Similitudinem hanc declarat, inſtitutâ comparatione inter Tabernaculum, ejusq́ Cultum, & Corpus humanum animatum tale, prout deſcriptum, quam explanat & exhibet Muſcatus in Tabula, quem Lector, ſi placet, adeat: quia ſatis eſt prolixa.*

Benè autem ſub finem §. addit, ſe non decernere, quòd præceptorum Cultus hujus Moſaici & Legalis hic unicus & ſolus ſcopus fuerit, ſed aliquid adhuc magis admirandum & eximium ſub eo occultatum fuerit. *Quid id fuerit, Judæi, quorum facies velo Moſaico obtecta eſt, quiq́ cæcitate à Deo percuſſi ſunt, non vident, neq; intelligunt; nos verò Chriſtiani id ex Novo Teſtamento, per Dei gratiam, & certiùs, & evidentiùs addiſcimus. Aplicatio interim*

terim illa, quam Author habet, non omninò eſt inepta, & tolerari atq; admitti aliquo modo poteſt, relata ad tempus Tabernaculi Moſaici ſtantis & vigentis; alterâ tamen, quam Apoſtolus in Epiſt. ad Hebræos oſtendit, quâ hæc omnia ad Chriſtum referuntur, quæq; præcipua eſt, non omiſſâ & excluſâ. Scopus ejus fuit Regi explicare, quòd ex his phraſibus & loquendi rationibus non ſequatur, Deo aliquid corporale attribui.

כז אמר הכוזרי הפליאת החבר במה שדמית אלא שהראש וחושיו לא שמעתי לו דמיון ולא לשמן המשחה:

כח אמר החבר אמת הוא ששורש החכמה מופקד בארון אשר הוא במדרגת הלב ושם עשרת הדברות ותולדותיהם והיא התורה מצדו כמה שאמר ושמת אותו מצד ארון ברית ה' ומשם תצאנ' השתי החכמות חכמת התורה ונושאיה הכהנים וחכמת הנבואה ונושאיה הנביאים והם היו כמו היועצים המתרים המזהירים. את האומה והמזכירים והכותבים והם ראש האומה:

כט אמר הכוזרי אם כן אתם היום גוף בלא ראש ובלא לב:

ל אמר החבר כן הוא כאשר אמרת ועוד ולא גוף אבל עצמות מפוזרות כמו העצמות היבשות אשר ראה יחזקאל ועם כל זה מלך כוזר העצמות אשר נשאר בהם טבע מטבעי החיי' וכבר היו כלים לראש וללב ורוח ונפש ושכל טובים

XXVII. *Coſri*; Admirabilem te, ô Socie, in hac Similitudine & Comparatione præſtitiſti. Verùm nullam audivi Similitudinem Capitis & Senſuum ejus, uti nec Olei Unctionis.

XXVIII. *Judæus*; Verum quidem hoc eſt: ſed Fundamentum Sapientiæ repoſitum fuit in Arca, (*quæ rationem habuit Cordis*) hoc eſt, In ea fuerunt Decem Præcepta (*Tabulæ lapideæ Decem præceptorum*): horumque proles (*præcepta reliqua*) Lex videlicet Moſaica, ad ejus latus, ſicut dicitur; *Et ponetis eum* (librum Legis) *à latere Arcæ fœderis Domini*, Deuter. 31. 26. Et ab his egrediuntur duæ Sapientiæ, (vel, *egreditur duplex Sapientia*); Sapientia videlicet *Legis*, quam portabant Sacerdotes; & Sapientia *Prophetarum*, (*præfigurata per Oleum unctionis, quod effuſum fuit ſuper caput Sacerdotis, ſcribit Muſcatus*,) quam portabant Prophetæ. Et hi fuerunt quaſi Conſiliarii, Monitores, & Ὑπομνηματογράφοι, & Caput Populi.

XXIX. *Coſri*; Si ita ſit, eſtis hodiè Corpus ſine Capite & Corde.

XXX. *Judæus*; Ita eſt, quemadmodum dixiſti; imò ne Corpus quidem habemus, ſed Oſſa duntaxat diſperſa, ſicut Oſſa illa arida, quæ vidit Ezechiel. Attamen, Rex Coſar, Oſſa talia, in quibus adhuc aliquid vigoris & vitæ ſupereſt, quæque olim fuerunt organa Capitis & Cordis, Spiritus item, Animæ, & Intellectus, meliora ſunt Corporibus formatis ex

lapide & calce, cum capite, oculis, auribus, & reliquis membris, in quibus nullus unquam Spiritus vitalis fuit, neque eſſe poteſt: ſed ſunt figuræ ſimiles figuræ Hominis, non autem ſunt Homines (*conf. ſup. par.* III. *§.* 9.).

XXXI. *Coſri*; Ita omninò eſt, ut dicis.

XXXII. *Judæus*; Nam (*cohæret cum §.*30.) populi Idololatrici mortui, qui volunt aſſimilari populo vivo, ſed nequeunt ulterius aſſequi, quàm Similitudinem aliquam externam, exſtruunt Domũ Deo, & non apparet in illâ ſignum Dei; Abſtinentiæ & Sanctimoniæ ſtudent, ut ipſis appareat Prophetia, & non apparet: Profanè egerunt, irritarunt Deum, & rebellarunt ei, neque tamen deſcendit ſuper eos Ignis è cœlo, vel plaga aliqua repentina, unde evidenter colligerent, pœnam ipſorũ eſſe à Deo. Et hujus rei causâ (*quia non poſſunt ſimiles fieri populo vivo*), licet infortuniũ patiatur, vel invadatur cor eorum, h.e. Domus, vel Templum, ad quod illi intentionẽ ſuam dirigunt (*in quo ſpes ſuas collocant*), non tamen mutantur Res eorum (*h.e. ipſi tamen non mutantur; ſicut mortuus, licet cor ejus lædatur, nõ mutatur*), ſed mutantur pro ipſorũ Multitudine vel Paucitate, Potentia vel Imbecillitate, Concordiâ vel Diſcordiâ (*ſc. in Bellis & præliis*) vel naturaliter & per accidens (*in aliis rebus*). Ad nos verò quod attinet, quando infeſtatur Cor noſtrum, h.e. Domus ſanctuarii noſtri, perimus, quando ſanatur, ſanamur & nos, ſive ſimus pauci ſive multi, & quocunque in Statu exiſtat Rector & Rex noſter, vel qui nobis dominatur. Qui verò nos in hoc noſtræ Diſperſionis & Captivitatis ſtatu conſervat & corroborat, eſt Deus vivus.

מהגופות מצויירות מאבן וסיד
בראשים ועינים ואזנים וכל
האיברים ולא חלה בהם מעולם
רוח חיה ואי אפשר שיחול
בהם אך המה צורות דומות
לצורות אדם ואינם אדם ׃

לא אמר הכוזרי כדברך כן
הוא ׃

לב אמר החבר כי האומו' עכום
המתות אשר חשבו להדמות
לאומה החיה לא יכלו אל יותר
מן הדמיון הנראה הקימו. בתים
לאלקים ולא נראה בהם
לאלקים אות ׃ הפרשו והנזרו
להראות עליהם הנבואה ולא
נראתה ׃ החניפו והכעיסו
ובעטו ולא ירדה עליהם אש מן
השמים ולא מגפת פתאום
כדי לברר אצלם שהוא עונש
מאת האלקים ועל הענין ההוא
נפגע לבם רוצה לומר הבית
ההוא שהם מכוונים אליו ולא
נשתנה עני' אבל ענינם
משתנה כפי רובם ומיעוטם
וחזקתם וחולשתם ומחלקותם
וחבורם ועל דרך הטבע ו
והמקרה ׃ ואנחני כשימצא
פגע את לבנו אשר הוא בית
מקדשינו אבדנו וכאשר ירפא
נרפא אנחנו בין שנהיה רב או
מעט ועל אי זה ענין שיהיה
מנהיגנו ומלכנו והמושל בנו
והמחזיק אותנו בענין הזה
שאנחנו בו מהפזור והגלות
אל חי ׃

XXXIII. *Coſri*;

לג אמר הכוזרי כן הוא כי
לא יעלה במחשבה שאומה מן
האומות יקרה בגלות הזאת
שלא תשתנה לאומה אחרת
כל שכן עם אורך הזמן הזה ;
וכמה אומות אבדו שהיו
אחריכם לא נשאר להם זכר :
מהם אדום ומואב ובני עמון
וארם ופלשת וכשדים ומדי
ופרס והברהמיים והצביים
וזולתם רבים ;

XXXIII. *Coſri*; Sic eſt: quia aliâs cogitari non poſſet, ut Gens aliqua in hujusmodi captivitatem veniat, & non mutetur in gentem aliam, accedente præſertim tantâ temporis longitudine. Etenim quot queſo populi poſt vos perierunt, adeò ut nulla planè ipſorum ſuperſit memoria, uti Idumæi, Moabitæ, Ammonitæ, Aramæi, Philiſtæi, Chaldæi, Medi, Perſæ, [1.] Brachmanides, [2.] Zabii, & alii multi?

N O T Æ.

[1.] *Heb.* הברהמיים) *Muſcatus ſcribit*; Fortasſis ſunt populi, qui ſuam originem aſcribunt Abrahamo, ac ſi diceres, האברהמיים *Abrahamides*, ſicut *Hagareni* dicuntur ab *Hagar*. Fieri etiam poteſt ut fuerint ex filiis concubinarum, quibus Abraham dedit dona, & eas dimiſit &c.

[2.] צביים) *Muſcatus iterùm*: Fortasſis ſunt מאנשי הצאבה Zabii, quorum meminit Majemonides in More par. 3. cap. 29. 30. Vel ſunt ex iis quorum mentio fit Geneſ. 10. ỳ. 2. *Et Schemêber*, מֶלֶךְ צְבֹיִים *Rex Zebojim*. Vel ſunt Sabæi, quorum mentio fit Eſa. 45. 14. & Ezech. 23. 42.

לד אמר החבר ואל תחשוב
כי מה שסייעתיך בדבריך הוא
ממני שאנחנו כמו הדבר המת
אבל יש לנו התחברות בענין
ההוא האלקי בתורות אשר
שמם ברית בינינו ובינו כמילה
שנאמרה בה והיתה בריתי
בבשרכם לברית עולם ; ושבת
שנאמר בה כי אות היא ביני
וביניכם לדורותיכם מלבד
ברית אבות וברית התורה
אשר כרת אתנו פעם אחת
בחורב ושנית בערבות מואב
עם הגמול והעונש התלויים
בה הנזכרים בפרשת כי תוליד
בנים וכמו פרשת והיה כי יבאו
עליך ושירת האזינו וזולתי זה

XXXIV. *Judeus*; Non eſt autem quod exiſtimes eò quòd tibi in verbis tuis adſtipulatus ſum (§. 30.); me tibi confeſſum eſſe & concesſiſſe, (*abſolutè ſc.*) nos eſſe inſtar rei mortuæ, ſed eſt nobis adhuc Conjunctio aliqua cum Re illa Divina per Leges, quas Fœderis loco poſuit inter ſe & nos; veluti eſt *Circumciſio*, de qua dicitur; *Et erit fœdus meum in carne veſtrâ in fœdus perpetuum*, Geneſ. 17. ỳ. 13. Item *Sabbathum*, de quo dictum eſt; *Quia ſignum eſt inter me & vos in generationes veſtras*, Exod. 31. 13. præter *Fœdus* cum Patribus noſtris initum, & *Fœdus Legis*, quod *primò* nobiſcum pepigit in Horeb, *ſecundò* in campeſtribus Moab, unà cum præmiis & pœnis ei annexis, quæ recenſentur Deut. 4. ỳ. 25. & 30. 1. & Deut. 32. aliisque in locis

Neque ſumus in gradu Mortuorum, ſed ſumus in gradu Ægroti (*vide Muſcat. Alia lectio* הנשדף) contabefacti, de cujus curatione omnes Medici deſperant, qui verò ſanitatem ſperat miraculosè, & inuſitato planè modo, ſicut Scriptura ait; *An reviviſcent oſſa iſta* &c.? Ezech. 37. 3. Perfectè autem deſcribitur ibi ubi dicitur; *Ecce proſperabitur ſervus meus* Eſa. 52. 13. ex ſtatu ſc. illo, in quo *nulla ei forma neq; decor eſt, coram quo omnes faciem ſuam abſcondunt, qui viliſſimus eſt, & quem nihili reputamus*; propter ſummam ſc. ejus deformationem & mutationem, quemadmodum à rebus ſordidis, quas homo nonniſi cum nauſea poteſt aſpicere, faciem ſuam avertit; *Contemptus, & abjectiſſimus virorum, vir dolorum, & familiaris morbo.* Eſa. 53. 2. 3.

XXXV. *Coſri*; Quomodo verò hoc accommodari poteſt ad Iſraëlem, cùm dicatur ibi; *Certè morbos noſtros ipſe pertulit*, ℣. 4. Iſraëlitis autem nihil accidit, niſi propter iniquitates ipſorum proprias?

XXXVI. *Judaus*; Iſraëlitæ inter populos ſunt inſtar Cordis ad reliqua membra, quod pluribus, quàm omnia, ægritudinibus eſt obnoxium, ſimul etiam omnium ſaniſſimum.

XXXVII. *Coſri*; Hoc mihi latiùs explica.

XXXVIII. *Judaus*; In continuis quippe Cor eſt ægritudinibus, & invadunt illud quovis tempore, Curæ, Solicitudines, Mœrores, Timores, Vindictæ cupiditas, Odium, Amor, & varia pericula: Temperamentum etiam ejus variè, pro varietate mutationis temporum, mutatur, ſecundum magis & minus; præterquàm quòd etiam Cibi mali & inſalubres, Potus inſalubris, Motus, La-

ואין אנחנו במעלת המת אך
אנחנו במעלת החולה הנשחף
שנתיאשו מרפואתו כל ה
הרופאים והוא מקוה רפואה
מצד המופת ושנוי המנהג כמו
שאמ׳ הכתוב התחיינה ה
העצמות האלה ׃ ונשלם
המאמר בהנה ישכיל עבדי מן
לא תאר לו ולא הדר וכמסתר
פנים ממנו נבזה ולא חשבנוהו
רוצה לומר משנוי הנראה
ורוע מראהו כמו דברים ה
המטונפים שיש לאדם א
אסטניסות להביט אליהם
ומסתיר פניו מהם נבזה וחדל
אישים איש מכאובות וידוע
חולי ׃

לה אמר הכוזרי ואיך יהיה
זה משל לישראל והוא אמר
אכן חליינו הוא נשא וישראל
לא מצא אותם מה שמצאם
כי אם בעונותם ׃

לו אמר החבר ישראל ב
באומות כלב באיברים הוא
רב חליים מכלם ורב בריאות
מכלם ׃

לז אמר הכוזרי הוסף לי עוד
ביאור ׃

לח אמר החבר שהוא ב
בחלאיים מתמידים ופוגעים
אותו בכל עת מדאגות ויגונו׳
ופחד ונטירה ושנאה ואהבה
וסכנות ומזגו עם העתים
בהפך ובשנוי מתוספת ו
ומגרעת מבלעדי המאכלים
הרעים והמשתה הרע ו
והתנועות והטרחים והשינה

bores &

והקיצה כלם פועלים בו ׃
וזולתו מן האיברים במנוחה ׃
לט אמר הכוזרי כבר נתבאר
לי איך הוא רב חליים מכל
האיברי' באר לי איך הוא רב
בריאות מכלם ׃
מ אמר החבר היתכן ש
שתתעכב בו ליחה שתעשה
בו מורסא או סרטן או תבלול
או חבורה או בטול ההרגש'
או רפיון כאש' יתכן להתעכב
בשאר האיברי' ׃
מא אמר הכוזרי זה לא יתכן
כי ביותר מעט מזה והיה המות
ושהלב בזכוך הרגשתו מפני
זכות דמו ורב כחו הוא מרגיש
בדבר המועט שיפגעהו ודוחה
אותו מעליו בעוד שתשאר בו
יכולת לדחות וזולתו איננו
מרגיש הרגשתו ומתעכבת בו
הליחה עד שיעשו ממנה
החלאים ׃
מב אמר הכוזרי אם כן צערו
והרגשתו הם מביאים עליו רב
החלאי' והם הסבה לדחותם
מעליו בהתחלת פגיעתם קודם
שיתישבו ׃
מג אמר הכוזרי כן הוא ׃
מד אמר החבר וכן הענין ה
האלקי ממנו כמעלת הנפש מן
הלב ועל כן אמר רק אתכ'
ידעתי מכל משפחות האדמה
על כן אפקוד עליכם ׃ ואלה
הם החלאים אבל הבריאות
מה שאמרו רבותינו מוחל
לעונות עמו ישר' מעבר ראשון

bores & Defatigationes, Somnus, Vigiliæ &c. in illud agunt; reliquis membris in quiete & tranquillitate permanentibus.

XXXIX. *Coſri*; Satis mihi declaratum eſt, quâ ratione Cor præ reliquis membris ſit pluribus expoſitum ægritudinibus: Expone mihi etiam, quomodo ſit omnium ſaniſſimum?

XL. *Judæus*; Num competit ei, ut in eo moretur Humor, ex quo fiat Ulcus, Cancer, Suffuſio, vel Puſtula? aut Senſationis ceſſatio vel remiſſio? prout id fieri poteſt in reliquis membris?

XLI. *Coſri*; Hoc fieri non poteſt: nam minimum horum foret mors præſentanea, & quia cor puriſſimo ſuo ſenſu, propter puritatem ſui ſanguinis, & multiplicem virtutem ſuam, minimam quamque rem ſentit, quæ ipſi accidit, eamque à ſe depellit quamdiu in eo vis depellendi ſupereſt: Alia verò membra non ita exactè ſentiunt, unde in illis humor vitioſus detinetur, ex quo dein oriuntur morbi.

XLII. *Judæus*; Itaque ſagacitas & ſenſus ejus multos ei adferunt morbos, & eadem cauſa ſunt, ut illos ab initio ſtatim invaſionis illorum à ſe depellat, antequam confirmentur & inveteraſcant.

XLIII. *Coſri*; Ita eſt.

XLIV. *Judæus*; Sic gradus Rei Divinæ relatus ad nos eſt, qualis eſt Animæ ad Cor (vel, *ſic ſe habet Res Divina ad nos, ut Anima ad Cor*). Idcirco dicitur; *Tantummodò vos novi ex omnibus familiis terræ, idcircò viſitabo ſuper vos omnes iniquitates veſtras*, Amos 3. 2. ubi habemus *Morbos & ægritudines*. De *Sanitate* autem habemus in eo quod Rabbini noſtri dicunt; *Ignoſcens iniquitatibus populi*

ראשון

ראשון כי איננו מניח עונותינו להתעכב עלינו והיו גורמים לאבדנו לגמרי כאשר עשה האמורי שאמר עליו כי לא שלם עון האמורי עד הנה והניחו עד שהתחזק חולי עונותיו ו והמית אותו וכאש' הלב מ משרשו ועצמו שוה המזג דבקה בו נפש החיה כן ישראל מצד שרשם ועצמם וכאשר ישיג הלב משאר ה האיברים חלאים מתאוות הכבד והאצטומכא והביצים מרוע מזגם כן ישראל ישיגום החלאים מהתדמות' בגוים וכמו שאמר ויתערבו בגוים וילמדו מעשיהם : ואל יהי רחוק בעיניך שיאמר בכמות זה אכן חלינו הוא נשא : ואנחנו בצרה והעולם במנוחה והצרות המוצאות אותנו סבת לתקנת תורתינו ובור הבר ממנו ויציאת הסיגים מתוכנו ובבורנו ותקוננו ידבק הענין האלקי בעולם כמו שידעת כי היסודות נהיו להיו' מהם המוצאים ואחר כן הצמח ואחר כן החיים ואחר כן האדם ואחר כן סגולת האדם : והכל נהיה בעבור הסגולה ההיא להדבק בה הענין ה האלהי והסגולה ההיא בעבור הסגולה כמו הנביאים ו

ſui Iſraëlis, מעביר ראשון ראשון *tranſire faciens primum primum*; quia ſc. non ſinit iniquitates noſtras morari ſuper nobis, ut totalem noſtrum interitum cauſentur, ſicut fecit Emorræis, de quibus dicitur; *Quia hucusq; non eſt perfecta iniquitas Emorrhæi*, Geneſ. 15. 16. relinquens ſc. eum, donec confirmaretur morbus iniquitatum ejus, & eum occideret. Et quemadmodum Cor à radice & ſubſtantia ſua (*in ſe & ſubſtantia ſua*) æqualis & rectificati eſt temperamenti, ad recipiendam animam vitalem; ſic Iſraëlitis, ratione radicis & ſubſtantiæ ipſorum (*Patrum ipſorum, Abrahami, Iſaaci & Jacobi*) adhæret Res Divina. Et quemadmodum Cor pluribus obnoxium eſt morbis quàm reliqua membra, à concupiſcentiis Hepatis, Stomachi, & Teſticulorum, ex pravo ipſorum temperamento: ſic Iſraëlitas comprehendunt morbi ex continua ipſorum inter Gentes converſatione, ſicut dicitur; *Et commiſcuerunt ſe cum Gentibus, & didicerunt opera ipſorum*, Pſal. 106. 35. ut haud abſurdè ad hujusmodi morbos applicari poſſit, quod dicitur: *Certè morbos noſtros ipſe perfert*, Eſa. 53. Et dum nos ſumus in anguſtia, mundus eſt in quiete. At afflictiones noſtræ cauſa ſunt reſtaurationis Legis noſtræ, & ſelectionis puriſſimi tritici (*à paleis*), ſeparationisq; ſcoriarum è medio noſtri: per noſtri autem purificationem & reformationem adhæret ſeu habitat Res Divina in mundo (*per nos*), ſicut noſti quòd ex Elementis generentur primò Metalla, deinde Plantæ, exinde Animalia, poſt hæc Homo, & denique Peculium Hominum. Et propter hoc peculium fiunt omnia cætera, quòd ei adhæreat Res Divina: Peculium autem illud, propter peculium peculii, quales ſunt Prophetæ & Viri Sancti (*conf. par. I.*

והחסידים ועל זה הדרך נסדר
מאמר האומר תן פחדך ה'
אלקינו על כל מעשיך ואחר כן
תן כבוד לעמך ואחר כן צדיקים
יראו וישמחו מפני שהם סגולת
הסגולה :

מה אמר הכוזרי כבר העירות
החבר ודמית והטבת לחעיר
ולדמות אבל היה צריך שנראה
בכם מהפרושים והעובדים
יותר ממה שהם בזולתכם :

מו אמר החבר כמה קשה
עלי שכחתך מה שהקדמתי
לך מן השרשים והודית אתה
בהם הלא הסכמנו כי לא יתכן
להתקרב אל האלקי' כי אם
במעשים מצוים מאת האלקים
התחשוב כי הקורבה היא
השפלות והכניעה והדומה
להם :

מז אמר הכוזרי כן עם הצדק
וכן אני חושב וכן קראתי
בספריכם כמו שאמר מה ה'
אלקיך שואל מעמך כי אם
ליראה : . ואמר מה ה' דורש
ממך כי אם עשות משפט
ואהבת חסד וזולת זה הרבה :

מח אמר החבר אלה והדומה
להם הם החקים השכליים
והכם ההקדמות וההצעות
לתורה האלקית קודמת
לה בטבע בזמן אי אפשר ב
בלעדיהם בהנהג' איזו קהלה

par. 1. *à* §. 31. *ad* 47.). Et juxta hunc ordinem procedit dictum illius qui dixit; *Da pavorem tuum, Domine Deus noſter, ſuper omnia opera tua*; & poſtea; *Da gloriam populo tuo*; dehinc, *Juſti videbunt & lætabuntur*; eò ſc. quòd ipſi ſunt Peculium peculii.

XLV. *Coſri*; Rectè hactenus, Socie, de his monuiſti, & comparationes has inſtituiſti; verùm ita neceſſarium eſſet, plures inter vos reperiri debere viros Sanctimoniam profitentes (פרושים *qui ſe à mundo & ſocietate hominum ſeparant, ſolitariam in ſylvis, montibus, deſertis, vitam agentes*) & Cultores Dei (*Cultui Divino totos & unicè addictos, & ejus causâ corpus ſuum variè affligentes*), quàm inter alios populos (*quòd verò non eſt*).

XLVI. *Judæus*; Perquàm moleſtum mihi eſt, quòd oblitus ſis eorum fundamentorum quæ antè tibi dixi, quæque tu amplexus es & admiſiſti. Annon convénit inter nos, Non poſſe appropinquare hominem ad Deum, niſi per opera à Deo præcepta? An exiſtimas Appropinquationem eſſe Humiliationem, Demiſſionē, & ſimilia?

XLVII. *Coſri*; Ita ſanè eſt, ſiquidem hæc conjuncta ſint cum Juſtitia & pietate (*ut referantur ad Dei gloriam*); & ſic ego exiſtimo, ſic quoque legi in libris veſtris, ſicut dicitur; *Quid petit Dominus Deus tuus à te, niſi ut timeas Dominum Deum tuum?* Deut. 10. 12. Item; *Quid requirit Deus à te, niſi ut exerceas jus & benignitatem?* Mich. 6. 8. & ſimilia multa.

XLVIII. *Judæus*; Hæc & ſimilia, ſunt Statuta Intellectualia (השכליים *quæ naturalis ratio & intellectus ipſe, ceu juſta & æqua, obſervanda judicat*, Leges naturæ) & ſunt προγυμνάσματα vel principia & præparatoria ad Legem Divinam, præcedentia eam naturâ & tempore, ſine quibus nulla hominum ſocietas poteſt conſiſte-

re, adeò ut ne quidem ipſi latrones queant eſſe ſine juſtitia inter ſeſe, utpote ſine qua ipſorum ſocietas non poſſet ſubſiſtere. Et cùm eò perveniſſet Iſraëlitarum rebellio & contumacia, ut iſtas Leges Intellectuales (*naturales*) & Politicas negligerent, ſine quibus nulla congregatio conſervari poteſt (ſicut nullus homo ſingularis carere poteſt rebus naturalibus, ut putà Cibo, Potu, Motu, Requie, Somno, Vigiliâ); & tamen retinerent cultus Oblationum, & ſimiles Leges Divinas acroamaticas (*ab auditu ſolùm & authoritate Dei dependentes*), perinde ac ſi in his levioribus acquieſceret, dixit; *Utinam cuſtodiretis Leges, quas minima quæq; congregatio obſervat, obſervando juſtitiam & viam bonam, gratiaſq; agendo Deo Creatori pro bonis ejus!* Leges enim Divinæ non perficiuntur, niſi perfectis ſeu, perfectè obſervatis Legibus Politicis & Intellectualibus: & ab his proficiſcitur Juſtitia, & Gratiarum actio pro Bonis Creatoris: qui has non obſervat, quomodo obſervabit Oblationes, Sabbathum, Circumciſionem, & alias, quas Intellectus humanus nec affirmat, nec negat (*non capit*)? Quibus filii Iſraëlis peculiari privilegio ſunt donati, ceu auctario Legum civilium & politicarum, & per quas Rei Divinæ fiunt compotes (*conf. par. 3. §. 7.*); ignorantes, quæ ſit earum intentio, quare ſc. ita ſint latæ, & non aliter, ſicuti nec ſciunt, quomodo deſcenderit Gloria Domini inter ipſos, vel Ignis Domini ſuper Oblationes ipſorum? quomodo audiverint Sermonem Dei (*conf. par. 1. §. 89.*)? quomodo item evenerint eis omnia, quæ ipſis evenerunt, quæ mentes non admitterent & crederent, niſi pu-

שתהיה מבני אדם עד שקהל הלסטים אי אפשר שלא יקבלו הצדק ביניהם ואם לא לא היתה מתמדת חברתם וכאשר הגיע המרי מבני ישראל אל ענין שהקלו בתורות השכליות והמנהגי' אשר אי אפשר מבלעדיהם לכל קהלה כאשר אין אפשר לכל יחיד מבלעדי הדברים הטבעיי' מאכילה ושתייה ותנועה ומנוחה ושינה ויקיצה והחזיקו עם זה בעבודות בקרבנות וזולתם מן התורות האלקיות השמעיות הסתפק מהם בפחות ואמר ולואי שתשמרו התורות ששומרים אותם הפחותת שבקהלות מקבלת הצדק והדרך הטובה וההודאה בטוב הבורא כי התורות האלקיות לא תשלמנה אלא אחר השלמת התורות המנהגיות והשכליות ובתורות השכליות קבלת הצדק וההודאה בטוב הבורא ומי שלא החזיק באלה איך מחזיק בקרבנות ובשבת והמילה וזולתם ממה שאין השכל מחייבו ולא מרחיקו והם התורות אשר בהם התיחדו בני ישר' תוספת על השכליות ובהם היה להם יתרון הענין האלהי ולא ידעו איך יתחייבו אלו התורות כאשר לא ידעו איך ירד כבוד ה' ביניהם ואש ה' על קרבנותם ואיך שמעו דבור האל ואיך אירע להם כל מה שאירע ממה שאין הדעות

blicæ

מקבלות אותו לולי המעמדות
וראות העין אשר אין בו מדחה
ועל הדרך הזה נאמ' להם
ומה ה' דורש ממך ׃ ועולותיכם
ספו על זבחיכם וזולת זה ממה
שדומה לו ׃ היתכן שיחזיק
הישראלי בעשות משפט ו
ואהבת חסד ויעזוב המילה
והשבת ותירות הפסח ושאר
התורות ויצלח ׃

מט אמר הכוזרי לא כפי אשר
הקדמת אבל דעת הפילוסופי'
יהיה אדם חסיד ולא ירגיש
באי זו דרך שיתקרב אם ב
בהתיהד או בהתנצר או בזולת
זה או בדבר שיבדה לעצמו
וכבר שבנו אל ההקשה ו
והסברא השכלית והתחכמות
ויהיו כל בני אדם משתדלים
לקבוע תורה במה שמביאה
אליו הקשתם וזה בטל ׃

נ אמר החבר והתורה ה
האלהית לא העבידה אותנו
בפרישות אך בדרך השוה
ולתת לכל כח מכחות הנפש
והגוף חלקו בצדק מבלי רבוי
כי הרבוי בכח אחר קצור בכח
אחר ומי שנט' עם כח התאוה
קצר בכח המחשבה ׃ ובהפך
מי שנטה עם הנצחון קצר
בזולתו ואין רב התענית עבודה
למי שתאוותיו חלושות ו

blicæ Stationes, & Oculares viſiones, quæ ſunt irrefutabiles, acceſſiſſent? (*vide par.* 1. *à §.* 83. *ad §.* 87.). Et hoc ſenſu dictum eſt eis; *Nunc ergò quid à te requirit Deus* &c. Item; *Holocauſta veſtra adjicite ad Sacrificia veſtra*, &c. (*quæ ibi ſequuntur*) Jer. 7. 21. & his ſimilia. Numquid enim fieri poſſet, ut Iſraëlita aliquis faciendo Judicium, & amando Benignitatem; Circumciſionem verò, Sabbathum, Paſcha, & reliquas Leges omittendo, proſperaret?

XLIX. *Coſri*; Nequaquam, juxta ea quæ præmiſiſti, ſed ex ſententia Philoſophorum poteſt eſſe Homo Sanctus, qui tamen nullam certam amplectatur Religionem cui ſe adjungat, & cui perinde eſt ſive fiat Judæus, ſive Chriſtianus, ſive alterius religionis, ſive ſibi ipſi propriam religionem fingat (*conf. par.* 1. *§.* 1.). Sed hac ratione revertimur ad puram Ratiocinationem, Opinionem intellectualem, & Propriam Sapientiam, omneſque homines conabuntur figere ſibi Legem (*religionem*) talem, qualem Ratiocinatio illorum ipſis dictaverit. Hoc verò frivolum eſt & vanum.

L. *Judæus*; Lex verò Moſis non imponit nobis Servitutem vel jugum per הפרישות Vitam ſeparatam & Sanctam, ſed viam præſcribit & rationem vivendi æquabilem (*tolerabilem*), ut unicuiq; facultati animæ, & corporis, tribuamus demenſum ſuum ſecundum juſtitiam, ſine Exceſſu & ſuperfluitate (*conf.* 3. *par.* 22.): nam quod uni parti vel facultati nimium tribuitur, detrahitur facultati alteri; veluti; qui Concupiſcentiæ ſuæ nimis largitur, detrahit facultati Cogitativæ, & vice verſâ: & qui הנצחון Victoriæ cupiditati vel Ambitioni nimis deditus eſt, deficit in aliis: Neq; Jejunium multũ pro Cultu cenſetur in eo, cujus cupiditates

& facultates ſunt debiles, quique corpore eſt macilento: ſed huic melius eſt, ut oblectet, curet & reficiat corpus ſuum: Neque etiam Diminutio Facultatum & opum Cultus habetur; quando illa fit de eo quod eſt ſuperfluum, & ſine labore, ſi etiam opes illæ eum non impediant à comparanda ſapientia, & ab operibus bonis; nedum quando familiam habet & liberos, & cupit eas expendere ad Dei gloriam: tali quippe ampl. opes ſunt neceſſariæ & requiſitæ. Summa: Lex noſtra diviſa eſt (*medium tenet*) inter Timorem, & Amorem ac Lætitiam, ut ad Deum accedere poſſis per utramvis harum; neque Humiliatio tua tempore Jejunii propiùs te Deo adjungit, quàm Lætitia tua in diebus Sabbathorum & Solennitatum; ſiquidem lætitia tua fiat debita cum intentione, devotione, & corde perfecto. Et quemadmodum ad Preces requiritur Cogitatio & Intentio: ſic Lætari ſecundum præcepta & Leges ejus (*Dei*), requirit Cogitationem & Intentionem; ut ſc. læteris ob Præceptum ipſum, ex amore præcepti, & agnoſcas eum qui benè tibi facit per illud (*præceptum*), perinde ac ſi venires in ejus hoſpitium, invitatus ad menſam ejus, & deliciis ipſius fruendum; ac proinde illi hoc nomine in occulto & in propatulo (*privatim & publicè*) gratias ages; quin &, ſi lætitia te inceſſat ad cantandum vel etiam ſaltandum, pars Cultus illud quoque cenſebitur, & Conjunctionis cum Re Divina. Hæc autem (*quantum ſc. unicuiq; facultati ſit tribuendum, ut ſuprà fuit &c.*) non reliquit Lex in medio & arbitraria omnibus, ſed ſunt ſub traditione (*limitata variis ſpecialibus præceptis & Legibus, quas Iſraëlitis dedit*): non enim eſt in poteſtate vel facultate hominum, diſtribuere vires facultatum corporis & animæ. Hinc

וכחותיו חלושים תופו רזה אבל טוב שיעדן גופו ׃ ולא המעטת הממון עבודה כאשר יזדמן מן המותר מבלי יגיעה ולא יטרידהו קנותו מן החכמה והמעשים הטובים כל שכן למי שיש לו טפול ובני ומאוויו להוציא לשם שמים אך הרבוי יותר נכון לו וכללו של דבר כי תורתינו נחלקת בין היראה והאהבה והשמחה תתקרב אל אלקיך בכל אחת מהנה ואין כניעתך בימי התעניות יותר קרובה מן האלקים משמחתך בימי השבתות והמועדים כשתהיה שמחתך בכונה ולב שלם ׃ וכמו שהתחנונים צריכים מחשבה וכונה כן השמחה במצותו ובתורתו צריכים מחשבה וכונה שתשמח במצוה עצמה מאהבתך המצוה בה ותכיר מה שהטיב לך בה וכאלו אתה בא באכסנייתו קרוא אל שולחנו וטובו ותודה על זה במצפון ובגלוי ואם תעבור בך השמחה אל הנגון והרקוד היא עבודה ודבקה בענין האלקי ואלה הדברים לא הניחה אותה התורה מופקרים אבל כלם תחת מסורת מפני שאין ביכולת בני אדם לחלק תקנות

כחות הנפש והגוף: ושיער מה
שראוי להם מהמנוחה ו
והתנועה ושיער מה שתוציא
הארץ עד שתשבות בשמיטה
ויובל ויתן ממנה המעשרו'
וזולתי זה: וצוה על שביתת
השבת ושביתת המועדים
ושביתת הארץ והכל זכר
ליציאת מצרים וזכרון למעשה
בראשית מפני ששני הענינים
דומים מפני שנעשו בחפץ
האלקים לא במקרה ולא
בטבע: וכאשר אמר יתברך כי
שאל נא לימים ראשונים
אשר היו לפניך: השמע עם
קול אלקים או הנסה אלקים
והיתה שמירת השבת היא
בעצמה ההודאה באלהות
אבל כאלו היא הודאה מעשית
כי מי שמקבל מצות שבת
בעבור שבה היה כלות מעשה
בראשית כבר הודה בחדוש
מבלי ספק ומי שהודה בחדוש
הודה במחדש העושה ית'
ומי שלא קבלה יפול בספקות
הקדמות ולא תזך אמונתו
לבורא העולם אם כן שמירת
השבת מקרבת אל הבורא
יותר מהפרישות והנזירות:
וראה היאך שב הענין האלהי
הדבק באברה' ואחר כן בהמון
סגולתו ובארץ הקודש' מביא
הענין מדרגה אחר מדרגה
ונזהר בזרע עד שלא נמלט
מהם אחד והניח אותם בטוב
שבמקומות והפרם והרבם

Hinc æſtimavit, quantum ipſis conveniat Motûs & Quietis; quantum proferre debeat Terra, donec quieſcat in Anno Intermiſſionis & Jubilæo; Dationem Decimarum, & alia: Sic præcepit Celebrationem Sabbathi & Solennitatũ, ut & Sabbathiſmũ Terræ; hæcque omnia in memoriam exitûs ex Ægypto, & ut eſſent memoriale Operis Creationis, quia ambo hæc ex æquo facta ſunt ex voluntate & beneplacito Dei, non per accidens, vel naturaliter, ſicut Deus Benedictus ait; Deuteron. 4. verſ. 32. *Interroga nunc dies priſcos, qui fuerunt ante te* &c. ℣. 33. *Num audierit ullus populus vocem Dei loquentis è medio Ignis* &c. ℣. 34. *Aut num tentaverit Deus*, &c. Et obſervatio Sabbathi ipſa, eſt Confeſſio Deitatis, ſed Confeſſio quaſi practica. Qui enim recipit præceptum Sabbathi ideò, quia in eo conſummatum ſit Opus Creationis, is utique jam confitetur Novitatem Mundi: qui verò fatetur Novitatem, confiteri quoque neceſſe habet Innovatorem & Creatorem Deum Benedictum: qui verò non recipit illud (*præceptum*) incidit in dubitationem de Æternitate (*Mundi*), neque pura vel clara eſt fides ejus in Creatorem Mundi. Ex quibus conſequitur, Obſervationem Sabbathi magis nos Deo propinquos reddere, quàm Phariſaiſmum, & Naſireatum (*quàm ſeparatam & ſanctam vitam*, ut *ſuprà*). Ad hæc animadverte, quâ ratione Res Divina adhærendo Abrahamo, & dein Multitudini peculii ejus, & in terra ſancta, deduxerit totam rem gradatim ad perfectionem ſuam; quàm accuratè inſuper vigilaverit in ejus ſemine, adeò ut ne unicus quidem exciperetur, eosque collocaverit in locorum optimum (*terram*

Aegypti, & in eâ in terrâ Goſen) ibidemque mirum in modum fœcundarit & multiplicârit, uſq; dum eos inde tranſtuliſſet, & plantaſſet in Terrâ peculio deſtinatâ; Unde vocatur *Deus Abrahami, & Deus Iſaaci, & Deus Jacobi*, Exod. 4. quemadmodum vocatur, *Inſidens vel inhabitans in Cherubinis* (in Arca), Pſal. 80.2. *Habitans in Tzijone*, Pſal. 9.12. *Habitans in Hieruſalem*, Pſal. 135.21. (*quæ tria reſpectum habent ad tres illos Patriarchas, vide Muſcat.*) comparando (*hæc tria loca*) cum Cœlis, ſicuti alibi ſimiliter dicitur; *Habitans in cœlu*, Pſal. 123.1. eò ſc. quòd Lux ejus in his (locis) viſa fuerit & apparuerit, ſicut videtur in cœlis, quamvis mediante populo (*propter populum*) qui dignus erat accipere Lucem illam, quam ipſe ſuper eos effudit. Et hoc vocatur *Amor Dei*, cujus fides & confeſſio præſcripta eſt in precatione quæ incipit אהבת עולם אהבתנו *Amore, vel, Dilectione perpetuâ dilexiſti nos*; ut ad animum revocemus, Principium noſtri eſſe ab ipſo & non ex nobis. Quemadmodum ex. gr. dicimus de Animali, quòd non creaverit ſe ipſum, ſed quod Deus illud formarit, prout vidit materiam formę illi convenientem: ſic Deus eſt qui incepit educere nos ex Ægypto, ut eſſemus ei in populum peculiarem, & ipſe nobis in Regem, ſicuti iteratò vel ſæpiùs dixit; *Ego ſum Dominus Deus veſter qui eduxi vos ex Aegypto, ut eſſem vobis in Deum*, Levit 11. ℣. 45. & 22. 33. & 25. 38. Num. 25. 41. Item; *Iſraël, in te gloriaturus ſum*. Eſa. 49.3.

הרבוי ההוא המופלא עד שהעתיק אותם ונטעם באדמת הראויה לסגלה ונקרא אלהי אברהם ואלהי יצחק כאשר נקרא יושב הכרובים ויושב ציון ושוכן ירושלם לדמותם בשמים כמו שאמר היושבי בשמים מפני הראות אורו באלה כהראותו בשמי אך במצוע עם ראוים לקבל האור ההוא והוא מאציל אותו עליהם ונקרא זה ממנו אהבה והיא אשר נקבעה לנו ונתחייבנו להאמינה ולהודות עליה באהבת עולם אהבתנו כדי שנשי׳ אל לבנו שההתחלה ממנו לא ממנו אנחנו כמו שנאמר בבריאת החי על דרך הדמיון שהוא לא ברא את עצמו אך האלהים יצרו והתקינו כאשר ראה חומר שראוי לאורה ההיא כן הוא יתברך המתחיל להוציאנו ממצרי׳ להיות לו לעם סגולה ויהיה לנו למלך כאשר הוא אומר ושונה אני ה׳ אלהיכם המוציא אתכם ממצרים להיות לכם לאלהים ׃ ועוד שאמר ישראל אשר בך אתפאר ׃

נא אמר הכוזרי כמה יצא המאמר במקום הזה יציאה גדולה ׃ ומאלה המליצה מחילה רבה שיהיה הבורא מתפאר בבשר ׃

LI. *Coſri*; Quantopere, bone Deus, exorbitat vel extravagatur hujus loci dictum! Nimis libera & liberalis eſt loquutio dicere, *quòd Creator glorietur in Carne!*

LII. *Judæus*;

נב אמר החבר היה זה קל בעיניך בבריאת השמש ׃

נג אמר הכוזרי כן מפני גודל מעשיה מפני שהיא אחר הבורא הסבה בהויה ובה ובעבורה מסתדר הלילה והיום ופרקי השנה וההוים המוצאים והצמח והחיים ובאורה הבהירה תהיה הראות והמראים הנראים ואיך לא יהיה בריאתה תפארת לעושה אצל המדברים ׃

נד אמר החבר והלא אור הלבבות יותר דק ומעולה מאור הראות והלא היו כל אנשי העולם בעורון ובתעות קודם בני ישראל זולתי היחידי׳ אשר זכרנום והיה מהם עם שאומרים שאין בורא ושאין חלק מן העולם יותר ראוי שיהיה נברא ממה שיהיה בורא אך הכל קדמון ׃ ועם אחר אומרים שהגלגל הוא הקדמון ובורא הכל ויעבדוהו ׃ ועם אחר טועים שהאש הוא עצם האור והמעשים החזקים והמופלאים והיא שראויה לעבוד ושהנפש היא אש ׃ ועם אחר עובדים זולת זה משמש וירח וכוכבים וצורו׳ בעלי חיים נתלות בצורות הגלגל ׃ ועם אחר עובדים מלכיהם או חכמיהם וכלם מסכימים שאין נראה בעולם דבר יוצא מן המנהג והטבע עד אשר הפילוסופים אשר אשר דק

LII. *Judæus*; An hoc levius & facilius foret tibi, ſi diceretur de Sole? *(quòd ſc. de ejus creatione glorietur Deus)?*

LIII. *Coſri*; Omninò; propter magnitudinem ejus operationum: Ipſe enim *(Sol)* poſt Deum cauſa eſt generationis, & per illum, ac propter illum, ordinantur Nox & Dies, Anniq; tempora; Generabilia; veluti Mineralia, Plàntæ, Animantia: Per Lucem ejus claram fit Viſus, & Colorum apprehenſio: Cur itaque ejus Creatio non Gloria eſſet Creatori apud Ratione prædito*s*?

LIV. *Judæus*; Annon verò Lux Cordium ſubtilior & nobilior eſt Luce viſus *(externi)*? Et annon omnes mundi homines in cæcitate & errore fuerunt ante filios Iſraëlis, exceptis ſingularibus illis, quorum alibi meminimus *(par.1.§.47. & §.95.)*? Quidam enim eorum fuerunt, qui aſſerebant, Non eſſe Creatorem, neque de ulla mundi parte magis dici poſſe, quòd ſit Creata, quàm quòd ſit Creator, & omnia eſſe æterna. Alii aſſeruerunt, Sphæram cœleſtem *(Cœlum)* eſſe æternam, & Creatorem omnium, unde & illi cultum exhibuerunt *(Vide More par 3. cap.29.)* Alii delirabant, Ignem eſſe ſubſtantiam *(Cauſam)* Lucis, & operationum omnium fortiſſimarum & admirandarum, ac propterea illum colendum eſſe; Animam item eſſe Ignem *(vide Ariſtot. lib.1. de Anima)*. Alii fuerunt, qui colebant Solem, Lunam, & reliquos Planetas: figuras item Animalium, quæ ſunt in duodecim ſignis Zodiaci: Alii coluerunt Reges & ſapientes ſuos: Omnes autem in hoc conſentiebant, nihil in mundo conſpici inuſitatum & præternaturale *(miraculoſum)*, adeò ut etiam ipſi Philoſophi, qui ſub-

tilioris & ſagacioris erant ingenii, quique faſſi ſunt, Cauſam primam non eſſe ſimilem cæteris rebus; ratiocinatione tamen ſuâ eò inclinarint ut dixerint, Deum non agere in mundum, multò minus in particularia, à quorum ſcientia ipſum propter Eminentiam ejus eximunt (*quorum ſcientiam illum habere negant*); nedum ut in eis aliquid mutet; Donec tandem purificatus & illuſtratus eſſet. Cœtus ille, qui dignus habebatur, ſuper quo Lux habitaret, cui prodigia tremenda fierent, & in cujus gratiam conſuetudines ſeu ordinarii Naturæ curſus mutarentur, cuique ad oculum pateſieret & apparêret, Mundum habere Dominatorem, Conſervatorem, Ordinatorem, (Gubernatorem) & Creatorem, qui ſciat omnia tam parva quàm magna in eo, qui retribuat ſeu præmiis afficiat pro Bono, & pænis, pro Malis; & fieret (*Cœtus iſte*) Cauſa Directionis ſeu rectificationis Cordium, & nemo eorum, qui ipſos ſequuntur, poſſit egredi è fundamentis illorum, adeò ut hodiè omnes mundi incolæ confiteantur Mundi Novitatem, & Creatoris Mundi Æternitatem, hujusq; rei Demonſtratio ſint Filii Iſraëlis, & ea quæ ipſis vel in ipſorum gratiam facta ſunt, quæque contra ipſos ſunt decreta (h. e. *tam miraculoſæ liberationes ipſis factæ, quàm etiam pœnæ ipſis inflictæ. Vide par. 1. §. 43. & par. 2. §. 32. & 58.*)

LV. *Coſri*; Hæc eſt Gloria magna (*vide §. 51.*) & eſt in ea Lux admirabilis! Unde verè dicitur; *Ad faciendum ſibi Nomen perpetuum*, Eſa. 63. 12. Item; *Et comparaſti tibi Nomen ſicut eſt hodiè*, Nehem. 9. 10. Item, *In Nomen, laudem & gloriam*, Deut. 26. 19.

LVI. *Judæus*; Annon vides quomodo David, de laude Legis acturus, præmittat ei ſermonem de Sole, Pſ. 19. qui incipit; *Cæli enarrant gloriam*

דק עיונם וזכות מחשבתם והודו בסבה ראשונית אינה דומה לשאר הדברי' נטו בהקשתם שאין לו מעשה בעולם כל שכן בחלקיות שמרוממים אותו ומבדילים אותו מידיעתם וקל וחומר שיחדש בהם חדוש עד שנזדככה הקהילה ההיא שהיתה ראויה לחול עליה האור ולעשות לה המופתים הנוראים ולשנות להם המנהגים ונראה עין בעין כי יש לעולם מושל ושומר ומסדר ויוצר יודע הקטון והגדו' שבו וגומל על הטוב ומעניש על הרע והית' סבה להישרת הלבבות וכל מי שבא אחריהם לא יוכל לצאת מיסודותיהם עד ששבו כל יושבי העולם מודי' בחדוש העולם ובקדמות לבור' העולם ומופתם על זה בני ישראל ומה שנעשה להם ומה שנגזר עליהם ׃

נה אמר הכוזרי זה פאר גדו' וישבו ביאור שהוא פלא ובאמת נאמר לעשות לו שם עולם ותעש לו שם כהיום הזה לתהלה לשם ולתפארת ׃

נו אמר החבר הלא תראה איך הציע דוד בשבח התורה שהקדים ספור השמש ב במזמור השמים מספרים

כבוד אל וזכר אורה הכולל
חכות עצמה ויושר דרכה
ויופי מראיה וסמך לזה תורת
ה' תמימה משובת נפש והתלוי
בו כאלו אמר אל תתמהו מן
הספורים האלה כי התור'
יותר בהיר' תלויה ומפורסמת
ומועילה ומעולה ולולי בני
ישראל לא היתה התורה ועוד
כי לא היתה מעלתם בעבור
משה אבל מעלת משה היתה
בעבורם כי האהבה לא היתה
כי אם בהמון זרע אברהם
יצחק ויעקב ובחר במשה
להגיע הטוב אליהם על ידו
ואנחנו אין אנו נקראים עם
משה אלא עם ה' כמו שאמר
עם ה' אלה ועם אלקי' אברהם
ואין ראיות החוקים האלקיים
דקות המלות ונשיאות גביני
העינים. והעלם. הבבות
והרבות בתחנ' ובתפלה
ובתנועו' ובמאמרים שאין
אחריהם מעשים כי המחשבות
הזכות אשר ראייתם מעשים
מטבעם. שהם. קשים על
נפש האדם אך הוא עושה
אותם בתכלית התאוה
והאהבה בהליכה אל מקום
מהמקומות לחוג שלש פ
פעמים בשנה ומה שדומה
מן ההוצאות והטורח והוא
עושהו בתכלית השמחה
והגילה בהוצאת מעשר ראשון
ומעשר שני ומעשר עני והראיון

gloriam Dei; laudans primò Lucem ejus in genere, tùm Puritatem ſubſtantiæ, Rectitudinem viarum ſeu itinerum, & Pulchritudinem colorum ejus; Deinde his ſubjungit, Legem Domini eſſe perfectam, convertentem animam, & quæ præterea ibi habentur, ac ſi voluiſſet dicere; *Ne miremini de rebus iſtis quas dixi* (de Sole): *nam Lex Domini longè eſt clarior, illuſtrior, manifeſtior, utilior, & præſtantior.* Niſi autem fuiſſent Iſraëlitæ, non fuiſſet Lex: neque dignitatem ſuam habuerunt propter Moſen, ſed Moſes dignitatem ſuam habuit ab ipſis. Amor enim Dei complexus eſt multitudinē ſeminis Abrahami, Iſaaci, & Jacobi: Moſen autem elegit, ut per manum ipſius bonum ad eos perveniret. Nam non vocamur Populus Moſis, ſed, *Populus Dei*, ſicut dicitur; עם ה' אלה (*hunc locum non reperio: puto reſpici ad locum 2. Reg. 9. 6. ubi legitur,* אל עם ה' אל עם ישראל *Super populum Domini, ſuper Iſraëlem*) Item; *Populus Dei Abrahami*, Pſal. 47. 10. Neque probationes & argumenta Statutorum Divinorum ſunt, Subtilitas verborum, Elatio ſuperciliorum, vel Abſconſio pupillarum, Multiplicatio precum, orationum, motionum (*geſtuum*) & verborum, quæ nulla ſequuntur opera; ſed Cogitationes puræ, quæ probantur & oſtenduntur per Opera. Quorum aliqua naturâ ſuâ gravia & moleſta ſunt Animæ hominis, & tamen facit ea ſummo cum deſiderio & amore; veluti proficiſcendo ad feſta tribus vicibus in anno ad locum certum (*quem elegit Dominus*, *Deut* 12. 5.): alia ſunt, quæ non ſine magnis impenſis & moleſtiis fieri poſſunt, quæ verò etiam cum ſumma hilaritate & alacritate facit: Decimas pendendo, primā, ſecundam, & pauperis, Compari-

tionem ternam in anno Hieroſolymis (*in tribus principalibus anni feſtis*); dereliɛtionem proventuum terræ in Annis intermiſſionis & Jubileis; Sumptus Sabbathorum, feſtivitatum, & ceſſationis ipſorum à labore; Dona primitiarum & primogenitorum; Dona ſacerdotii; Primitias vellerum ovium (Deut. 18.4.) Primitias paſtorum (Numer. 15.20.) ut nil dicam de Votis, Spontaneis oblationibus, & quod quiſque debebat pro omni peccato ex ſuperbia vel errore commiſſo, Pacificis ſive Euchariſticis ſacrificiis, & oblationibus faciendis pro variis accidentibus, quæ alicui contingunt ex pollutionibus partus, fluxûs, lepræ, & aliis pluribus. Quæ omnia conſtituta ſunt ex Præcepto Dei, non ex Intelleɛtu & Sapientiâ vel *δοκησισοφία* humana (neque enim in viribus Carnis foret hæc ſingula determinare & æſtimare juxta ſuum ordinem, conſuetudinem, & proportionem, ſine metu lapſus & hallucinationis), ac ſi (*Ipſemet ceu juſtus & æquus Aeſtimator*) cenſuiſſet Iſraëlem (*quemque in Specie*), proventus terræ Canaan, ejus Germina, Jumenta; ut & Tribum Levi. In deſerto autem de cenſibus iſtis omnibus præcepit, quia ſcivit, cenſu & æſtimatione iſtâ ritè ordinatâ, Iſraëlitas divites manſuros, Levitis nihil quicquam defuturum, neque ullam tribum aut familiam ad tenuitatem redaɛtum iri, ſicut præcepit, ut in Jubileo omnia in eum ſtatum redeant, quo fuerunt Anno primo, quo terra diſtributa fuit: quorum particularia omnia & ſingula vix libro comprehendi poſſent. Et qui illa reɛtè intellexerit, & conſideraverit, agnoſcet, ea non eſſe à cogitatione Carnis (*à ratione humana profeɛta*). Laudetur & exaltetur is qui excogitavit ea; *Non fecit ſic ulli genti, ideoq;*

ועזיבת תבואות הארץ ב
בשמטות ויובלים והוצאת
השבתות והמועדי' ושביתתם
ומתנות בכורים ובכורות
ומתנות כהונה וראשית
הגז וראשית עריסות מבלעדי
הנדרים והנדבות ומלבד מה
שהוא חייב בו על כל זדון
ושגגה והשלמים ומה שהוא
חייב בו מן הקרבנות על
המקרים אשר יפגעוהו מן
הטומאות ועל כל לידה שתהיה
לו וכל זיבה וכל צרעת וזולת
זה הרבה כל זה במצות מאת
האלקים לא משכל בני אדם
והתחכמותו ואין ביכולת
הבשר לשער את זה על סדרו
ומנהגו וערכו ולא יירא להכנס
בו מכשול כאלו שיער ישראל
ושיער תבואת ארץ כנען צ
אמחיה ובהמתה ושיער שבט
לוי וצוה במדבר בערכים האלה
מפני שידע כי כשיסתדר הערך
הזה ישארו ישראל עשירים
ולא יחסר ללויים דבר ולא
יגיע חענין לדלו' שבט או מ
משפחה כאשר צוה בשנת
היובל לשוב הכל כאשר היתה
בשנה ראשונה מחלוק הארץ
בחלוקים ודקדוקים יצרו
הספרים להכילם ומי שהתבונן
בהם יכיר שאינם ממחשבת
בשר ישתבח ויתרומם חושבם
לא עשה כן לכל גוי ומשפטים

כל ידעום ונשאר הסדר הזה
בשני הבתים כמו אלף ותק
שנה ואלו הלכו העם על
הדרך הנכונה היה מתמיד
כימי השמים על הארץ ׃

ideoq́, judicia iſta non noverunt, Pſ.147.20. Permanſit autem Ordo iſte in utraque Domo (*in utroque Templo*) per annos circiter 1500. & ſi Populus continuò perrexiſſet incedere in via recta, perpetuò ita manſiſſet *juxta dies cœli ſuper terram* (*Deut.*11.21.*h.e. quamdiu Cœlum ſuper terram eſt manſurum*).

כז אמר הכוזרי אתם היום
במנוחה גדולה מאלה
החובות הגדולות ואי זו עדה
תוכל לשמור כל הסדר הזה ׃

LVII. *Coſri*; Vos ergo hodiè eſtis in magna quiete & tranquillitate. ab iſtis officiis magnis obeundis. Sed quis eſt ille cœtus, qui omnem hunc præſcriptum ordinem obſervare poſſit?

§.57. Prima editio legit במבוכה גדולה In perplexitate magna) *Altera lectio præferenda. Sic obſervat R. Aſarias in Meor enajim, cap.36. fol.116. col.2. in verſione Hebraica R. Jehuda Cardanielis legi;* אתם היום בהשקט ומרגוע Vos hodiè eſtis in quiete & tranquillitate. *Et hanc lectionem ille dicit eſſe rectam. Senſus videlicet eſt*; Cùm tam multa & moleſta ſint, quæ ſecundum Legem ſunt obſervanda, Judæos hodiè valdè eſſe tranquillos, quòd ad illa officia omnia obeunda extra Terram ſanctam non obligentur &c.

כח אמר החבר העדה שצופה
שעונש' ונגמלה לעתה ב
בתוכה רוצה לומר השכינה
הלא תראה מה שאמר יהושע
לא תוכלו לעבוד את ה' כי
אלקים קדושים הוא ו׳ וזה
עם מה שהיתה בו עדתו מן
החסידות והזהירות בענין שלא
נמצא בהם עובר בחרם
יריחו זולת עכן לבדו משש
מאות אלף איש והיה מעניש
הכל לעתו מה שהיה ומה
שהיה מעונש מרי' בצרעת

LVIII. *Judæus*; Ille cætus, qui videt, quòd Præmia & Pœnæ ejus ſuo quæque tempore præſtò ſint, inter illos eſt Præſentia Divina (*h.e. qui ad oculum videt, particularem providentiam Dei, tam per præmia, quàm per pœnas, omni tempore pro ſe vigilare & operoſam eſſe*). Annon vides, quid Joſua dixerit; *Non poteſtis colere Deum: quia Deus ſanctiſſimus eſt, non parcet ſceleribus veſtris, atque peccatis veſtris, Si dereliqueritis Dominum, & ſervieritis Deo alieno, convertet ſe & malefaciet vobis, conſumetq́, vos, poſteaquam benefecerit vobis &c.* Jos.24.19; Quamvis enim cætus vel Eccleſia ejus eſſet adeò ſancta & religioſa, ut nullus inter ipſos inventus fuerit tranſgreſſionem circa res devotas Jerichuntis committens, præter unicum Achanem, ex 600000. viris; tamen puniebat (*Deus*) ſtatim omnes propter id quod factum fuit (*ab uno*). Sic nota eſt Pœna Lepræ, Miriamæ inflicta; *Num.* 10. *verſ.* 10. Pœna Nadab & Abihu; Pœna

Uzæ,& Beth Schemeſchitarum, propterea quòd inſpexiſſent in Arcam Domini. Et ex ſignis præſentiæ Divinæ eſt quoque hoc, quòd ea per pœnam peccatorum pauciorum ſe exeruerit *(per lepram mirabilem)* in Parietibus ædium & Veſtimentis; quando verò multiplicata fuerunt, invaſerit ipſa corpora; ſecundum ſc. magis & minus. Ad quam ſapientiam ſubtilem Sacerdotes conſtituti erant, qui cognoſcebant, quidnam in ea (*Lepra*) eſſet Divinum, in quo conſiderando hebdomadatim occupabantur (*Levit.13.*) ſicuti fecerunt circa Mirjam (*Numer.12.15.*); quid item in ea eſſet ex Temperamento (*naturale*), quænam confirmata & inveterata, & quæ non. Quæ Scientia fuit admiranda, de qua commonuit Deus, quando dixit; *Cautus eſto circa plagam lepræ, ut obſerves valdè, & ut facias ſecundum omnia, quæ vos docuerint Sacerdotes Levitici*, Deut. 24.8.

ועונש נדב ואביהוא ועונש עוזא ועונש אנשי בית שמש כי ראו בארון ה' ומה שהיה ממופתי השכינה שיראה חמעט מן העונות לעתם בקירות והבגדים וכאשר ידבק הענין יראה בגופים על מדרגות מן החוזק והדלות : והכהנים מועמדים לחכמה הזאת הדקה ולהכיר מה ממנה אלקי ומצפים בו שבועים כאשר צפו במרים ומה ממנו מני מתישב ובלתי מתישב ו והיא חכמה מופלאה הזהיר אליה הבורא יתברך במה שאמר השמר בנגע הצרעת לשמור מאד ולעשות ככל אשר יורו אתכם הכהנים הלוים :

N. O T Æ.

[1.] *Quòd hîc dicit, Pœnam lepræ in Parietibus ædium, & Veſtimentis primùm ſe exſeruiſſe, ob peccata pauciora; in Corporibus autem hominum ipſis, peccatis multiplicatis, eo reſpicit ad id, quod Muſcatus citat ex Medrash Ruth, in hunc ſenſum*; Deus miſericors pænas infligens, non ſtatim incipit ab animabus (*h.e. à corpore & vita hominis*). Diſcimus id exemplo Jobi, qui primò mulctatus fuit in ſuis facultatibus; exinde punitus in filiis & domeſticis ſuis; poſtea demùm in corpore ſuo. Sic in Ægypto pænæ inceperunt à facultatibus ipſorum, primò percutiens vites eorum, & ficus eorum, (*Pſ.105.33.*) & grandini tradens beſtias eorum (*Pſ.78.47*); poſthæc demùm percutiendò primogenita ipſorum. Eodem modo Plaga lepræ primò invaſit domum hominis, &, ſiquidem iterùm abceſſerit, eruendi fuerunt lapides ejus (*infecti; Lev.14.39*); ſi non; demolienda fuit domus (*ver.ſeq.*): deinde invaſit veſtes, & ſiquidem iterum abſceſſerit, benè erat: ſin minus, comburendæ erant (*Lev.13.54.*): tandem occupabat corpus; ſi mox abſceſſerit, benè; ſin minus, ſecludebatur ex conſortio reliquorum hominum extra caſtra, ibid. *Cum his conſentientia*

ſcribit

ſcribit Majemon. in More par.3.47. Don Aben Jechijah Cantic. 5. & Alſchich ad Job.1. Muſcatus de hoc ſcribit, Ordinem hunc in Lepra equidem non obſervare Scripturam; interim tamen rem ita ſe habere, liquere ex exemplo Jobi, & Aegyptiorum.

אמר הכוזרי היש אצלך כט
בזה דברים מספיקים ומקרבי׳
אותם לשכל׃

אמר החבר כבר אמרתי לך ס
שאין ערך בין שכלינו ובין
הענין האלקי וראוי שלא ג
נטרח לבקש עלת אלה ה
הגדולות והדומה לזה אבל
אני אומר אחר בקשת ה
המחילה מלתי שאגזור שהוא
כן שאפשר שתהיה הצרעת
והזיבות תלוי בטומאת המת
כי המות הוא ההפסד הגדול
והאבר המצורע כמת והזרע
הנפסד כן מפני שהיה בעל
רוח טבעי מוכן להיו׳ טפה
שיהיה ממנה אנוש והפסדו
כנגד כח החיו׳ והרוח ואיננו
משיג בהפסד הזה לרוב דקותו
אלא בעלי הרוחות הדקות
והנפשות החשובות ה
המשתדלות לחדבק באלהות
או בחלומות האמתיות ו
והמראות הברורות ועוד יש
טעם שימצאו כובד בעצמם
בעוד שלא רחצו מקריים
וכבר נוסה שמפסידי׳ במגעם
הדברים הדקים בפנינים

LIX. *Coſri*; Habesńe de his quædam, quæ Intellectui poſſint ſatisfacere, & illi ea perſuadere, (*quædam probabilia, & rationi conſentanea.*)

LX. *Judæus*; Jam antè dixi tibi, nullam eſſe proportionem inter Intellectum noſtrum & Rem Divinam, neque decere, ut laboremus in inveſtiganda cauſa rerum iſtarum magnarum (*par. 1. §. 78. & 99.*). Dico autem tibi, (præmiſſâ tamen proteſtatione, me non abſolutè decernere & affirmare quòd ita ſit) probabile eſſe, Lepram & Fluxum (*mulierum & virorum*) dependiſſe à Pollutione mortui. Nam Mors eſt corruptio & deſtructio maxima; & Membrum Leproſum eſt quaſi mortuum (*vel ut alii legunt*; eſt ſimile carni mortuæ): Eodemque modo ſe quoque habet Semen corruptum; quia fuit ſpiritu naturali præditum, & aptum ut fiat gutta è qua generetur homo (*alii*; quia fuit aptum ad recipiendum Spiritum vitalem naturalem); Corruptio autem ejus contraria eſt facultati vitali & ſpirituali (*alii*; quando autem corrumpitur, ſimile eſt mortuo). Corruptio verò iſta non ſentitur vel animadvertitur, ob ſummam ejus ſubtilitatem, niſi ab iis, qui præditi ſunt Spiritibus ſeu ingeniis ſubtilibus, & animis generoſis, quorum ſtudium eſt, vel in conjunctione cum Re Divina, vel in Somniis veris, & Viſionibus claris (*divinis, uti Prophetæ olim & Viri Spiritu ſancto præditi & acti*). Quod vel ex hac ratione patet, quia tales ſentiunt in ſeipſis gravitatem, quandiu non lavantur ab accidenti, ſeu fluxu ſuo nocturno; quemadmodū & experientia docet, quòd contactu

ſuo corrumpant res ſubtiles, veluti margaritas aut gemmas, & vina: Plerique etiam noſtrûm mutationem ſentiunt ab acceſſu ad mortuos, & à ſepulchris; imò conſternatur animus noſter aliquandiu ſi ſimus in domo, in qua fuit mortuus: Qui verò craſſioris & ſtupidioris eſt naturæ, ad hæc nihil immutatur. Huic ſimile quid videmus in Intellectualibus, ut qui quærit imbuere Animam & Mentem ſuam ſcientiis demonſtrativis, vel eandem purificare & diſponere ad Preces & Orationes, impedimentum ſentiat à cibis craſſis, vel à nimio cibo & potu: item à converſatione cum mulieribus, conſortio ſcurrili, vel Cantionibus & carminibus amatoriis & ludicris.

LXI. *Coſri*; Hæc mihi ſufficiunt ad ſolutionem Dubii hujus, quo Animus meus dubius tenebatur; Quare ſcilicet hæc ſuperfluitas (*Semen ſc. genitale*) polluat, quamvis tota ſit ſpiritualis; Urina verò & Stercus non polluant, quamvis tetrum odorem, & aſpectum fædum habeant, ac præterea etiam longè ſint copioſiora. Sed ſupereſt mihi adhuc dubium de Lepra ædium & Veſtimentorum!

LXII. *Judeus*; Jam dixi tibi, hoc accidiſſe ex Receſſione virtutum Majeſtatis Divinæ. Nam ea in Iſraële eſt idem quod ſpiritus in Corpore humano (altera editio ita habet; Præſentiam Divinam in Iſraële, habere gradum Spiritûs in Corpore humano) ac ipſis conferre Vitam Divinam, ſplendorem item & gloriam in ipſorum corporibus, ornamentis (*veſtimentis*), & habitaculis: quando verò aufertur, conſilium ipſorum infatuatur, corpora obbruteſcunt, vel conſumuntur, forma & pulchritudo co-

והיינורה ורובנו משתנה מ
מקרבת המתים והקברו'
ומתבלבלת נפשנו זמן מה
בבית אשר היה בו מת ומי
שהוא עב הטבע אינו משתנה
לזה כאשר אנחנו רואי' דמיון
זה בשכליות מי שהוא מבקש
לזכות נפשו ומחשבתו ב
בחכמות המופתיות או זכו'
נפשו לתחנה ולתפלה מוצא
נפשו למזונות העבים ו
ולתוספת המאכל והמשתה
היזק וכן ימצא היזק מישיבת
הנשים וחבורת הליצני'
והתעסק בשירי האהבה ו
והשחוק :

סא אמר הכוזרי זה מספיק
לי בהתרת מה שתסתפק הנפש
למה זה מטמא זה המותר
העצמי רוצה לומר הזרע וכלו
רוח מה שאיננו מטמא השתן
והצואה עם כיעור ריחו ומראהו
ועם רובו ונשאר עלי ספק צרע'
הבית והבגד :

סב אמר החבר כבר אמרתי
לך כי זה מריחוק כחות השכינה
כי היתה בישראל כמעלת
הרוח בגוף האדם מועילה
אותם החיות האלקית ונותנת
להם זיו והדר בגופותם ו
ובתכונתם ובמשכניהם ובעת
שמתרחק מהם מסתכלת
עצתם ויתבערו גופיהם ו
וישתנה יופים וכשהיא
מתרחקת מיחידים נראה על
אדמת האיש ההוא סימן

התרחק אור השכינה ממנו
כאשר נראה התרחק הרוח
פתאום בעבור פחד או דאגה
משנה הגוף ונראה בנשים
ובנערים בעבור חלישות רוחם
שיעשו בגופותם מקומות
שחורים וירוקים מהיציאה
בלילה והם מיחדים זה אל
השדים ואפשר שיקרה מזה
ומראית המתים וההרוגים
חלים קשים בגוף ובנפש :

tudo eorum mutatur. Et quando recedit à Singularibus (*populi*), conſpicitur in Terra vel regione & loco viri illius (*Singularis*) ſignum aliquod Elongationis Majeſtatis Divinæ, prout videmus repentè abſcedente ſpiritu ex Metu, aut Triſtitia, mutari corpus. Sic in Mulieribus & Pueris, ſi noctu egrediantur, ob debilitatem ſpiritûs ipſorum oriuntur in corporibus ipſorum loca flava & viridia (*ex metu ſc. & pavore*). quod ipſi attribuunt Dæmonibus: Imò quandoque etiam ex hoc (*egreſſu ſc. nocturno in tenebris*) & aſpectu mortuorum vel occiſorum, graves ſequuntur Morbi, tùm corporis, tùm Animi.

N O T A.

De Lepra ædium & veſtimentorum, ceu ſignis præſentiæ & providentiæ ſingularis erga populum Iſraeliticum, quædam ex Hebræis exhibebimus D. V. ſeorſim ſub finem libri.

סג אמר הכוזרי אני רואה
תורתכם נכלל בה כל דק
ועמוק מהחכמות מה שאין
כן בזולתה :

LXIII. *Coſri*; Video in Lege veſtra comprehendi omnes omnium Scientiarum ſubtilitates & profunditates, quod non ita eſt in aliis.

סד אמר החבר והסנהדרים
היו מצוים שלא תעלם מהם
חכמה מהחכמות האמתיות
והדמיוניות וההסכמיות עד
שהכשפים והלשונות היו
ידועים : ואיך ימצא תדיר
שבעים זקנים חכמים אם לא
תהיינה החכמות מתפשטות
קיימות באומה ובעת שימות
זקן אחד יעמוד אחר תחתיו
כמוהו ואיך לא יהיה זה וכלם
צריכים אליהם בתורה :

LXIV. *Judeus*; Synedrii aſſeſſoribus mandatum fuit, ne ipſos latéret ulla Scientia, ſeu vera, (*quæ ſuas habet demonſtrationes*), ſeu Imaginaria, (*Magica, veluti Divinationum, Incantationum Exorciſmorum, ſortium &c.*) ſeu ex Conſenſu & Inſtituto hominum excogitata, adeò ut etiam Incantationum Magicarum, & Linguarum variarum peritiam habere debuerint. Et quomodo ſemper reperiri potuiſſent LXX. Sapientes, niſi Sapientiæ & Diſciplinæ omnes latè diffuſæ & perpetuæ fuiſſent in populo, ut decedente Sene uno, ſtatim, in ejus locum, alius ipſi æqualis ſubſtitui poſſet? Imò quomodo aliter eſſe potuiſſet, cùm his omnibus ad Legem (*intelligendam & explicandam*) opus habuerint? *Naturalibus* ſcientiis opus habebant pro-

הטבעיות

pter Agriculturam, ut ſcirent quænam ſint כלאים *heterogenea*, & ut ita obſervare poſſent jura שביעית & ערלה Quietis terræ Anni ſeptimi, & fructuum triũ primorum à plantatione arboris annorum (*Lev.*19.23. Vide Majem. in Jad, par.2. & in More par.3.cap.37.): ut item Plantas & earum ſpecies poſſent dignoſcere, ut illæ remanerent prout creatæ ſunt, neque ſpecies una cum altera commiſceretur; hoc eſt, ut Exempli gratiâ ſcirent, an Hordeum illud, quod vocatur כנדרוס Χόνδρος *Alica*, ſit Species Hordei? An שיפון σίφων vel *Secale* ſit Species Tritici? An כרבתור (*pro hoc in Talmud legitur* תרובתור *in Kilajm ab initio*) ſit ſpecies Braſſicæ? Sic intelligere debebant vires Radicum earum, & ſcire, quousque illæ ſe diffundant in terra (*Conf. Talm. Kilaim à fine cap.*2. *usque ad caput* 7. *& Rambam in fine cap.* 4. הלכות כלאים) quid relinquendum ſit in ſequentem annum, & quid non; ut ſcirent, quantum ſpatium, tum temporis, tum loci, obſervandum ſit inter unam ſpeciem & alteram. Cognoſcere quoque ipſos oportebat Species *Animalium*, tùm hujus rei causâ (*ut ſcirent quæ ſint* כלאים *heterogenea*); tùm propter alias rationes; veluti, quodnam habeat venenum, & quodnam non habeat venenum: Noſcere debebant, quæ ſint טרפות Animalia illegitima & illicita, quę ſciẽtia ſubtilior eſt quàm omnia ea quę Ariſtoteles de his ſcripſit: qui videlicet morbi in illis ſint lethales & mortẽ cauſentur Animalibus; ut ſcirent vitare Eſum animalis moribundi. Paucisſima illa, quæ nobis de hac ſcientia ſuperſunt, talia ſunt ut ſuper iis mentes noſtrę obſtupeſcant: Scienda ipſis erant *Vitia*, propter quæ *Sacerdotes* arcebantur à functione ſua: vitia item *Beſtiarum*, ad *Oblationes ineptarum*: Differentia inter *Fluxum Mulierum & virorum*: *Tempus mulierum menſtruatarum*

הטבעיות מהם צריכים אליה' בעבודת הארץ לדעת הכלאים ולהזהר מהשביעית וערלה ובהכרת הצמח ומיניו כדי שישארו על מה שנבראו עליו ולא יתערב מין במין ׃ ר״ל לדעת אם השעורה נקראת כנדרוס דרך משל ממין השעורה ׃ או השיפון ממין חטה ׃ או הכרבתור ממין הכרוב ׃ ובידיעת כחות שרשיהם ושיעור התפשטם בארץ שישאר לשנה אחרת ומה שאינו נשאר לדעת כמה יונח בין מין למין במקום ובזמן ובהכרת מיני החיים לענין הזה ולענין אחר במה שיש לו ארס ובמה שאין לו ארס ׃ וידיעת הטרפות אשר היא יותר דקה מכל מה שזכר אותו ארסטו מידיעת ממיתי החיים להרחי' מאכילת המתה ׃ ובמעט אשר נשאר בידינו מן החכמה הזאת מה שהדעות תמהות עליו ובידיעת המומים אשר בעבורם מתעכבי' ה הכהנים מעבודה ומומי ה הבהמות שאינם ראוים לקרבן ׃ והבדלת מיני הזיבות לאיש ולאשה ׃ וכמות הקפי'

הנדות ובחלקי החכמות ההם
מה שאין בשר ודם יכול עליו
בדרך סברתם מבלי עזר אלהי ;
ובחכמת הגלגלים והליכותם
מה שהעבור קצת תולדותיה
וגדולת מעלת תוכן העבור
ידועה ומה שנקבע בה לאומה
הזאת הדלת החומר החזקת
הצורה : ואיך איננה כן
והיא איננה מורגשת בין
האומות ממיעוטה ודלותה
וגלותה : ומחברת אותה
שארית התורה האלהית
חבור שהם בו כאחד : ומן
המופלא שבה העבור על
העקר המקובל מבית דוד
מתקופת לבנה שלא נשתנה
מכמה אלפים ומאות שנים :
וכבר נשתנו קבועי הקובעים
מיון וזולתם והוצרך בהם
לתקון ותוספת אחר מאה
שנה וזה נשאר על אמתתו
מפני שהוא נתלה בנבואה :
ואלו היה נכנס בו שום שנוי
בחלק אחד בעקר היה היום
הזה גורם ההפסד הגדול מאד
לרוחק מה שימצא בין המולד
והראיה : וכן מבלי ספק היתה
אצלם תקופת החמה וזולתה
מהכוכבים : אבל חכמת
המוסיקא חשובה באומה
שהיא מחלקת הנגונים ומעמדת
אותם על הגדולי׳ שבעם והם
בני לוי מתעסקי׳ בנגונים בבית

tarum &c. In quarum ſcientiarum partibus plurima ſunt, quæ caro & ſanguis ſuâ ratione aſſequi non poteſt, ſine ſpeciali auxilio Divino. Præterea requirebatur in ipſis *Scientia Sphærarum cœleſtium & itinerum* ſeu motûs ipſarum, cujus ex parte proles eſt *Intercalatio*. Hujus præſtantia & dignitas nota eſt vel ob ea quæ figuntur per eam (*feſta ſc. novilunia &c.*) à populo iſto, reſpectu materiæ tenuiſsimo, ſed formæ reſpectu fortiſsimo: quod quidem aliter eſſe nequit, cùm vix ſenſu inter reliquos populos deprehendatur ob ſuam paucitatem, paupertatem, & exilium; conjungitur tamen per reliquias Legis Divinæ, per quam uniuntur & conjunguntur in unum. Ex cujus populi maximè mirabilibus eſt Intercalatio tradita à Domo Davidis, circa revolutionem Lunæ, neque à tot millenis & centenis annis unquam mutata. Mutatæ ſunt Temporum Fixiones apud Græcos, & alios, ut poſt centenos aliquot annos opus habuerint correctionibus & emendationibus: hæc verò permanſit in priſtino ſuo ſtatu, propterea quòd dependet à Prophetia. Etenim ſi ab initio vel in unicâ ejus parte mutatio incidiſſet, hodiè id corruptionem maximam cauſaretur circa interſtitium ſeu ſpacium inter Lunam novatam & ejus Phaſin ſeu Apparitionem. Ita ſine dubio etiam habuerunt cognitionem Revolutionis Solis, & reliquorum Planetarum. (*De certitudine calculationis & intercalationis Judæorum, videatur hîc Muſcatus, qui nonnulla hac de re notatu digna affert ex libro Jeſod ôlam*). *Muſica* verò ſcientia in populo noſtro fuit præſtantiſsima, quæ Melodias ſeu modulandi modos diſtinguebat, & maximis in populo demandata fuit, filiis ſc. Levi, qui

eam exercebant in Domo omnium præſtantiſſimâ *(in Templo)*, & temporibus præſtantiſſimis *(in feſtis, & oblationum tempore)*, non ſolliciti de ſui ſuſtentatione; Accipiebant enim eam ex Decimis: neque ullâ aliâ curâ & cogitatione diſtricti erant, quàm Muſicæ. Ars hæc autem honoratiſſima erat inter homines, prout revera per ſe non levis neque vilis eſt, & populus, qui ei operam dabat, ex radice erat nobiliſſima, & natura puriſſima; quin & ex Capitibus & Principibus nonnulli circa eam occupati erant, ut David & Samuel (*1. Paral.* 9.22.). Quid verò cenſes? Exiſtimasne illos Muſicæ peritos fuiſſe ſecundum ejus modos, an verò non?.

LXV. *Coſri*; Tunc temporis citra dubium fuit perfectiſſima, & variè excitans & afficiens animos, ſicut de ea dicitur, quòd permoveat & transferat animã ab una proprietate (*affectu*) ad alteram. Quod hodiè de ea ſcitur, nihil eſt ad comparationem ejus quod fuit olim: quia hodiè contemptibilis reddita eſt, dum ei operam dant ancillæ, & viliſſimi quique homines. Proinde deſcendit vel decidit à dignitate ſuâ, ſicut & vos eâ excidiſtis.

הנכבד בעתי' הנכבדי' ולא הוצרכו להתעסק בצרכי ה הפרנסה במה שהיו לוקחים מהמעשרות ולא היה להם עסק זולתי המוסיקא והמלאכה נכבדת אצל בני אדם כאשר היא בעצמה אינה גרועה ולא פחותה והעם מחשיבות השרש ומכורת הטבע כאשר הם ומראשיהם במלאכה דוד ושמואל ומה תחשו' במוסיק' ההיו יודעים אותה על אופני' אם לא:

סה אמר הכוזרי שמה מבלי ספק נגמר' ושמרה היתה מעוררת הנפשות כאשר יאמר עליה שהיא מעתקת את הנפש ממדה אל הפכה ולא יתכן שתהיה היום בערך ממה שהיתה מפני ששבה פחותה בהתעסקות בה השפחות והמכוער' מבני אדם אך ירדה עם חשיבותה כאשר ירדתם אתם עם חשיבותכם:

N O T A.

De Muſica olim perfectione & præſtantia, ut & ejus utilitate, ſimiliter ſcribit Ephodeus in præfat. Gram ſua: Hæc, inquit, res in ſumma perfectione fuit dum ſtabat ſanctuarium, tàm Vocalis; quàm Inſtrumentalis, ac pro maxima arte habebatur. Et par eſt, ut ei aſſimiletur hoc Sanctuarium, Sanctuarium, inquam, Jah, (h.e. *Lex, & Scriptura, ut ſc. ſimiliter cantu & modulando legatur*), quamvis nos hodiè ejus cognitione deſtituti ſimus. Philoſophi dicunt, Muſicam practicam maximam habere vim ad movendos affectus, & corrigendum temperamentum hominis, ita ut arcanâ quadam virtute etiam ſanitati poſſit eum reſtituere: Eadem gignit Lætitiam, triſtitiam, & alia accidentia in anima. Et exiſtimo, hanc

hanc ob cauſam ſcribi in quorundam Pſalmorum titulis למנצח *Vincenti*, vel, *Victori*, quòd illi Pſalmi peculiarem habuerint virtutem vincendi, ad facultates quasdam animæ emendandas & rectificandas; David enim ex perfectisſimis fuit in illa arte. Et Inſtrumenta quædam Muſica plurimum ad hoc conferunt; unde ad Saulem dicitur; *Quærant virum ſcientem pſallere cum cithara, ut quùm fuerit ſuper te Spiritus Dei malus, pſallat manu ſuâ, & benè ſit tibi*, 1. Sam. 16.16. Et mox: *Et reſpondit unus è ſervis, ac dixit, Ecce vidi filium ipſi Iſaj Bethlachmitæ, ſcientem pſallere* &c. Quin & ex proprietatibus ejus fuit excitare Virtutem Propheticam, ſicut dicitur; *Sumite mihi pſaltem: quumq́; pſalleret pſaltes, fuit ſuper eum manus Domini*, 2. Reg. 3.15. Atque illa ſpecies cantici ſeu melodiæ, quæ has proprietates habuit, vocata fuit *Canticum Domini*, de quo dicitur; *Et quomodo cantaremus canticum Domini in terra alienigenarum*, Pſal. 137.4.

ס אמר החבר ומה תאמר בחכמת שלמה וכבר דבר על כל החכמות בכח אלקי ושכלי וטבעי והיו אנשי העולם באים אליו להעתיק חכמתו אל ה האומות עד מהודו ׃ וכל ה החכמות הועתקו שרשיהן וכללם מאתנו אל הכשדים תחלה ואחר כך אל פרס ומדי ואחר כך אל יון ואח׳ כך אל רומי ובאורך הזמן ורב המצועים לא נזכר בחכמות שהם הועתקו מן העברים אך מן היונים והרומיים והמעלה לעברית בעצם הלשון ומה שנכלל בה מהענינים ׃

LXVI. *Judæus*; Ecquid verò dicis de *Sapientia Salomonis*, qui loquutus eſt de omnibus ſcientiis, Theologicis, Intellectualibus, & Naturalibus, & ad quem omnes totius mundi homines venerunt, etiam ex ipſa India, ut deferrent Sapientiam ejus ad alios? Et certè omnium ſcientiarum & diſciplinarum fundamenta & principia delata ſunt à nobis primò ad Chaldæos, deinde ad Perſas & Medos, pòſt ad Græcos, denique ad Romanos, ita ut per longitudinem temporis, & variis aliis intervenientibus, tandem non amplius dicatur de Scientiis, quòd ab Hebræis ſint ortæ & traductæ, ſed à Græcis & Romanis. Præcellentiam tamen habent Hebræi reſpectu Linguæ, & rerum in ea comprehenſarum.

N O T A.

l *De Sapientia Salomonis vide prolixam Diſſertationem apud Abarbenelem ad* 1. *Reg. cap.* 4.

ס אמר הכוזרי היש לעברית מעלה על לשון הערב היא יותר

LXVII. *Coſri*; An ergo *Lingua Hebræa* præſtantior eſt Linguâ Arabicâ? Annon

oculis noſtris videmus, quòd hæc ſit perfectior, & amplior quàm illa?

LXVIII. *Judæus*; Idem nempe accidit illi, quod Dominis ejus: attenuata eſt & ipſa, per attenuationem illorum, & anguſta reddita per diminutionem ipſorum; cùm in ſe, & per ſe, ſit Linguarum nobiliſſima, uti conſtat tam ex *Cabala & Traditione*, quàm ex Opinione & *Ratione*. Per *Traditionem* enim habetur, quòd hæc ſit Lingua, quâ locutus eſt Deus cum Adamo & Eva, & eâ uſi ſint etiam illi ambo (*Adam & Eva*) prout illud evincunt Etymologiæ Nominum illorum; veluti *Adami* qui אָדָם dictus ab אֲדָמָה: Sic אשה Iſcha *Vira*, ab אִישׁ *Viro*: חוה *Eva*, à חַי vel חַי He, *Vita* קַיִן *Kajn*, à verbo קָנָה Acquiſivit, שֵׁת *Scheth* à שָׁת *Schat* Poſuit: נֹחַ *Noach* à נָחַם *Nacham* Conſolatus eſt; atteſtante hac de re Lege Dei.. Et continuâ traditione retrò uſque ad Heberum, Noachum & Adamum, habetur, quòd hæc ipſa fuerit Lingua Heberi, & ab ipſo appellata ſit Hebraica, quia in ea manſit tempore Diviſionis & Confuſionis Linguarum. Loquutus equidem fuit Abraham Aramicè in Ur Chaldæorum, quia Lingua Aramæa eſt Lingua Chaldaica, ſed lingua Hebraica fuit ipſi lingua ſancta (*quâ in omnibus ſacris eſt uſus*); Aramica, lingua prophana & communis: Sic tulit eam Iſmaël in Arabiam. Unde tres iſtæ linguæ factæ ſunt affines & conſimiles, Aramæa, Arabica, & Hebræa, tùm in Flexionibus, tùm in Conſtructionibus; Lingua autem Hebræa ſola eſt omnium præſtantiſſima. Eadem verò ejus dignitas & præſtantia habetur quoque *ex* ſana *Ratione*; reſpectu ſc. Populi, qui eâ utebatur, & linguâ ornatâ ac diſertâ opus habebat; inprimis Prophetæ,

שלמה ורחבה ממנה ואנחנו רואים את זה בעינינו :

כח אמר החבר מצא אותה מה שמצא נושאיה נתדלדלה בדלותם וצרה במיעוטם והיא בעצמה החשובה שבלשונ'. מקבלה וסברא הקבלה שהיא הלשון אשר דבר בה הש' עם אדם וחוה ובה דברו שניהם כאשר יורה על זה הגזר אדם מאדמה ואשה מאיש וחוה מחי וקין מקניתי ושת. משת ונח מ מינחמנו עם עדות התורה וקבלת דור אחר דור עד עבר עד נוח עד אדם ושהיא לשון עבר ובעבורו נקראת עברית מפני שנשאר עליה עת הפלגה. ובלבול הלשונות וכבר היה אברהם מדבר בארמית באור כשדים שהארמית היא לשון כשדים והיתה לו העברית לשון מיוחד' לשון הקדש והארמית לשון חול וכן נשא אותה ישמעאל אל הערב והיו אלו שלש לשונות. משותפות מתדמות הארמית והערבית והעברית בשמותיה' ו ובתהליכותיה' ובשמושיהם והיתה לשון הערבית לבדה המעולה שבהם ומעלתה מדרך הסברא לפי העם המשתמשים בה ומה שהיה צריך אליו מהמליצה כל שכן עם הנבואה הפושטת ביניהם

והצורך אל האזהרה ואל ה
הנגונים והזמירות ומלכיהם
משה ויהושע ודוד ושלמה
היתכן שיחסר להם מליצה
בעת שהיו צריכים אליה לדבר
כאשר תחסר לנו היום בעבור
שאבד הלשון ממנו הראית
ספור התורה המשכן והאפוד
והחשן וזולתם כשהוצרכו אל
שמות נכריות היאך מצאו
אותם עד תומם וכמה נאה
סדר הספור ההוא וכן שמות
העמים ומיני העופות והאבנים
חמירות דוד והתרעם איוב
והתוכחו עם רעיו ותוכחות
ישעיה ונחמותיו וזולתם ׃

Prophetæ, qui frequentes inter ipſos erant, in ſuis ad populum exhortationibus: Eandem exigebant Pſalmodiæ, Hymni, & Cantica (*in Dei laudem dicenda*). Et an decuiſſet, ut ipſorum Reges, Moſes, Joſua, David, Salomon, eloquentiâ, & ornatè quidvis dicendi facultate, deſtituti eſſent, ſi quando eâ opus haberent, ſicuti nos hodiè in multis deficimus, quia: Lingua (*vel* Linguæ uſus) inter nos interiit? Conſidera in Lege noſtra, in deſcriptione Tabernaculi, Veſtitûs Sacerdotum, & aliis, cùm vocibus vulgò inuſitatis opus habuerunt ad ſingula exprimenda, quàm accuratè eas invenerint, & quàm eleganter omnia illa ſint deſcripta? Huc refer Nomina populorum, Species animantium, & Gemmarum, Pſalmos & Cantiones Davidis, Murmurationem Jobi, ejusque cum ſociis ſuis Diſputationem, Redargutiones & Conſolationes Prophetæ Eſaiæ, & ſimilia.

N O T A.

De Linguæ Hebrææ Origine, Antiquitate, Dignitate & Præſtantia, videatur Diſſertatio noſtra peculiaris de hoc argumento.

סט אמר הכוזרי תכליתך בזה
ובזולתך שתשוה אות' עם
זולתה מהלשונות בשלמות
ואיה המעלה היתירה בה אבל
יש יתרון לזולתה עליה בשירים
המחוברים הנבנים על הנגונים ׃

ע אמר החבר כבר התבאר לי
כי הנגונים אינם צריכי' אל
המשקל בדבור ושבריק ו
והמלא יכולים לנגן בהודו לה'
כי טוב כנגון לעושה נפלאות

LXIX. *Coſri*; His omnibus & ſimilibus nihil aliud agis, quàm ut eam cum cæteris Linguis æques, quoad perfectionem. Ubi verò manet præcellentia ejus ſuper alias? Imò aliæ Linguæ eam ſuperant in Carminibus, ſecundum certum pedum ac ſyllabarum numerum & quantitatem artificiosè compoſitis.

LXX. *Judæus*; Sanè conſtat mihi, Cantiones vel Carmina non requirere dimenſionem quantitatis & numeri ſyllabarum ac pedum, & poſſe tam verſus breviores, quàm longiores (vel, *tàm carmina artificio hoc carentia, quàm ſecundum illud compoſita*) æqualiter cani', veluti, הוֹדוּ לַיהוָה כִּי טוֹב; & לְעוֹשֵׂה נִפְלָאוֹת גְּדוֹלוֹת (*ubi poſterius Stichum, prius duabus ſyllabis ſuperat; in modulatione ſc. duas illas Syllabas*

ſuaviter abſorbendo) Pſal. 136. ℣. 1. & 4; nempe juxta Muſicam eorū, qui in ea reſpiciunt ad actiones *(ad rem ipſam, non verba, & eorum accurationem, velut Iſraëlitæ faciunt)*. Verùm quod attinet ad Carmina & Poëmatia, quæ vocantur אנשריא & ſunt ligata, *(h. e. ad certas dimenſiones & numeros adſtricta & alligata)*, in quibus pulcherrimum eſt Compoſitio artificioſa; ea non curant, propter majorem utilitatem & præſtantiam, quam reſpiciunt.

LXXI. *Coſri*; Quænam ergo illa eſt?

LXXII. *Judæus*; Hæc: quòd ſcopus & intentio Linguæ ſit, ut id, quod eſt in animo Loquentis, ingrediatur in animum Audientis. Hæc verò Intentio non poteſt plenè perfici, niſi de facie ad faciem, h. e. oraliter. Magnam enim habent verba ore prolata prærogativam præ Verbis ſcriptis, unde & Rabbini ajunt; *Diſce ex ore Scribarum, & non ex ore librorum.* Subſidium enim habetur in verbis ore prolatis, ſubſiſtendo ſeu moram faciendo, ubi pauſa eſt & diſtinctio, continuando & pergendo, ubi eſt cohærentia; Vocis item intenſione, remiſſione, nutu, nictatione, admiratione, interrogatione, recitatione ſimplici *(ſine admiratione, vel interrogatione)* ſperatione, Timore, Motibus & Geſtibus, quibus omnibus deſtituitur oratio nuda & ſimplex, quinimò poteſt etiam loquens juvare orationem motibus oculorum, ſuperciliorum, toto capite, & manibus, iisq; ſignificare Iram, benevolentiam, humilitatem, ſuperbiam, idque quouſq; & quantum ipſi libebit. Et in exiguis, quæ de lingua noſtra creatâ ſuperſunt, reliquiis, reperiuntur res quædam ſubtiles & profundæ, quaſi naturaliter ei inſitæ, quæ faciunt ad rerum, intelligentiam, & ſunt loco actionum vivarum illarum, quæ oretenus fiunt,

Accentus

גדולות זה בניגונים בעלי
המעשים אבל בשירים ה
הנקראים אנשאריא והם
החרוזים האמורי' אשר בהם
הוא נאה החבור לא הרגישו
עליהם בעבור המעלה שהיא
מועילה ומעולה יותר :
עא אמר הכוזרי ומה היא ?
עב אמר החבר כי המכוון מן
הלשון הכנס מה שיש בנפש
המדבר בנפש השומע וזאת
הכונה לא תגמר על תומה אלא
פנים בפנים מפני שלדברים
הנאמרים מעלה על הדברי'
שבכתב וכאשר אמרו מפי ס
סופרי' ולא מפי ספרים מפני
שנעזרי' בדברי' שבעל פה
בעמידה במקום ההפסקה
ובהתמד' במקום הסמוך ו
ובחוזק הדבור ורפיונו ו
וברמיזות ובקריצו' מתמיהא
ושאלה והגד' ויחול והפחד
ותחנה ותנועות שמקצרת
בהם המליצה הפשוטה ואפשר
שיעזור המדבר בתנועות עיניו
וגבותיו ובכל ראשו ובידיו ל
להבין הכעס והרצון והתחנן
והגאוה על השיעור שהו' רוצה
ובשארית הזאת אשר נשארה
מלשוננו הנוצרת הברואה
ענינים דקים ועמוקים נטבעו
בה להבין הענינים ולהיותם
במקום המעשים ההם שהם
פנים בפנים והם הטעמי' אשר

יקראו בה המקרא מציירין
בהם מקום ההפסק והסמוך
ומפריד מקום השאלה מן
התשובה וההתחלה מן
ההגדה ׃ וההפזון מן המתון
והצווי מן הבקשה שיחובר
בהם חבורים ומי שזו כונתו
מבלי ספק שהוא דוחה ה
המחובר כי המחובר לא יתכן
לאמרו אלא על דרך אחת והוא
סומך ברוב במקום הנפרד
ועומד במקו׳ הסמוך ולא יתכן
להזהר מזה אלא בטורח גדול ׃
אמר הכוזרי באמת נ עג
נדחתה מעלה שמעית בעבור
מעלה ענינית כי החבור
מהנה השמע והמסורת הזאת
כוללת ענינים ׃ אבל אני
רואה אתכם קהל היהודים
שאתם טורחים להגיע אל
מעלת החבור ולהדמות
בזולתכם מהאומות ותכניסו
העברית במשקליהם ׃
אמר החבר זה מתעותינו עד
ומריינו לא די לנו הנחתנו
המעלה הזאת אלא שאנחנו
מפסידים תוכן לשוננו שהוא
מושם לחברה ונשיבהו ל
למחלוקת ׃
אמר הכוזרי ואיך הוא זה ׃ עה
אמר החבר הלא ראית עו
מאה אנשים קוראים במקרא
כאלו הם איש אחד פוסקים

Accentus nimirum, cum quibus leguntur Biblia, quibus locus pauſationis, & continuationis ſermonis deſignatur, interrogatio à reſponſione diſtinguitur; Exordium à narratione; Feſtinatio à tarditate, Præceptum à Petitione. De quibus peculiares libri ſunt conſcripti. Qui hanc intentionem habet, is ſine dubio non curat orationem illam rhythmicam vel metricam, & ad certas leges adſtrictam: Nam oratio talis non poteſt niſi uno modo fieri, & conjungit ſæpè ea quæ ſunt ſeparanda, ſubſiſtit & pauſam vel diſtinctionem facit, ubi pergendum, nec, niſi magno labore, hæc poſſunt evitari.

LXXIII. *Coſri*; Sanè rectiſſimè & juſtiſſimè rejicitur titillatio Aurium, præ Utilitate Rerum. Nam oratio ligata voluptate afficit auditum: hæc verò Traditio punctorum & Accentuum complectitur res (*& eas faciliùs & feliciùs immitit in animum audientis*). Verùm video vos quoque Judæos ſtudere, ut aſſequamini artificium hoc Compoſitionum metricarum & Rhytmicarum, & alias gentes hac in parte imitari, Linguam Hebræam etiam legibus earum conformando, & accommodando.

LXXIV. *Judæus*; Hoc eſt ex erroribus & peccatis noſtris. Non ſufficit ſcilicet nobis relinquere gradum & dignitatem iſtam rerum vel realem; ſed inſuper corrumpimus qualitatem Linguæ noſtræ, quæ cùm data ſit ad nos conjungendos, nos eam convertimus in materiam diſcordiæ.

LXXV. *Coſri*; Quî verò hoc?

LXXVI. *Judæus*; Annon vides, centum viros ita legere in Scriptura ac ſi unicus duntaxat eſſent, eodem tempore pauſantes,

& eodem lectionem, veluti unus eſſent, continuantes?

LXXVII. *Coſri*; Equidem animadverti & obſervavi hoc, neque ejus ſimile vidi vel apud Edomæos, h.e. Romanos, vel apud Arabes, non etiam poteſt id obſervari ab eo qui legit Carmina, ſeu Poëmata. Indica quæſo mihi, unde huic linguæ ſit iſte decor & prærogativa? & quomodo eam corrumpat & deſtruat Dimenſio Poëtica?

LXXVIII. *Judæus*; Quia componimus vel conjungimus in ea (inter) duas quieſcentes literas (*nulla vocali propriâ notatas*) & non conjungimus (inter) tres motiones (*literas vocali propriâ notatas, quæ cum litera conjuncta ſyllabam facit*) niſi neceſitas eò adigat, & oratio vel prolatio deflectit ad literam quieſcentem (vel poteſtate, vel actu) Hæc virtus (*h.e. accurata iſta & certis legibus ac regulis limitata & ordinata lectio*) prodeſt ad unanimem, conformem & promptam alacremque lectionem, memoriam juvat, & efficit, ut res ipſa faciliùs in animum penetret. E' contrario, Dimenſiones illæ Carminum poëticæ iſta omnia corrumpunt, & primò literas illas quieſcentes Schevatas faciunt mobiles, deinde mobiles quieſcentes, penacuta acutitona, & contrà; Confundunt item vel promiſcuè legunt אוֹכְלָה & אוֹכֵלָה, item אָמְרוּ & אָמְרוּ, item אוֹמֵר & אוֹמֵר, item שַׁבְתִּי & וְשַׁבְתִּי, quorum unum eſt Præteritum, alterum Futurum. Latior & major libertas eſt in ratione Poëmatum noſtrorum ſacrorum (*quorum uſus eſt in Feſtis quibusdam in Synagogis, ex Machſor & aliis*); quia illa non deſtruunt proprietatem linguæ, ſiquidem debita cautio obſervetur. Attamen quod ad Uſum Carminum illorum, certâ pedum & ſyllabarum dimenſione conſtantium, attinet, idem nobis circa illa accidit,

בעת אחת ומחברים קריאתם כאחד :

עז אמר הכוזרי כבר ה התבוננתי בזה ולא ראיתי כמוהו לא באדום ולא בערב ולא יתכן זה במקרא השירים הודיעני מאין היתה המעלה הזאת ללשון הזאת ואיך תפסיד אותו המשקל :

עח אמר החבר מפני שקבצנו בה בין שני נחים ולא קבצנו בין שלש תנועות אלא על ידי הדחק ובא הדבור נוטה אל הנח והועילה זאת המעלה אל תחברה והחריצות על הקריאה והקל בעבור הזכרון והכנס הענין בנפש ותחלת מה שיפסיד במקצב השיר ענין אלה השני נחים וינוח המלעיל המלרע וישוב אוכלה ואוכלה שוה ואמרו ואמרו ואומר ואומר וכן יהיה שבתי ושבתי על מה שיש ביניהם מן ההפרש העבר והעתיד : וכבר היה לנו רוחב בדרכי הפיוט אשר איננו מ מפסיד לשון כשנשמר בה אבל השיגנו באמירת המחובר

מה שהשיג את אבותינו במה
שנא' עליהם ויתערבו בגוים
וילמדו מעשיהם ׃

accidit, quod olim Patribus noſtris, de quibus dictum eſt; *Et commiſcuerunt ſe cum gentibus, & didicerunt opera eorum*, Pſal. 106. 35. *(h. e. ea non habemus à Majoribus & Patribus noſtris, ſed Gentilibus Græcis, Arabibus &c. & ad illorum imitationem ea facimus.)*

N O T Æ.

Paragrapho hoc intendit Author oſtendere, primò *unde fiat, quòd plures poſſint apud Hebræos in Textu ſacro conſonâ & æquali lectione ſimul legere, ut nulla inter eos audiatur diſſonantia, ſed eodem tempore ſeu ſyllabas & voces, ſeu periodos, vel incidant & ſuſpendant, vel promoveant & continuent; & quanta ſit hujus rei utilitas:* deinde, *quòd Metrica & ad certos numeros & menſuras adſtricta carminum dimenſio, quam hodierna Poëſis ſequitur, hujus rei fundamenta deſtruat, ac proinde non ſit progenies Hebræorum veterum, ſed novum inventum, ab aliis populis, præſertim Arabibus, mutuatum & aſcitum.*

Medium, quo prius *probat, continetur periodo paragraphi primâ, cujus verba ita ſunt obſcura, ut ne quidem Hebræi ipſi eorum mentem aſſequantur, & magno Oedipo opus habeant. Hinc ſcribit Muſcatus, hujus libri Gloſſator;* זה אחד מן המקראות בחבור הלז שהרעיש כל העולם כולו כי לא ידעו מה הוא *i.e.* Hic locus eſt unus ex iis in hoc libro, qui commovent totum mundum: quia nemo ſcit, quid ſibi velit. *In ejus tamen ſenſu & mente inveſtiganda anxiè ſudavit & laboravit. Dicit, phraſin hanc,* קבוץ שני נחים *Componere vel conjungere duas quieſcentes, poſſe tribus modis intelligi;* vel, *de duabus literis quieſcentibus in fine vocis; ut in* הֶהָלְכוּא hehálechú, אָבוֹא Abho, *in quibus duæ ultimæ literæ quieſcunt;* vel, *de duabus literis quieſcentibus, quarum una eſt occulta, altera expreſſa, ut in* קָם Kám, *ubi ſub Kametz latet Aleph quieſcens occultè, & Mem eſt expreſſum, nullam vocalem habens, ac proin quieſcens, ita ut perinde ſit, ac ſi eſſet* קָאם; vel, *de duobus Scheva concurrentibus in fine vocis in unam ſyllabam,* ut in וַיֵּבְךְּ, יָפְתְּ, תֹּסְףְּ. *Rejectis duobus primis modis, ipſe amplectitur tertium de duobus Scheva in fine vocis. Ad hujus ſententiæ illuſtrationem & confirmationem adducit locum ex R. Jebúdah Chijug, primo Grammatico Hebræorum, in quo eadem phraſis, & eadem pœnè verba hoc ſenſu de duobus Scheva occurrunt, quamvis in re ipſa de illorum pronuntiatione aliqua videatur eſſe differentia. Locus ille ex R. Jebudah Chijug ita habet;* לא יחברו העבריים בין שני נחים שאינם נעלמים כי אם במקום ההפסקה והשלמת הדבורים ׃ ואם יתחבר שוא עם שוא באמצע המלה או באחריתה השני מתנועע חוץ ממקום ההפסקה ותנועתו בכל דבריהם על הדרך שזכרתי בשוא שהוא בתחלת המלה כמו יִשְׁמְרוּ יִשְׁמְעוּ כי השין שוכן והמם נע וכו' וכן וַיֵּבְךְּ תֹּסְףְּ ׃ יָפְתְּ אֱלֹהִים ׃ דַּפְתְּ בסתר לבי ׃ וַיֵּשְׁבְּ ׃ וַיֵּשְׁתְּ ׃

יוֹלַדְתְּ · שַׁמְתְּ · אלה כולם מתנועעים באחרונה בעבור הסמכם עם שׁ״ש אחריהם · ובמקום ההפסקה ישכנו וינוחו כמו וישא עשו קלו וַיֵּבְךְּ · ויש לך לדעת כי העבריים לא יחברו ג׳ אותיות מתנועעות במלה שאין שם אהחע או אותיות הכפל *h. e.* Non componunt vel conjungunt Hebræi (*in unam ſyllabam*) duas quieſcentes non occultas (*h.e. duo Scheva quieſcentia*, vel, *duas literas cum Scheva expreſſo notatas, quæ literæ ideò quieſcentes vocantur, quia nullâ vocali propriâ ſunt notatæ*), niſi in Pausâ & fine ſententiæ (*ut Geneſ.* 27. 38. וישא עשו קלו וַיֵּבְךְּ, *ubi eſt ad Silluk in fine verſus, & Geneſ.* 45. 14. *ad Athnach in medio verſu*). Quod ſi in medio vocis Scheva cum Scheva conjungatur, vel in ejus fine (*ubi oratio vel lectio continuanda, non ſc. in pauſa*) tùm poſterius movetur (*pronuntiatur*) excepto ſi ſit in loco Pauſæ. Motio autem ejus ubique fit eo modo, quo dixi fieri motionem τȣ̃ Scheva initialis: ut יִשְׁמְרוּ legitur *Jiſch-merú*, ſic יִשְׁמְעוּ *Jiſch-meú*. Schin enim quieſcit (*ſyllabam terminat, Schevâ, quod ſub eo, quieſcente*) & Mem movetur (*ſyllabam ſequentem inchoat*) &c. Sic וַיֵּבְךְּ *Va-jeſ-che*, תּוֹסְףְּ *Toſ-phe*, יַפְתְּ *Japh-te*, יֵשְׁבְּ *Jeſch-be*, יַשְׁתְּ *Jaſ-te*, יוֹלַדְתְּ *Jo-lad-te*; hæc (*Scheva*) omnia moventur in fine, quia conjunguntur cum voce ſequenti (*in continuatione ſententiæ*); ſed in pauſa terminant ſyllabam & quieſcunt; ut; *Et ſuſtulit vocem ſuam* וַיֵּבְךְּ *Va-jeſch*. Sciendum etiam eſt, Hebræos non conjungere in voce una tres literas mobiles (*cum vocali propriâ notatas*) ſine intercedente aliquâ ex litteris אהחע (*vel expreſſâ, vel occultâ & ſubintellectâ*, vel literâ geminatâ (*aut dageſſatâ*). *Hactenus R. Jehudah Chijug.* Cujus verba videntur Muſcato illuſtrare phraſin præſentem ambiguam, quòd ea ſit de duobus Scheva concurrentibus in fine vocis intelligenda. Quamvis in hoc diverſimodè ſentire videantur, quòd Author noſter Scheva in fine vocis geminum utrumque faciat quieſcens abſolutè & ubique; R. Jehudah nonniſi in pauſa & fine ſententiæ; in continuata ſententia pronuntiari & conjungi cum proximè ſequenti voce (*ut* Prov. 30. 6. אַל תּוֹסְףְּ עַל דְּבָרָיו *juxta R. Jehudam legendum*, Al toſ-phe al-deva-rav, *juxta noſtrum Authorem*,. Al toſph al &c.) *Hanc verò ſententiam R. Jehudæ hoc argumento impugnat Ab. Eſra, quòd ea non poſſit locum habere, quando proximè ſequens vox à Scheva incipit; ſic enim duo Scheva mobilia concurrerent, unum finale vocis præcedentis, alterum initiale vocis ſequentis; ut in* וַיִּפְתְּ אֱלֹהִים; *deinde etiam ex eo, quòd Author Accentuum hujusmodi vocibus aliquando Athnach accentum pauſantem appoſuerit. Muſcatus autem ad hoc reſpondet, & ſententias iſtas inter ſe conciliat. Prolixè etiam explicat ſenſum ultimorum verborum R. Jehudæ Chijug. Nobis verò nunc non tantum*

eſt otii,

eſt otii, ut in his tricis enodandis tantum operæ inſumamus, & ea omnia huc transferamus. Lectoris curioſi & otio magis abundantis id relinquimus induſtriæ. Hoc adhuc monemus, eandem phraſin recurrere in noſtro Authore §. ſeq. 80. ubi Muſcatus iterum ſcribit, id intelligendum de duobus Scheva in fine vocis quieſcentibus, ob magis concinnam, decoram, & promptam legendi rationem.

Samuel Arcuvolti *in libro Arúgas habbóſem cap. 5. vult poſterius Scheva eſſe mobile ſemper, etiam in fine vocis, neq; ejus motionem impedire Scheva initiale proximè ſequentis vocis, eò quòd ſint in diverſis vocibus: Regulam eam, de non legendis duobus Scheva continuis, non valere de iis, quorum unum eſt in fine præcedentis, alterum in principio dictionis ſequentis.*

Alio verò ſenſu, quàm Muſcatus, hæc verba explicat cap. 28. Ejus verba hîc Latine apponemus; Cùm ore proferimus verba Scripturæ, penacuta non ſunt facienda acuta, & vice verſâ; ubi Accentus ſunt pauſantes, pauſa & reſpiratio facienda; ubi nulli Accentus pauſantes ſunt, oratio continuanda & promovenda; cavendum, ne literam mobilem faciamus quieſcentem, quieſcentem mobilem: nam & hęc eſt utilitas Grammaticæ quòd ingredi faciat verba in animum auditoris, & illa memoriæ imprimat, ſicut Rabbinus ille dixit ad Regem Coſar, par. 2. §. 78. Cùm enim Rex quæſiviſſet ex eo; *Unde Lingua ſancta haberet hanc præſtantiam, ut centeni in Scriptura legentes, legere poßint ac ſi eſſent Vir unicus, eodem tempore pauſantes, & lectionem eodem tempore continuantes? Et quomodo hanc legendi rationem deſtruat Oratio metrica?* Rabbinus ille reſpondit ei; *Quia componimus vel conjungimus in ea inter duas quieſcentes, & non conjungimus inter tres motiones, niſi neceßitas eò adigat, & oratio inclinat (deſinit, terminatur) in quieſcente. Quæ conjunctio (conjuncta & concordans lectio) & promptitudo vel accuratio, prodeſt ad juvandam memoriam, & animo imprimendum res lectas. Dimenſio verò iſta metrica primò corrumpit rationem iſtarum duarum quieſcentium, deinde confundit penacuta cum acutitonis, & אֲכָלְה & וְאוּכְלָה promiſcuè legunt* (Scheva pro arbitrio facientes vel mobile, vel quieſcens, nulla habitâ ratione rēgularum Grammaticarum). Verba iſta quia in oculis multorum, & præſtantisſimorum ſunt inſtar verborum libri obſignati, idcirco conſtitui ad illorum explicationem quædam hîc in medium proferre, ad oſtendendum, Rabbinum illum appoſitè & ſufficienter ad quæſtionem à Rege Coſar propoſitam reſpondiſſe. Præmitto itaque, quod notum eſt, Grammaticos uti verbo קִבֵּץ pro numero plurali, vel, formatione in numerum pluralem. Sic conſtat בֵּין interdum ſumi pro ב' הכלי *Beth* Inſtrumenti, vel Subjecti; ut בין פארן, id eſt, בפארן

In Paran, בין תפל, id eſt בתפל *In Tophel*, Deuter. 1. 1. Itaq; qũando Coſar vel Coſroës interrogavit, Unde Hebræa lingua hanc prærogativam habeat, ut centum ſimul poſſint legere ac ſi eſſent vir unus? reſpondit ei Socius ſeu Rabbinus; quia nos ex numero ſingulari formamus pluralem per duas literas quieſcentes (*nullâ vocali notatas*), nempe ים in maſculinis, ut גבר, גברים; דבר, דברים; ſic in fœmininis ות, ut מלאכות à מלאכה, à תכונה, תכונות; non autem flectimus in numerum pluralem per tres motiónes (*vocales longas*), quia id ingratum auribus ſonum páreret; Ex. gr. à דבר non dicimus דברים, neque à גמל, גמלים, ſed dicimus גמלים, דברים cum Scheva ab initio ad diminuendas motiones ſeu ſyllabas. Sic in Verbis; ut, à פקד dicimus פקדתם, non פקדתם. Nam licet Scheva hîc pronuntietur, tamen non conſtituit ſyllabam, nec eſt propria vocalis, quia lectio ejus fit diverſimodè; Propria autem vocalis ſemper eodem modo legitur. Quandoque tamen, neceſſitate aliquâ coacti, non mutamus vocalem in Scheva; ut à גנב dicimus גנבים, non גנבים; idque propter Dageſch, quod non poteſt ſequi poſt Scheva mobile. Sic etiam inclinat vox in litera quieſcente; nam dicimus דברים *Devárim*, cum accentu in ultima, non autem acuimus τὸ Beth, *Debbárim*, ut fit in nominibus dualibus, quæ non niſi unam quieſcentem habent; ut יומים, שמים, שוקים, ברכים, פעמים, in quibus vox non inclinat vel incidit in quieſcentem, quia ſunt penacutitona. Atque ex his omnibus, & ſimilibus regulis Grammaticis redit decor & elegantia ad Linguam ipſam, & gratia ac venuſtas ad lectores, ut uno eodemque modo legant, neque unus vocem aliquam in penultima, alius in ultima ſyllaba acuat. Porrò ulteriùs hac de re agitur in libro Coſri §. 80. Summa reſponſi huc redit; Toni vocum certas moderationes, & quaſi inciſiones & ſuſpenſiones (Heb. vocat העמדות) cauſari ut plures ſimul eodem modo legere poſſint, etiam in illis dictionibus, in quibus duæ ſyllabæ ſunt acuendæ, ut מושבותיכם, ubi acuendum eſt Cholem literæ Mem, & Cholem literæ ב. In his conveniunt & concordant omnes qui ſimul legunt, quam prærogativam & præcellentiam lingua Hebræa habet præ reliquis linguis, quæ non habent tot in una voce העמדות ſuſpenſiones vel inciſiones ſyllabarum: & hoc idem etiam conducit ad memoriam. Dimenſio autem metrica, quæ ex ſententia authoris Coſri non eſt ex Hebræorum progenie, deſtruit iſtas duas quieſcentes, in quibus vocis prolatio inclinat vel incumbit in quieſcente, neque in Carminibus illis hoc obſerva-

obſervatur. Ex. gratiâ, in Carminibus R. Emannuelis cap. 2. habetur;

רְאוּ יַעֲלָה אֲשֶׁר שֶׁמֶשׁ וְסַהַר · שְׁחוֹחַ הוֹ־לְכוּת נֶגְדָּהּ וְקוֹדְרוֹת

Sic cap. 9. dicit;

בְּכִסְלוֹ אֱ־הֶיָה שַׁלְוֹ וְאוֹדֶה · לְצוּר רוֹכֵב בְּגַאֲוָתוֹ שְׁחָקִים

Juxta dimenſionem vel ſcanſionem metricam tonus vocis וקודרות eſſe debet in litera Koph (*ut illa ſyllaba acuatur*), & in voce שחקים in Cheth, contra analogiam Grammaticam; quia juxta ejus Regulas prolatio iſtarum vocum debet inclinare in literam quieſcentem (*acuendo ultimam ſyllabam*): Deinde voces penacutas & acutas confundit in reliquis quoque vocibus, ut in ואודה, אהיה, quas ille facit penacutitonas, cùm ſecundum Grammaticas leges ſint acutitonæ: tertiò deſtruit quoque naturam τοῦ Scheva, mobile facit quieſcens, & quieſcens mobile; ut in voce וקודרות, juxta analogiam Grammaticam Scheva ſub Daleth eſt mobile, propter vocalem longam præcedentem; juxta dimenſionem autem carminis eſt quieſcens. Ita ut metricum Carmen nullam facit differentiam inter ואוכלה (Veócheláh) Geneſ. 27. 25. quod eſt prima perſona Futuri, & Scheva ſub Caph habet mobile, & ſignificat, *Et comedam*; & וְאָכְלָה Veóchla, quod eſt Imperativus, & Aleph in eo eſt radicale.

Sic Arcuvolti. *Minus tamen ad authoris mentem videtur eſſe hæc expoſitio, quia præcipuum ejus fundamentum conſtituit in Verbo* קִבֵּץ, *quatenus apud Grammaticos* Numerum pluralem, *vel*, Flectere in numerum pluralem, *ſignificat. Atqui R. Jehudah Chijug pro verbo* קִבֵּץ *in eadem phraſi ſubſtituit* חִבֵּר *quod eam ſignificationem non habet. Itaq;* קִבֵּץ *videtur hic propriè ſumi, pro* Congregare, Componere. *Sic etiam reperitur alicubi in Michlol Kimchii, & apud Aben Eſram in libro Tzachuth &c.*

Sive autem hoc, ſive illo modo, Verba Authoris explicentur, mirum eſt, illum ad probandum inſtitutum ſuum ſatis amplum, nonniſi ex uno vel alterutro horum illud probare. Muſcatus dicit, illum ex multis unum & alterum tantùm voluiſſe exempli loco adducere, ut inde colligatur, quantum utilitatis & commodi ex aliis quoq;, & Grammaticæ cognitione redeat, & quantopere in ejus fundamenta peccet nova Poëſeos ratio, quæ licentiam ſibi ſumit paſſim pro lubitu ea ſubvertendi. Et poſtea §. 80. ulterius utilitatem hanc Grammaticarum obſervationum proſequitur.

אמר הכוזרי אשאל אותך עט
התדע למה מתנועעים ה
היהודים בקריאת העברית:

LXXIX. *Coſri*; Quæro ex te num ſcias, quare ſeſe hinc inde moveant Judæi, quando legunt Hebraicè?

LXXX. *Judæus*; Dicunt, id fieri ad excitandum calorem naturalem [1.]. Ego verò exiſtimo, id non ob aliam cauſam fieri, quàm ob eam, de qua hactenùs egimus. Nam quia plures illorum poſſunt ſimul legere ac ſi unus eſſent, hinc quandoque decem, aut plures, ad unum librum congregantur (qua de cauſa etiam noſtra Volumina Legis majora ſunt) [2.], quorum unusquisque ſingulis momentis cogitur ſe ſubinde inclinare, ad inſpiciendas voces, (quia Liber eſt in terrâ) & retrocedere (*ut aliis locum faciat*). Et hæc fuit *Cauſa prima* hujus rei. Poſtmodùm, ex jugi & continuâ iſtâ inſpectione cum motitatione, abiit hoc in conſuetudinem (*ut aſſueſcant ſemper ſe movére, quando legunt, nihil tale cogitantes, etiam cùm privatim legunt*). Denique etiam faciunt hoc, alii alios imitando, prout homines facere ſolent. In aliis autem populis unusquiſque legit in libro ſuo proprio, & vel ad oculos ſuos illum admovet, vel ipſe ad eum ſe demittit, prout ſc. ipſi lubuerit, à nemine alio impeditus, unde nec neceſſe habet eâ ratione ſe inclinare & retrocedere.

[3.] Poſt hæc (*præter ea ſc. quæ ſuprà dicta ſunt §. 28. ad præſtantiam Linguæ Hebrææ agnoſcendam facit*) Nobilitas Punctationis (*in genere*) & (*in ſpecie*) [4.] Septem Regum, exquiſitisſima item accuratio, & utilitates, quæ hauriuntur ex differentia inter Kametz & Pathach, Tzere & Sægol; veluti quòd inſerviunt ad diſcernendum inter Præteritum & Futurum, ut in [5.] וְשַׂמְתִּי & שַׂמְתִּ; וְאַבְרְכֵהוּ וַאֲבָרְכֵהוּ; [6.] inter Verbum item & Nomen; ut חָכָם (*cum duobus Kametz eſt Nomen*) & חָכַם (*quod eſt Verbum*); inter He interrogativum, & He hajediah veluti הָעֹלָה הוּא לְמָעְלָה, Eccleſ. 3. verſ. 21. Præter hæc ſunt alia, quæ fa-

פ　אמר החבר אמרו כי ב
בעבור העיר החום הטבעי
ואיני סבור שהוא אלא מצד
הענין שאנחנו בו מפני שהיו
יכולים לקרוא רבים מהם
כאחד היה יכול שיתקבצו בהם
עשרה או יותר על ספר אחד
ובעבור זה היו ספרינו גדולים
ויצטרך כל אחד מהעשרה
שיטה בכל עת לעיין התיבה
וישוב והוא נוטה ושב תמיד
מפני שהספ׳ בארץ והיה זה
הסבה הראשונה ואחר כן
שב מנהג מפני ההסתכלות
והראיה בנדודם תדיר ולהדמות
למי שרואין אותם כאשר הוא
בטבעי בני אדם ׃ וזולתינו
קורא כל אחד בספרו ומקרבו
אל עיניו או יקרב הוא אליו
כפי רצונו מבלי שיצר עליו ח
חביריו ואיננו צריך שיטה ו
וישוב ׃ ואחרי זה מעלת
הנקוד ומסירת השבעה מלכים
ומה שיש לנו מהדיוק ו
ומהדקדוק והתועלות היוצאות
מהפרש אשר בין הקמץ ו
והפתח ובין הצרי והסגול ו
ותועלותם בענינים להבדיל בין
העובר והעתיד בהם כמו שמתי
ושמתי וכן אברכהו ואברכהו
ויבדיל בין פעל לתאר כמו חכם
וחכם ובין הא השאלה והא
הידיעה כמו העולה היא למעלה

וזולת זה ממה שהם מועילים מיופי סדר גלגל הדבור בקבוץ השני נחים עד שתבא בדבור העברי קריאה יהיו שוין בה קהלה מבלי טעות: ולטעמי׳ עוד תנאים אחרים כי צדדי הדבור בעברית בדרך החלוקה משני׳ קמוץ ופתיח׳ ושבר ובחלוקה אחרת קמוץ גדול והוא קמץ והקמוץ בינוני והוא חולם וקטן והוא שורק ופתיחה גדולה והוא פתח וקטנה והוא סגול ׃ ושבר גדול והוא חירק קטן והוא צרי והשבא מונעת באלה כלם בתנאי׳ והיא התנועה לבדה בלי תוספת וזולתה מביאה נח אחריה והקמץ יהיה סמוך לו נח משוך ולא יהיה סמוך לו דגש בתכונה הראשונה ואם יבא סמוך לו דגש יהיה בעבור דוחק ב התכונה השנית או השלישית ונחו המשוך הא או אלף כמו ברא וקנה ויכול שיבא אחר הנח משוך נח נראה כמו וקאם שאון החולם יבא אחריו נח משוך והנח שלו ואו או אלף כמו לא לו ואפשר שיבא אחריו נח נרא׳ כמו שור שמאל הצרי יבא אחריו נח משוך ונחו אלף או יוד כמו יוצא ויוצא׳ ׃

quæ faciunt ad elegantiam ordinis & conſequutionis in oratione, veluti conjunctio duorum Scheva in fine vocis (*ut ſup. fuit §. 78.*) unde prodit in Sermone Hebræo Lectio uniformis & æqualis à tota Eccleſia, ſine ullo errore. Accentus inſuper adhuc alias habent conditiones ſeu proprietates.

[7.] Nam modi Sermonis Hebræi (*ratione vocalium cum quibus voces efferuntur*) primò dividuntur in Kametz, Pathach, & Chirek; deinde in Kametz magnum, quod propriè eſt Kametz; in Kametz medium, quod eſt Cholem; & in parvum, quod eſt Schurek; in Pathach magnum, quod propriè eſt Pathach; & parvum, quod eſt Sægol; in Chirek magnum, quod eſt Chirek propriè; & parvum, quod eſt Tzere; [8.] Scheva autem pronuntiatur cum his omnibus, ſub certis conditionibus, & eſt vocalis ſolitaria, ſine additione (*nullam poſt ſe trahens literam quieſcentem*): Cæteræ verò vocales poſt ſe trahunt quieſcentem (*literam, ſeu expreſſam, ſeu non expreſſam*): Kametz poſt ſe trahit quieſcentem occultam, ſed poſt illud non ſequitur Dages forte, ſecundum affectionem linguę primam, (Analogiā ſc. & proprietatem literarum & vocum); quod ſi ſequatur poſt illud Dages, fit illud irregulariter ratione ſecundæ affectionis linguæ (h.e. *propter εὐφωνίαν & decorem pronuntiationis ſeu orationis*) vel tertiæ, h. e. Accentus; Conſona autem ejus quieſcens eſt ה vel א, ut in בָּרָא, & קָנָה &c. videre eſt: Quandoq; tamen poſt quieſcentem ſubintellectam, ſequitur quieſcens expreſſa, ut in שָׁאוֹן , קָאם: Sic poſt Cholem trahitur tacitè quieſcens, quæ eſt ו vel א, ut לא לו: poteſt etiam illud ſequi quieſcens expreſſa, ut in שׁוֹר , שׂמאל: Poſt Tzere ſequitur vel trahitur itidem quieſcens, eaq; vel א, vel י, ut, יוֹצֵא , יוֹצֵאי:

He autem non ſequitur poſt illud naturaliter & ſecundum affectionem Linguæ primam, ſed juxta affectionem ſecundam. Schurek, vi omnium trium proprietatum Linguæ, poſt ſe trahit Quieſcentem, Dages, ut & quieſcentem expreſſam: Quieſcens autem ejus litera eſt Vav ſola, ut לוקח ,ללון אֵלוּ. Tῶ Chirek eadem eſt ratio quæ τῶ Schurek, ut לִי ,לְבִּי: Poſt Pathach & Sægol nulla ſequitur vel trahitur primò & propriè quieſcens ſecundum affectionem linguæ primam, ſed juxta ſecundam, vel propter accentum, vel in pauſa & fine ſententiæ.

Affectio (Linguæ) prima eſt, ſecundum quam conſiderantur ſingulæ literæ & dictiones, nullâ habitâ ratione εὐφωνίας, vel devolutionis orationis totius, quæ conſtat ex continuatione vel cohærentia verborum, & pauſâ vel diſtinctione, vocibus magnis & parvis &c. Sic aptantur ſeptem Reges (*vocales*) ſecundum primam & propriam ſuam qualitatem ſine variatione vel anomalia; Scheva item ſecundum naturam ſuam, ſine Gája.

Affectio ſecunda conſiderat Elegantiam & Decorem conjunctorum verborum & conſecutionem eorum. Jam fieri poteſt, ut in affectione prima aliquid mutetur ad emendandam & ornandam ſecundam.

Affectio tertia conſiſtit [9.] in Accentibus, & poteſt illa mutare aliquid in duabus præcedentibus affectionibus.

Ab affectione prima non aljenum eſt, ut continuò ſe invicem ſequantur tres Vocales mobiles, ſine intercedente litera quieſcente vel Dageſch, ſed motio Schevata (*Scheva mobile*) poſt Scheva mobile, *imò* tres & plures, prout id uſitatum eſt in lingua Arabica: Aljenum

ויוצאי : אבל ההא אינגרה
בארה אחרי הצרי בטבע ו
ובתכונה הראשונה אך בארה
בתכונה השנית השורק מ
מתנועע על השלש תכונו' יבא
אחריו המשוך ויבא אחריו
הדגש והנח הנראה ונחו
הוא לבד כמו אלו ללון ולוקח
החירק כמו השורק כמו לי ולין
ולבי : הפתח והסגול לא יבא
אחריהם נח משוך בתכונה
הראשונה אבל תמשכם ב
בתכונה שנית להשען עליה
או לטעם או למקו' הפסק
הפרק והתכונה הראשונה
תקבל תנאיה כשאתה מעיין
באות אות ותיבה תיבה ולא
תרגיש על תקנת גלגל הדברים
המחוברים מחבור. והפסק
ומלה גדולה וקטנה וזולת זה :
ואז יכוננו לך השבעה מלכים
על תכונתם הראשונה מבלי
חלוף והשבא על ערכה מבלי
געיא : והתכונה השנית
מעיינת ביופי חבור המלות
וגלגולים ואפשר שישונה מן
התכונה הראשונה לתקן
השנית והתכונה השלישית
מעלת הטעמים ואפשר שישונת
משני התכונו' הקודמות ואיננו
נכרי בתכונ' הראשונה רדיפת
שלש תנועות שלא יכנס ביניה'
נח ולא דגש אבל באה תנוע'
שבאית אחר תנועה שבאית
שלש ויותר כאשר יעבור אה

בערכי ; אבל זה נכרי בתכונה
השנית ; ובעת שיזדמנו
שלש תנועות בתכונה ה
הראשונה תמשך אחת מהם
בתכונ' השנית בשיעור נח
כי העברית קשה לה רדיפת
שלש תנועות אלא בפגיעת
הכפל כמו שררך או אותיות
אחהע כמו נהרי נחלי אם
תרצה תמשוך ואם ת
תרצה תמהר ; וכן הכשיר
התכונה הראשונה קבוץ שתי
תנועו' זאת אחר זאת נמשכות
כשיעור שני נחים ; וראתה
תכונה השנית כי הדבור הזה
לא יהיה נאה והפילה אחד
משני המשכים והשאיר השני
כמו שמתי ושמתי וכל הדומה
לו הלא תראה פעל וחביריו
הדבור בו בהפך הנקוד תמשך
העין והוא פתח ותניח הפא
והוא קמץ ומשיכת העין
איננה כי אם להשען לא לנח
רפה ועל כן השאירו אמר לי
ועשה לי על התכונה הראשונה
מפני שנשענו על המלה ה
הקטנה ; וכן אנו רואין פועל
בשני קמצין והוא פעל עבר ;
ונבקש עלת זה ונמצאהו
באתנח או בסוף פסוק ; ונאמר
שזה הנח נתיישב בתכונה
השנית בעבור העמידה ו
וההפסק ונמצא הענין הזה
הלך כן עד שנמצא עוד פעל

Aljenum verò eſt ab affectione ſecunda. Quando ergo juxta affectionem primam occurrunt tres motiones, producitur una illarũ juxta affectionem ſecundam, ad menſuram quieſcentis; quia in lingua Hebræâ dura eſt conſequutio trium mobilium, niſi intercedat vel litera geminata; ut שָׁרְרֵךְ, vel litera aliqua gutturalis אחהע; ut נַהֲרֵי ,נַחֲלֵי: quod ſi voles, protrahes, Na-ha-re, Na,cha,le: ſi voles, accelerabis (*nà-barè*). Sic admittit affectio prima conjunctionem duarum motionum, inſtar duarum quieſcentium; Affectio autem ſecunda, videns orationem talem non eſſe elegantem, abjicit unam ex duabus, & relinquit ſecundã, ut, [10.] וְשַׂמְתִּי, שַׂמְתִּי, & ſimilia. In verbo פָּעַל & quæ ſunt illius formæ, contra leges punctationis vides produci (*acui accentu tonico*) ſecundam radicalem Ajin pathachatam, & quieſcere (*non acui*) primam (*Pe ſc.*) Kametzatam? Protractio ſeu productio autem illa ſecundæ radicalis ſolùm fit, ut vox illa in fine ritè terminetur in ultima litera; non propter aliquam quieſcentem (*tacitè ſub Pathach comprebenſam, vel ſubintellectam & incluſam, uti eſt poſt* ־), ſed ut ſic innitatur & terminetur in ultima litera mobili. Ideò in גָּלָה לִי, & אָמַר לִי (*in quibus & ſimilibus ei ſubjungitur particula monoſyllaba*) reliquerunt (*accentũm in penultima*), juxta proprietatem primam, quia innituntur particulę ſequenti parvæ & cum ea conjunguntur. Sic invenimus aliquando Verbum Præteritum cum duobus Kametz, cujus cauſam ſi inveſtigaverimus, inveniemus eam eſſe in Athnach aut Sophpaſuk. Dicemus itaque, iſtam quieſcentem (*quæ ſequitur occultè poſt Kametz ſecundum*) eſſe ex proprietate ſecundâ, propter pauſam vel finem periodi. Atq; hoc ita frequenter fieri depre-

hendimus, ut verba etiam reperiantur notata cum duplici Kametz ad Sakeph (*Accentum diſtinctivum minorem*), cujus rei itidem nulla alia cauſa eſt, quàm pauſa & inciſio ac diſtinctio orationis; propter quam jure deberet ibi eſſe Athnach aut Silluk, niſi alia impedimenta vel obſtacula eſſent, quæ poſtulant, ne illa orationis pars incidat in Athnach vel Sophaſúk. Sic etiam aliquando invenimus ad Athnach & Silluk quædam cum Pathach notata, præter illam conſuetudinem modò dictam; ut זָקַנְתִּי, Geneſ. 18. 13. וַיֹּאמַר, Num. 11. 27. וַיֵּלֵךְ, Jobi 27. 21. תְּשַׁבַּרְנָה, Pſal. 37. 15. Cauſa in וַיֹּאמַר (*cur ſc. ibi Pathach propter Accentum non mutatum ſit in Kametz*) eſt ſenſûs ratio; non enim convenit, ut in pauſa & in fine periodi dicatur; *Et dixit:* quia id neceſſariò aliquid requirit, & cohæret cum ſequentibus, ad perficiendam ſententiam. Pauca tamen hìc excipiuntur; veluti; כַּאֲשֶׁר אָמָר, *Quemadmodum dixit*, Geneſ. 21. 1. ubi ſententia eſt perfecta, quia refertur & reſpicit ad præcedentia, unde meritò Kametzatum eſt, quia eſt in loco pauſæ. Sed in וַיֵּלֵךְ, & תְּשַׁבַּרְנָה, Pathach adhibitum eſt, quia durum eſt, nec quadrat ut Tzere mutetur in Kametz, ſine intercedente devolutione (*ut ſc. non prius mutetur in aliam vocalem, quæ poſſit deinde mutari in Kametz*); ac propterea mutatum eſt in Pathach (*quod deinde regulariter in pauſa poteſt & ſolet mutari in Kametz*). Et fortè ob eandem cauſam quoque Pathach eſt in זָקַנְתִּי ad Silluk, quòd radix ejus ſit זָקֵן, unde Tzere in pauſa mutarunt in Pathach.

בשני קמצים בזקף ונבקש עלתו ונמצאהו מקום הפסק בענין והיה דינו שיהיה אתנח או סוף פסוק לולי דחקים אחרים הצריכו שלא יפול באתנח ולא בסוף פסוק כאשר נמצא גם כן פתחי באתנח ובסוף פסוק: עלזולת ההלוך ההוא כמו וילך ויאמ' וזקנתי ותשברנ' ונמצא עלת ויאמר מפני ההקפדה על הענין מפני שאין דין ויאמ' לעמוד בו מפני צרכו אל מה שאחריו בהשלמת הענין אלא המעט כמו כאשר אמר כי ענינו שלם בה שבא על מה שקדם והוא ראוי לקמץ מפני שהוא מקום הפסק: אך וילך ותשברנה מפני שקשה להעתי' השבר אל קמצה גדולה מבלי גלגול אבל העתיקוהו אל פתח ושמא זקנתי מהדר' הזה בעבור ששרשו זקן והעתיקו הצרי בעמידה אל פתח וכן נתמרה מפעל וכל אשר בא על משקלו מלעיל משוך הפא והוא בסגול עד שנחשוב שאם לא משכו הפא היה מביא צורך הדבור העברי למשוך העין וישו' מלרע

Sic miramur de [11.] פֶּעֶל, & quæ ejus formæ ſunt Nominibus, cur ſcilicet illa ſint penacuta, primâ literâ, quæ cum Sægol notata (*quæ nullam poſt ſe trahit & includit quieſcentem*) productâ accentu tonico! At cogitandum, ſi non produceretur prima radicalis, neceſſitatem ſermonis

ויהיה בין העין והלמד נח רפה
אחר סגול וזה דבר תמה ואין
תמה בפא כי אי אפשר להבליע
נח ומקום הנח רק : והמשך
ההוא שהוא מלעיל אמנם
הוא במקום נח נראה כנגד
פן על לא כנגד פא על שכאשר
יהיה באתנח ובסוף פסוק שב
פעל כנגד פא על וראינו צורך
המשך כאשר אמרנו בשמתי
ושמתי וכן נתמה משער ונער
וחביריהם על המשך הפא
שלהם והיא פתח ונחשב
ונראה שהוא במקום פעל
ואמנם נפתחו בעבור אחהע :
ועל כן לא נשתנה בסמוך
כאש' ישתנה נהר וקהל וזהב
בסמוך כי הוא על משקל דבר :
וכן אעשה יעשה אבנה אקנה
בסגול עם נח רפה ונחשוב
בדמיון הראשון שהוא אפעל
יפעל ונראה שעין הפעל לא
נבנה על משך אבל על נח
נראה עם פתח לעולם ויש לנו
אמתלא על שלא נוקד בפתח
גדול והיא אומרים אעשה
בעבור שלא תפול פתח על הא
נחה אלא בקמץ והקמץ משוך
ועין הפעל איננו משוך כל עקר
אלא אם תעתק אליו תנועת

monis Hebræi requiſituram, ut produceretur ſecunda radicalis, & fieret vox Mihrah ſeu Acuta, literâ quieſcente occultatâ & incluſâ poſt alterum Sægol inter ſecundam & tertiam radicalem: Id verò foret mirum (*inſolens*) cùm non ſit mirum de prima radicali, quia ea non poteſt eſſe ſine quieſcente, loco utpote quieſcentis vacuo ibi exiſtente. Productio itaque illa penacuta eſt loco literæ quieſcentis apparentis, q. d. פֶּן עֶל *pen-gel*, non פֵּא עֶל *pé,ngel*: quando autẽ incidit in Atnach aut *Silluck*, eſt quaſi פֶּן עָל. Unde videmus neceſſitatem productionis illius, ſicut diximus de שֶׁמֶתִי & וְשֶׁמֶתִי. Sic ibidem miramur de forma שַׁעַר נַעַר (*& ſimilibus cum duplici Patach*) cur in iis acuatur & producatur prima radicalis illorum, notata cum Pathach. Fit autem illud ideò, quia duplex Pathach in illis eſt loco duplicis *Sægol*. Pathachata autem ſunt propter mediam literam gutturalem, unde non mutantur in conſtructione ſicut mutatur זָהָב ,קָהָל ,נָהָר in conſtructione, quia ſunt formæ דָּבָר. Sic אֶקְנֶה ,אֶבְנֶה ,יַעֲשֶׂה ,אֶעֱשֶׂה deſinentia in Sægol quieſcente ultimâ literâ (ה,) exiſtimamus primâ fronte, (*quando ſc. illa pronuntiari audimus*) illa eſſe formæ אֶפְעַל ,יִפְעַל: videmus autem ſecundam radicalem terminari non in literâ quieſcente occultâ, ſed apparente ſeu expreſsâ (*He*), & quidem cum Sægol perpetuò. Cur non punctetur cum Pathach magno, (*h.e. Pathach propriè ſic dicto, ad formam* אֶפְעַל) nempe אֶעֱשָׂה, ejus rei hæc eſt ratio, quòd Pathach nunquam incidat in He quieſcens, ſed Kametz (h. e. *quòd ante* ה *quieſcens in fine nunquam ponatur Pathach, ſed Kametz*): Kametz autem per ſe eſt productum (*& includit poſt ſe literam quieſcentem occultam,*): Secunda verò radicalis nullo modo, nec unquam producitur (*i.e. cum vocali longa effertur, in hac forma*) niſi ad eam

transferatur vocalis aliqua mobilis, aut proximè ſequatur א, ut in אֱצָא. Cum Sægol itaque punctandum fuit אֶעֱשֶׂה; quia eſt vocalium minima, & ſæpè in Tzere convertitur ac pro eo uſurpatur, ſi quando opus eſt juxta proprietatem ſecundam aliam vocalem in ejus locum ſubſtituere in diſtinctione ſententię & pausâ, & quaſi nullus apparet in his τῷ He locus, niſi in pauſatione, aut in accentu, adeò ut ſæpiùs poſt illud ſequatur Dageſch, ut; אֶעֱשֶׂה לָּךְ, Item אֶבְנֶה לִּי, ubi in pronuntiando non apparet, (non animadvertitur) quod non ita fit in Tzere; in יָבֵא לִי·אָבֵא·אֵצֵא. Nunquam enim poſt illud venit Dageſch: Tzere autem venit propter apparentiam τῷ Aleph. Quàm exigua τῷ He fuerit habita ratio (*h. e. quàm nihili reputetur in illis He in pronuntiatione*), vel hinc apparet, quòd ſæpè illud abjiciatur è ſcriptura & voce; ut in וַיַּעַשׂ וַיִּקֶן וַיִּבֶן. Et quî quæſo poſſet reſidere ה in Tzere (*propriè ſc. & naturaliter*)? Apponitur itaque vocalis leviſſima, nempe Sęgol; ſc. juxta affectionẽ primam, donec eam affectio ſecunda deinde transferat ſeu mutet in Tzere, in pauſa. Sic miramur de מִקְנֶה, מַרְאֶה, מַעֲשֶׂה, & aliis hujus formæ, quòd illa in conſtructione habeant Tzere, extra conſtructionem autem Sægol, & videtur nobis contrarium eſſe debere. Quando verò cogitamus, tertiam radicalem, quæ eſt ה, quaſi nihil reputari, ac ſi illæ voces tantùm eſſent מִקֶן, מַעֲשׂ, מַרְא, non competebat eis alia vocalis quàm ſægol: neceſſitate autem flagitante (*ſc. in conſtructione*) ut appareret in quieſcente literâ occultâ, ut in מַעֲשֵׂהוּ, מַרְאֵהוּ, מַרְאֵם מַעֲשֵׂם cõvertitur Sęgol in Tzere, quod fit in conſtructione loco Pathach, quod eſt in

או תפול.על אלף כמו אצא ‫:‬
וראוי להעתיק אעשה אל סגול
מפני שהוא המעט שבתנועות
ישוב וישתתף עם הצרי כ
כשיצטרך בתכונה השנית
לישבו תמורתו בעמידה וכמעט
שלא יראה לה באעשה מקום
אלא בהפסק או בטעם ויקל
הדגש עמה אעשה לך אבנה
לי עד שלא תראה מה שאין כן
באצא ואבא ויבא לי ‫:‬ ולא
יבא אחריו דגש ויבא לפניו צרי
בעבור הראות האלף והלא
תראה קלותם בהא עד
שהפילוה מן הכתב והלשון
ויבן ויקן ויעש ‫:‬ ואיך תתישב
בצרי אבל היא נותנת המעטה
שבתנועות והיא הסגול ‫:‬
זה בתכונה הראשונה עד
שתעתיקנה התכונה השנית
אל הצרי בהפסק ‫:‬ וכן נתמה
ממראה וממעשה ומקנה
וחביריהם מפני שנראה אותם
כסמוך בצרי ובלתי סמוך ב
בסגול.ונהיה סבורים שהאמת
בהפוך זה ‫:‬ ובאשר נחשב על
למד הפעל הנחה והיא ההא
כי היא נחשבת כאין וכאלו
השמות האלה אינם כי אם
מרא מעש מקן לא היתה
ראויה לזו הסגול עד שיבוא
צורך להראותה בנח רפה
במראם ומעשם ומראיהן
ומעשיהן הושב הסגול צרי ל
לעמד בעת הסמוך במקום
הפתח במראם ומעשם ‫:‬

ואשר בא על התכונה ה
הראשונה ולא שינתה אותו
התכונה השנית בנקוד אלא
בדבור בין שהוא נפרד בצרי
וסמוך בסגול ואפשר ש
שימשכהו הטעם כמו בן יאיר
בן שמעי והוא על תכונתו
הראשונה בסגול ׃ ואפשר
שיחפזנו הטעם מלרע שהוא
בצרי ׃ ולמחבר החכמה הדקה
הזאת סודות נעלמים ממנו
ואפשר שעמדנו על קצתם
וכוון בהם להעיר על הפרושים
כאשר אמרנו בהעולה הוא
למעלה ובמה שמבדיל בין
העובר והעתיד ובין הנפעל
העומד והנפעל העובר וינקדו
נאסף אל עמי בקמץ וכאשר
נאסף בפתח וינקדו וישחט
בקמץ ואם אינם במקום
הפסק דבור זה היה במקום
זה׃הפסק ענין והרבה שמנהיגים
הסגול הבא אחר הזרקא מנהג
האתנח והסוף פסוק והזקף
בזולת התכונה הראשונ׳ ואלו
הייתי מרחיב בשער הזה הייתי
מאריך הספר ולא הראיתי לך
כי אם מעט מהחכמה הזאת
הדקה ושאיננה מופקדת אבל
היא בעלות ובמסורות ׃

eſt in מראם כעשם. Sunt etiā quædā in quibus affectio prima nō mutatur per ſecundam in punctatione, niſi בדבור h.e. ratione accentus, vel, ob accentum, ſermonem promoventem; Veluti בֵּן, quod, cùm abſolutum eſt, ſcribitur cum Tzere; conſtructum, cum Sægol, & ſic quandoque cum accentu Merca ut in בֶּן יָאִיר בֶּן־שִׁמְעִי Eſth. 2. 6. ubi (*ſcriptionis ſc. ratione*) juxta primam proprietatem eſt cum Sægol (*in* בֶּן יָאִיר *quia ſenſûs ratione eſt conſtructum*); quandoque cum accentu accelerante eſt cum [12.] Tzere, (*quia ſenſus ratione eſt abſolutum*).

Denique habuit author Scientiæ vel Artis hujus rationes nobis occultas, quarum aliquas fortasſis aſſequimur, quibus voluit monére de certis expoſitionibus (*quibus voluit deducere nos ad expoſitionem & intelligentiam ſenſûs*) ſicut diximus de הָעֹלָה היא למעלה Eccleſ. 3. 12. (ה *ſc. in* הָעֹלָה *eſſe He hajediah, non He interrogationis, quia eſt cum Kametz*): Sic etiam quòd diſtinxit inter Præteritum & Futurum (veluti וַאֲבָרְכֵהוּ וְאֲבָרְכֵהוּ, ubi וַ facit Futurum, וְ Præteritum): inter Præteritum & Participium Niphal, veluti נֶאֱסָף (*cum Kametz*) Genes. 49. 29. eſt Participium, נֶאֱסַף (*cum Pathach*) Num. 27. 13. eſt Præteritum. Sic וַיִּשְׁחָט punctatur cum Kametz etiam extra pauſam ſeu diſtinctionem ſententiæ, ratione habitâ ſenſus (*non Accentus*).

Sæpè etiam Sægol ſolent mutare quod venit poſt Sarka, perinde ut ſolet fieri in Athnach & Soph-paſuk, vel Sakephkáton, non habitâ ratione proprietatis Linguæ primæ. Quod ſi autem vellem me dilatare in hæc materia, prolixus nimis evaderet liber. Neq; enim niſi pauciſſima de hac ſcientia tibi tradidi, quæ ſubtilis eſt, neque ratione deſtituta, ſed ſuas habet cauſas & rationes, easque à Majoribus ſic acceptas (*vide par. 3. à §. 25. ad 35.*)

NOTÆ.

[1.] *Quia per ejus excitationem homo fit alacrior, ſicut è contra ſedendo & quieſcendo torpor oritur, & ſopor facilè hominem obruit, neque ita feliciter lecta retinet memoriâ. Meminit hujus rei Ephodeus in Præfatione, Regulâ de Scripturæ lectione ſeptimâ, & addit, de hac conſuetudine fortè intelligendum, quod Exod. 2. 18. legitur*; Et omnis populus videbant voces, & timebat populus, & moverunt ſe;

[2.] *Meminit hujus rei iterum Ephodeus Regula decimâ, & addit:* Ita fuit in temporibus illis, quibus magno numero, centenis, millenis, imò myriadibus, Legis ſtudio vacabant, adeò ut & opifices, quando à labore ſuo otioſi fuerunt, nihil aliud egerint; Nunc autem, quandò plures ſunt Libri quàm Scribæ, & opifices cùm otioſi ſunt ſequuntur vanitates, ludunt aleis, latrunculis, vel aliis ludis, hæc cauſa ceſſat, & remanet cauſatum, ex conſuetudine antiquorum. *Muſcatus ſcribit, olim non tantùm Librum Legis ita in magnis membranis, & grandioribus characteribus ſcribi ſolitum fuiſſe, ſed etiam Prophetas, & Hagiographa.*

[3.] *Hîc jam continuat Author in præcedentibus cœptum Diſcurſum de præcellentia Linguæ Hebrææ ſupra alias, & præter ea quæ §. 78. adduxit, alia jam affert Grammaticalia, ad hujus Linguæ proprietatem ſpectantia, è quibus ejus eximiam præſtantiam & accurationem oſtendit. Ad ſcopum & intentionem ejus aſſequendam ſcribit Muſcatus, ſciendum eſſe, Linguæ Hebrææ proprietatem juxta authoris mentem tripliciter conſiderari*; Primò *reſpectu literarum & vocum ſingularum, prout illæ ſunt punctandæ & pronuntiandæ juxta naturam ſuam, nullâ prorſus ratione habita ordinis, conſequutionis & elegantiæ orationis totius*; Secundò *reſpectu Elegantiæ vocum conjunctarum, & conſtructionis orationis totius*; Tertiò *reſpectu moderationis Lectionis juxta Accentus, ut ea ſenſui & rebus lectis ſit congrua & conveniens: De* primâ *proprietate illum agere à verbis* מבלי טעות *usque ad*, העולה היא למעלה: *Inde uſque ad* ואחרי זה מעלת הנקוד וכו׳ *de propriètate ſecunda: Verbis ſequentibus,* ולטעמים עוד תנאים אחרים *de proprietate tertia: Hinc & ulteriùs illum in ſpecie explicare ſingula fuſiùs, quæ in genere hactenus dixerat.*

[4.] *Per* Septem Reges *non intelligit Accentus (de his enim poſtea demùm agit) ſed ſic veteres vocabant Vocales omnes proprias (excepto Scheva), & ita numerabant; Kametz, Tzere, Chirek, Cholem, Schurek, Pathach, Sagol; ſub his reliquas etiam comprehendentes, Kametz-chatuph, Kibbutz, & Chirek breve. Qui volet, conſulat hîc Muſcatum, Aben Eſram in libro Tzáchut, & Tractatum noſtrum de Punctis pag. 202.*

[5.] *Hoc*

[5.] *Hoc exemplum* וְשַׁבְתִּי שַׁמְתִּי *hic videtur eſſe aljenum & irreptitium. Quamvis enim* וְשַׁמְתִּי *poſſit Futurum eſſe, id tamen non ſit ratione punctationis, ſed habetur ex conjunctione vocum & orationis ſerie.*

[6.] *Hîc nullum exemplum apponit, quomodo Tzere & Segol differentiam faciant inter Nomen & Verbum. Fit id in* אוֹמֵר *&* אוֹמֶר; *Cum Tzere eſt Participium; cum Segol eſt Nomen &c.*

[7.] *Hîc jam in ſpecie redit ad oſtendendam accurationem illam linguæ Hebrææ, quam habet ratione Punctorum vocalium. Dicit*, Vocales dividi priùs in Kamez-Pathach, & Chirek; *ubi Muſcatus exiſtimat illum per Kamez intelligere* Cholem, *& reſpicere ad id quòd iſtæ tres vocales à veteribus Grammaticis vocentur* מוֹסְדִים *Fundamentales, quòd reliquæ ratione figuræ ſuæ ex his oriantur. Quod ipſum etiam hîc docet author, dum oſtendit, quomodo ſeptem illæ vocales, quæ ſuprà nominatæ ſunt, omnes ſub his comprehendantur, & ad eas referantur, dum ait*; deinde *dividuntur in* Kametz magnum, *quod propriè eſt Kametz*; *in* Kametz medium, *quod eſt Cholem*; *&* Parvum, *quod eſt Schurek* (& hæ tres oriuntur ex Kametz quod ille vocat, h. e. ex Cholem); in Pathach magnum, *quod propriè eſt Pathach*; *&* Parvum, *quod eſt Segol* (hæc duo referuntur ad Pathach); in Chirek magnum, *quod eſt Chirek*; *& Parvum, quod eſt Tzere* (hæ duæ referuntur ad Chirek).

[8.] *De modis pronuntiandi Scheva apud veteres, & quomodo omnium reliquarum vocalium naturam induat, prolixè tradunt Grammatici Hebræorum, R. Jehudah Chijug, Aben Eſra, Kimchi, Ephodeus, Balmeſius, alij, & hoc quoq; loco ex eis Muſcatus.*

[9.] *In Hebræo exemplari utriusq; editionis legitur,* והשלישית מבלי הטעמים Tertia proprietas eſt ſine accentibus. *Quæ lectio procul dubio vitioſa & corrupta eſt. Itaq; Muſcatus legendum putat,* מעלת הטעמים Nobilitas vel præſtantia Accentuum, *quod nos ſequuti ſumus*; *aut* תבלי הטעמים Tertia proprietas ſunt condimenta Accentuum, *quòd Accentus dictionibus guſtum & ſaporem addant, ut condimenta cibis.*

[10.] *Muſcatus ita explicat*; שַׁמְתִּי quando Milhel ſeu penacutum eſt, congregantur in eo duæ partes dictionis movendæ, una poſt aliam ſe invicem conſequentes ad menſuram duarum quieſcentium, ac ſi diceretur וּשָׂמְמְתִּי Et quia eſt ex quieſcentibus ſecundâ radicali Vav, cujus radix eſt שׂוּם; & quieſcens occulta, quæ poſt Kamez trahitur in קָם eſt Aleph, quod aliquando exprimitur, ut in וְקָאם Hos.10.14. loco ſc. ſecundæ radicalis Vav, prout literæ אהוי inter ſe permutari ſolent; hinc quando

quando dicimus שַׁמְתִּי׳ קַמְתִּי׳ &c. ſine Kametz, quod doceat de ſecunda radicali; juxta authorem noſtrum, reductio accentus ad penultimam ejus defectum ſupplet; quòd ex productione Spiritus quieſcens naſcatur, atque ſic duæ motiones juxta menſuram duarum quieſcentium ſe invicem conſequuntur, in שָׁם nempe Vav quieſcens occultè, & Mem quieſcens apertè, quæ ambæ debent inveniri in radice שום; *ut ſc. קַמְתִּי׳ dicatur quaſi קָאַמְתִּי׳ ex quo prima motio cum Kametz eſt abjecta, & retenta ſecunda τῦ Pathach.*)

[11.] Hîc reddit cauſam, quare ea Nomina quæ ſunt formæ דֶּרֶךְ׳ מֶלֶךְ *ſint penacuta; cùm Segol non trahat poſt ſe literam aliquam quieſcentem, ac proinde non produci poſſe videatur. Cauſam videtur dicere eſſe hanc, quòd ultima non poſſit acui ſeu produci in pronuntiando. Si enim id fieret, traheretur poſt Segol ſecundum quieſcens, ex ſuſpenſione ſc. illa ſpiritus in pronuntiando naſcens. Id verò dicit eſſe inſolens in fine vocis, juxta affectionem linguæ ſecundam. Quòd in אָמַר & ſimilibus ultima acuatur, id hoc non infringere, quia alia ſit ratio Verborum, quàm Nominum.*

[12.] *Sic Maſora Genes 30.19. quatuor numerat בֵּן, quæ ante Makkaph habent Tzere: & vice verſâ ſeptem, cum Accentu & Segol.*

[13.] *Muſcatus ſcribit, illum reſpicere ad duo וַיִּשְׁחָט, quæ leguntur ſic cum Kametz ad Schalſchéleth (qui non eſt ex diſtinguentibus) Levit. cap. 8. 15. & 23. Horum verò poſterius tantùm in noſtris libris ſcribitur cum Schalſchéleth, prius cum Revíah. Adducuntur hæc duo etiam à Kimchio in Michlol fol. 20. b. & 21. a. pro exemplis eorum, quæ extra pauſam cum Kametz notantur.*

Sed prolixum nimis foret, omnes iſtas ſubtilitates Grammaticas, quarum hîc meminit, vel explicare, vel examinare. In quibusdam enim à communibus Grammaticorum regulis recedit, & ſuas peculiares opiniones habet. Quædam adeò dubiè proponuntur ab eo, ut vix ejus mens poſſit percipi, aut certè non niſi magno labore. Non ea nobis hoc tempore ætas, non mens, non otium, his ſpinis evolvendis immorari. Neq; fortè Lectoribus omnibus grata foret nimis ſcrupuloſa hîc diligentia. R. Muſcatus ea in re ſatis operosè ſuam induſtriam exercuit, nec tamen ubiq; ſibi ſatisfecit. Cui tamen vel volupe, vel per alia integrum eſt, profundiùs in illa inquirere & penetrare, non ſine fructu eum conſulet. Nos cum authore nunc ad alia progredimur.

LXXXI. *Coſri*; Hæc mihi ſufficiunt, ad amorem hujus linguæ apud me conciliandum. Porrò precor te, ut nunc te mecum conferas ad explicandam rationem Veri Dei Cul-

פא אמר הכוזרי די לי בזה׃ לחבוב הלשון אצלי ואני מחלה פניך שתעתק עמי אל תואר העובד אלקי׳ אצלכם׃ ואחר

כן אשאל אותך על טענתכם
על הקראים ׃ ואחר כן
אבקש ממך בדעות ובאמונה
שרשים ואחר כן אשאלך על
מהשנשאר בידכם מן החכמות
הראשונות ׃

Dei Cultoris inter vos. Poſtmodum etiam te rogabo, ut quæ contra Karræos habeatis, mihi exponas: Dehinc petam à te quædam de fundamentis articulorum fidei ſciendorum & credendorum; denique etiam de reliquiis quæ vobis ſuperſunt ex artibus ac diſciplinis veteribus (*Philoſophicis ſc. Phyſicis præſertim, Metaphyſicis, & ſimilibus*).

FINIS SECUNDAE PARTIS.

PARS TERTIA.

מאמר שלישי

אמר החבר
מנהג ה
העובד א
אצלנו א
איננו נגזר מן העולם שלא יהיה
למשא עליו וימאס החיים שהם
מטובות הבורא וזוכר טובתו
עליו בהם כמו שנאמר את
מספר ימיך אמלא והארכת
ימים אבל אוהב העולם ׃
ואריכות הימים מפני שהוא
מקנה אותו העולם הבא
וכל אשר יוסיף טובה ישלה
מדרגה לעולם הבא אך הוא
מתאוה זה אלו היה מגיע
למדרגת חנוך שנאמר בו
ויתהלך חנוך את האלקים או
למדרגת אליהו זכור לטוב ׃
ולהפנות עד שיתיחד לחברת
המלאכים

I. Iudæus; Conſuetudo ſeu Ratio vivendi Cultoris Dei (*Religioſi*), *apud Nos* eſt hæc: Non ſe abſcindit & ſeparat à Mundo, ne (*hæc ſeparatio*) ipſi fiat onus, & Vita tædio; quæ eſt ex præcipuis Dei donis, in qua (*homo*) commemorat Dei erga ſe beneficia, ſicut dicitur; *Numerum dierum tuorum implebo*, Exod. 23. 26. Item; *Et prolongabis dies*, Deut. 22. 7. verùm diligit mundum, & longitudinem dierum, quatenus per eam acquirit mundum venturum (*vitam æternam*), & quò quis plus boni facit (*in hac vita*) eo altiorem gradum ſibi ſtruit ad mundum futurum. Appetit autem & deſiderat hoc (*nempe Solitudinem, & ſeparationem à conſortio hominum*) tùm demùm, ſi pertingat ad gradum Enochi, de quo legimus: *Et ambulavit Enoch coram Deo*, Genes. 5. 24. aut ad gradum Eliæ, fauſtæ memoriæ. Ita verò ſolitariam vitam agendo, unitur cum

conſortio Angelorum, unde non moleſta ipſi eſt Vita ſolitaria & anachoriſmus; illi enim (*Angeli*) ſunt ſodalitium ejus; quinimò odit multitudinem & frequentiam populi, quia vacuus eſt à cura rerum mundi hujus inferioris, & plenus Viſione & Contemplatione Regni cœlorum, quod non indiget cibo & potu. Qui ita ſunt comparati, illis competit Solitudo perfecta: Mortem deſiderant, quia pervenerunt ad ſummum (*in hac vita*) gradum, quo majorem & altiorem ſperare non poſſunt. Sapientes *Philoſophorum* amant Solitudinem, ut purificentur & defæcentur cogitationes ipſorum, ad gignendas ex opinionibus ſuis veras conſequentias, quò ſic pertingant ad veram cognitionem eorum quæ ipſis erant dubia; ſimul tamen amant aliquando congreſſum Diſcipulorum, cum quibus ingenium & memoriam exerceant; ſicut ſcilicet qui oberrat (*totus occupatus eſt*) in conquirendis divitiis, odit aliorum converſationem & commercium, quàm eorum cum quibus negotiari poſſit, lucri faciendi causâ. Hic fuit gradus Socratis, & ejus ſimilium. Ad horum Solitariorum ſeu anachoretarum gradùm non eſt quod pervenire ſperes. Et quandiu Majeſtas Divina præſens fuit in Terra Sancta, & in Populo ad Prophetiam diſpoſito & præparato, plures extiterunt, qui ſe à mundo ſeparaverunt, & in deſertis habitaverunt, converſantes tamen cum ſui ſimilibus, nec prorsùs & omninò ſolitariè viventes. Adjuti autem fuerunt Sanctitate & puritate hac ad aſſequendam Sapientiam Legis, & ejus operum, quorum ope ad gradum illum (*quem quæſiverunt; Propheticum ſc.*) pervenitur. Et hi ſunt, qui vocantur *Filii*

המלאכים ולא יהיה משתומם
ביחידות ובבדידות אבל הם
צתתו וישתומם במלא עם מפני
שנעדר ממנו עניני העולם
השפל ונתוסף עמו ראות מלכו׳
שמים אשר לא יהיה צריך
עמה למאכל ולמשתה ולכמו
אלה תהיה ראויה הבדידות
השלמה ׃ אך מתאוים המות
כפני שהגיעו אל התכלית אשר
אין אחריה מדרגה שיקוו
תוספתה ׃ ולחכמים ה
המתפלספים אהבה בבדידות
כדי שתזככנה מחשבותם לילד
מסברותם התולדות האמתיות
עד שיגיעו אל האמת במה
שנשאר עליהם מספקות
ורוצים עם זה פגיעת תלמידים
שיביאו אותם אל המחקר
והזכרון כמי ששגה בקבוץ
הממון והוא שונא להתעסק
אלא עם מי שיסחור כדי
שירויח עמו וזאת מדרגת
סקראט והדומה לו ׃ ואלה
היחידים אין תקוה להגיע
למהדת׳ אבל בהמצ׳ השכינ׳
בארץ הקדושה בעם המוכן
לנבואה היו אנשים נפרדים
ושוכנים במדברות מתחברים
עם מי שדומה להם לא היו
מתבודדים לגמרי אבל היו
נעזרים על חכמת התורה
ומעשיה המקרבי׳ אל המדרגה
ההיא בקדושה ובטהרה והם

בני הנביאים · ואך בזמן
הזה ובמקום הזה והעם הזה
ואין חזון נפרץ עם מיעוט
החכמה הקנויה והעדר
החכמה ההיא הטבעית מי
שהכניס עצמו להנזר בפרישות
כבר הכניס נפשו ביסורין וחולי
נפשי וגשמי ותראה עליו
דלות החלאים ויהיו סבורים
בני אדם שהוא דלות הכניעה
והשפלות וישוב נאסר מואס
בחייו מפני קיצתו במאסריו
ומכאוביו לא מתאותו לבדידות
ואיך לא יהיה כן והוא איננו
דבק באור אלהי שימצא בו
צוות הנביאים ולא הגיע
לחכמות שמספיקים להתעסק
בהם ולמצוא עריבות בם שאר
חייו כפילוסופים ואמיר כי הוא
ירא וחסיד אוהב שיפגע אלקיו
בבדידות והעמידה והתחנ'
והתפלה במה שהו' יודע
מהתחנוני' והבקשות אלה
חחדשות אין להם עריבות כי
אם ימים מעטים בעוד שהם
חדשי' וכל אשר ישנו על הלשון
לא תפעל להם הנפש ולא ימצא
להם כניעה ולא חנינה וישאר
בעתי היום והלילה ונפשו
תתבענו בכחתיה אשר נטבע'
עליהם מהשמע והראיה והדבור

tur *Filij Prophetarũ*. [1.] Hoc verò noſtro tempore, (*quando Majeſtas & Præſentia Divina abſceſsit*) in hoc Loco (*extra Terram ſanctam*) & in hoc Populo, deficiente Viſione illâ olim copioſâ, rarâ exiſtente & parcâ Sapientia illâ habituali (*per Spiritum ſanctum infusâ, ut olim in Elia & Enocho*), ſublatâ etiam inter nos Scientiâ illâ Naturali (*qualem habebant Philoſophi, Socrates & alij*); quicunque jam conatur ſe per Seceſſum à mundo ſeparare, is conjicit animam ſuam in afflictiones & morbos corporis & animi, unde videtur hominibus, ac ſi attenuatio illa, quæ ex morbis in eo conſpicitur, ſit ex humiliatione illâ, tandemque, ita afflictus, abominatur vitam ſuam, ex tædio afflictionum & dolorum ſuorum, non ex amore & deſiderio ſolitudinis. Et qui quæſo aliter fieri poſſet? cùm non adhæreat Luci Divinę (*ſicut Enoch, Elias, & Filii Prophetarum, de quibus ſuprà*) in qua habetur Societas Prophetarum (*Angelorum, ut ſuprà*), neque aſſecutus ſit Scientiarum (*humanarum & naturalium*) cognitionem ſufficientem, per debitum ad eas diſcendas ſtudium, ut in iis ſuavitatem & dulcedinem (*delectationem*) reperiat per reliquum vitæ ſuæ tempus, ſicut Philoſophi. Dices; Illum tamen eſſe Dei Timentem, Sanctum, libenter converſari cum Deo in ſolitudine, ſtando, precando, deprecando, & orationes quasvis quas tenet, recitando, (*atq; ita ex his delectationem capere*)! Hæc verò ſunt nova, neq; delectationem pariunt niſi ad dies paucos, dum adhuc ſunt nova, & quo magis in lingua inveteraſcunt (*per crebram & jugem repetitionem*) eo minus iis afficitur anima (*ex conſuetudine ſc. in naturam tranſeuntia*), neq; iis adeſt vel humiliatio vel devotio: Quin imò diu noctuq; animâ ejus ipſum ſollicitante per facultates ei impreſſas, Auditum, Viſum, Sermonem, Me-

ditationem, Occupationem, Eſum, Potum, Appetitum concubitus, Studium divitiarum, Oeconomiæ & rei familiaris, Beneficentiæ exercendæ erga pauperes, & per opes ſuas quoque Legis & Religionis ſtudium fovendi & promovendi, (*quorum omnium curâ tangitur & afficitur anima*), ſi in his aliquem defectum vel impedimentum aliquod experiatur, tandem pænitebit, quòd animam ſuam his adſtrinxerit; pœnitentiamque ejus augebit, quando ſe à Re Divina elongatum ſentiet, ad quam appropinquare laboravit.

והעיון והעסק והאכילה ו
והשתיה והמשגל והריוח ב
בממון ותקנת ביתו ועזרת
דלים ועזר התורה בממונו
כשיראה שום קלקול הלא
ישאר מתחרט על מה שקשר
נפשו אליו ויוסיף בחרטתו ר
רוחק מהענין האלקי אשר
טרח להתקרב אליו ו

N O T Æ.

[1.] *In libro* חובת הלבבות; *in* שער הפרישות *cap.3. in quo tres Ordines ſeu Claſſes conſtituuntur Virorum Sanctorum, ſe propter gloriam Dei & amorem Legis à mundo Separantium*; Prima claſſis dicitur eſſe eorum, qui ut ſummum gradum הפרישות Sanctimoniæ teneant, להדמות באישים הרוחניים & Angelis aſſimilentur, derelinquunt omnia quæ ipſos abſtrahunt à Deo, וברחו מן הישוב אל המדברות והישימון וההרים הגבוהים במקום שאין צוות ולא חברה & ex locis habitatis fugiunt in deſerta & ſolitudines, ubi nullum habeant ſodalitium & conſortium, comedentes herbas terræ & folia arborum, & veſtientes ſe pannis laceris & laneis &c. *Et cap. 6.* וכן היה מנהג בני הנביאים בדור ההוא ואשר לפניו שיניחו העסק בישוב העולם וההשגחה בעניני הגופות ויצאו למדברות כדי שתתיחד נפשם ומחשבתם לאלהים ו Sic fuit conſuetudo Filiorum Prophetarum illo ſæculo (*Elia ſc.*) & antè, ut omnia negotia mundana, & curam rerum corporalium relinquerent & in deſerta ſe conferrent, ut Anima & Cogitatio ipſorum unicè in Deo defixa eſſet. *An fortè huc quoq; referendum exemplum Johannis Baptiſtæ, de quo dicitur, Lucæ cap. 3. v. 2. quòd verbum Domini ad ipſum factum ſit* in deſerto, *& Matth. 3. 1.* Temporibus illis affuit Johannes Baptiſta prædicans in deſerto Judææ. *Sic Mar. 1. 4. Sic in victu, potu, amictu quoq;, ſeverioris & auſterioris vitæ, ad imitationem Prophetarum & filiorum Prophetarum, exemplum illum præbuiſſe Scriptura docet. Ut enim Evangeliſtæ de eo ſcribunt, illum veſtimentum habuiſſe* ex pilis camelorum: *ita Hebræi quoq; ſcribunt*, Piloſam veſtem *olim viros Sanctos geſtare ſolitos fuiſſe. Colligunt id ex Zach. 13. 5. ubi legitur*, Et in die illa pudore afficientur Prophetæ, quiſq; à viſione ſua, quam prophetaverit, nec induentur ultrà pallio piloſo, ut men-

at mentiantur. *Ad quem locum iterùm in allegato loco ex Chóvas hallevávos ſcribitur;* זה מורה כי הוא היה לבוש החסידים מקדם והיו לובשים אותו אנשי הדור ההוא להחניף Hoc docet, Palliũ piloſum fuiſſe antiquitùs veſtem virorũ Sanctorum; quâ viri generationis illius hypocriticè uſi fuerunt. *In Tal. Tract. de Sabbatho fol. 56. col. 2. mentio fit cujusdam qui vocabatur* נתן דצוציתא? *De eo Baal Aruch ſcribit:* Quare eum ſic vocârunt? שהיה לו חלוק שיער של עזים ששורטין את בשרו שהיה לו כפרה שהיה בעל תשובה quia habebat induſium è pilis caprarum, qui incidebant carnem ejus, quia agebat pœnitentiã.

ב אמר הכוזרי אם כן ספר לי מעשה החסיד שבכם היום ׃

II. *Coſri;* Si ita ſit, expone mihi Actiones vel agendi rationem Viri Pii & Sancti (חָסִיד) inter vos hoc tempore!

ג אמר החבר החסיד הוא הנזהר במדינתו משער ומחלק לכל אנשיה טרפם וכל ספקם וינהג בהם בצדק ׃ לא יונה אחד מהם ולא יתן לו יותר מחלקו הראוי לו וימצאם בעת צרכו אליהם שומעים לו ממהרים לענותו בעת קראו יצום ויעשו כמצותו ויזהירם ויזהרו ׃

III. *Judæus;* הֶחָסִיד *Sanctus & Pius* eſt, qui prudenter in civitate ſua omnibus & ſingulis dimetitur & diſtribuit demenſum ſuum, omnemque ſufficientiam; juſtitiam obſervat, neminem opprimit vel defraudat, nullique ultra portionem ei debitam & convenientem largitur, ut tempore neceſſitatis eos ad nutum ſibi obſequentes habeat, promptos ad ipſum exaudiendum quando clamaverit, ad exequendum quod mandaverit, & omittendum quod prohibuerit.

N O T A.

Hoc paragrapho deſcriptionem parabolicam proponit Viri Religioſi Judaici horum temporum; quam in ſequentibus per particularia ejus officia & exercitia, tùm erga ſeipſum, tùm erga proximum, tùm erga Deum, ulteriùs illuſtrat & declarat.

ד אמר הכוזרי על חסיד ש שאלתיך לא על מושל ׃

IV. *Coſri;* De Viro Sancto & Religioſo rogavi te, non de Dominatore & Principe.

ה אמר החבר החסיד הוא מי שהוא מושל נשמע בחושיו וכחתיו הנפשיים והגופיי׳ ומנהיגם ההנהגה הגופיית כמו שנאמר ומושל ברוחו מלוכד עיר ׃ והוא המוכן לממשלת

V. *Judæus;* Atqui חָסִיד *Vir ſanctus* revera eſt *Dominator*, ad nutum ſuum habens ſenſus, & facultates ſuas omnes, tam animales, quàm corporales, easque regimine corporali regens (*Sic diſtinguit hoc regimen, quâ homo ſeipſum regit, à regimine civili, & œconomico*) ſicut dicitur; *Qui dominatur Spiritui ſuo, melior eſt quàm qui capit urbem*, Prov. 16.32. Et meritò nomen *Dominatoris* ei competit! Nam ſi

Gubernator eſſet civitatis alicujus, eodem modo per Juſtitiam eam gubernaret, quâ regimen exercet in corpus & animam ſuam. *Facultates* ἐπιθυμητικὰς Concupiſcentiæ refrænat, & cohibet eas ne in exceſſu peccent, largiendo ipſis portionem ſuam, & ſuppeditando ea, quæ impleant defectum eorũ; veluti cibum & potum ſufficientem, quantum ſc. æquum eſt pro iis (*non quantum appetunt*); Lotionem item (*h.e. quæ ad voluptatem pertinent decentem*) & quæ ad eam neceſſaria eodem modo. *Deindè* in ordinem cogit & continet Facultatem iraſcendi ὀργιστικὴν quærentem vel appetentem victoriam, dando ei portionem ſuam per Victoriam utilem in Scientiis, Artibus, & reprehenſione hominum malorum. *Senſibus* dat ſuum, quoad ipſis conducit: Manibus, Pedibus, & Linguâ ſuâ utitur ad res neceſſarias & utiles; ut & Auditu, Viſu, & Senſu communi, qui illos (*Senſus exteriores*) ſequitur: Poſt hæc Phantaſiâ, Cogitatione, imaginatione, & memoriâ: Dehinc appetitu & voluntate, quæ præcedentibus omnibus utitur: Univerſa autem ſimul ſunt veluti miniſtri ſervientes imperio Intellectus (*Intellectui*): neque derelinquit ullam ex iſtis facultatibus & membris, ut alicui plus tribuat quàm par eſt & ei debetur, reliquis verò minus. Poſteaquam his omnibus neceſſaria procuravit; Naturalibus quidem (*facultatibus*) ſomnum & quietem ſufficientem; Vitalibus, vigilationem & motum debitum pro negotiis mundanis, tùm inclamat vel convocat cætum ſuum, inſtar Dominatoris vel Imperatoris, cujus voci totus exercitus ejus obſequitur & paret, ut adhæreat Gradui ſu-

כי אלו היה מושל במדינה
היה נוהג בה בצדק כאשר
נהג בגופו ונפשו : וחסם
הכוחות המתאוים ומנע אותם
מן הרבוי אחר אשר נתן להם
חלקם והספיק להם מה שימלא
חסרונם מהמאכל המספיק
והמשתה המספיק על הדרך
השוה והרחיצה וכל צרכיה על
דרך שוה גם כן וחסם הכחות
הכעסנים המבקשי' לנצח
אחר אשר נתן להם חלקם
בנצחון המועיל בדברי ה
החכמות והדעות וגערת
האנשים הרעים : ונתן
לחושים חלקם כמה שמועיל
לו ומשמש בידיו ורגליו ולשונו
בענין הצורך ובחפצו המועיל
וכן השמע והראות והרגש'
המשתתפת הולכת אחריה'
ואחר כן היצר והרעיון ו
והמחשב והזכרון : ואחר כן
הכח החפצי המשתמש בכל
אלה : והם משמשים
עובדים לחפץ השכל : ולא
עזב אחד מאלו הכחות ו
והאיברים שירבה במה שהוא
מיוחד בו ויפחית הנשארים :
וכאשר עשה צרכי כל אחד
מהם ונתן לטבעיים מה
שיספיק להם מהמנוחה
והשינה ולחיונים מה שיספיק
מהקיצה והתנועה במעשה
העולם אז יקרא על עדתו
כמושל הנשמע שקורא אל
חילו השומע לעזר לו ולהדבק

במדרגה שהיא למעלה
ממנה ; רוצה לומר המדרגה
האלהית אשר היא למעלה
מהמדרג' השכלית : ויסדר
עדתו ויתקנה דומה לסדר
שסדר משה עליו השלום
לעדתו סביבות הר סיני ומצוה
הכח החפצי שיהיה מקבל
ושומע לאשר יבא מאצלו מצוי
ויעשהו לעתו וישמש בכחות
ובאיברים כפי אשר יצוה מבלי
המרות : ויצוה אותם שלא
יפנה אל השדי' המחשבי'
המתדמים ולא יקבלם ולא
יאמינם עד שיועץ את השכל
ואם יכשיר מה שיש אצלם
יקבלם ואם לא ימרם ויקבל
החפצי זה ממנו ויסכים ל
לעשותו ומישר כלי המחשבה
ומפנה אותה מכל אשר קדם
מהמחשבות העולמיו' ; ומצוה
המדמה להמציא ההדור ש
שבצורות הנמצאות אצלו
בעזר הזכרון . לדמות אליו
הענין האלקי המבוקש כמו
מעמד הר סיני ומעמד אברהם
ויצחק בהר המוריה וכמו משכן
משה וסדר העבודה וחול
הכבוד בבית המקדש וזולת
זה הרבה ; ומצוה השומר
לשמור את זה ולא ישכחהו
ויגער במחשבי ושדיו מבלבל
האמת ומספקו ויגער בכעסי
ובתאוני מהטות החפצי והניעו
והטרידו במה שיש אצלם

dui ſuperiori, h. e. Gradui Divino, qui eſt ſupra Gradum Intellectualem; Dehinc eum (*cœtum*) ordinatè diſponit & inſtruit, ad inſtar ordinis illius, quo Moſes b. m. diſpoſuit cætum ſuum circa montem Sinaj; Facultati *Volendi* mandat, ut juſſa ſua accipiat obſequenter, illa promptè exſequatur, facultatibusque & membris reliquis, prout præceperit utatur, ſine ulla reſiſtentia; eidem etiam præcipit, ne reſpiciat ad Dæmones cogitationum imaginariarum (h.e. *imaginationum falſarum*: ſic mox rurſum. *Conf. Majemonidem in More par. 1. cap. 7. & par. 3. cap. 47. ubi vocem* שד Dæmonis *vel* Dæmonij *etiam hoc ſenſu uſurpat*), eos neque audiat, neque fidem illis habeat, donec conſuluerit Intellectum; ſi ille eas approbarit, admittere illas poſſe, ſin minus, illis eſſe reſiſtendum; hæc Voluntati (ab Intellectu) eſſe accipienda, & promptè facienda: Organa dein *Cogitationis* dirigit & in ordinem cogit, evacuando eam ab omnibus cogitationibus mundanis, quæ antea in ea erant: *Imaginatrici* Facultati imperat, ut ſibi fingat figuras omnium præſtantisſimas, ope memoriæ vel reminiſcentiæ, imaginando Rem aliquam Divinam; veluti Stationem ſeu conventum Sinaiticum (*tempore Legis latæ*), Hiſtoriam Abrahami & Iſaaci in monte Moriæ; Tabernaculum Moſis; Ordinem cultuum Divinorum; Habitationem Gloriæ Divinæ in Domo ſanctuarij, & alia ſimilia plura: *Conſervatrici* facultati mandat, ut hæc omnia fideliter cuſtodiat, neque eorum obliviſcatur: Cogitatricem & ejus dæmones increpat, ne veritatem confundant, & dubiam reddant: Ὀργιστικῶ & Ἐπιθυμητικῶ objurgat, ne

מהכעס

מהכעס והתאוה ׃ ואחר זאת
תהצעה ינהיג הכח החפצי כל
האיברים המשמשים אותו
בזריזות וחריצות ושמחה
ויעמדו בעת העמידה מבלי
עצלה וישתחוו עת שיצוום
להשתחוות וישבו בעת
הישיבה ׃ ומביטות העינים
הבטת העבד אל אדניו ויעמדו
הידים ממעשיהם ולא תתקבץ
האחת עם האחת ותשוינה
הרגלים לעמידה ׃ ויעמדו כל
האיברים כנבהלים היראים
לעשות מצות מנהיגם לא
ירגישו על מיחוש ולא על
הפסד אם יהיה להם ויהיה
הלשון מסכים עם המחשבה
לא יוסיף עליו ולא יבטא
בתפילתו על הדרך והמנהג
והטבע כמו הזרזיר והגיבא ׃
אלא עם כל מלה מחשבה
וכונה בה ותהיה העת ההיא
לב זמנו ופריו ויהיו שאר ע
עתותיו כדרכים המגיעים אל
העת ההוא ׃ ותאוה קרבתו
שבו מתדמה ברוחנים ויתרחק
מהבהמיים ׃ ויהיה פרי יומו
ולילו השלש עתות ההם של
תפלה ׃ ופרי השבוע יום
השבת מפני שהוא מעומד
להדבק בענין האלקי ועבודתו

Voluntatem abducant, permoveant ac impellant ad Iram & Cupiditatem ad quæ feruntur *(proclives ſunt)*: His præmiſſis, regit Facultas volendi omnia membra ei ſubſervientia, ut id faciant cum diligentia & alacritate, ſtent (*ad precandum*) quando ſtandum eſt impigrè, ſe incurvent, quando ſe incurvare jubentur, ſedeant, quando ſedendum eſt, oculis ad eam reſpiciant, ut ſervus reſpicit ad Dominum ſuum, manus ab actionibus ſuis ceſſent, & complicentur una ſupra alteram *(ut in oratione faciendum, manus compoſitas pectori imponendo, dextrâ ſiniſtræ impoſitâ)* pedes ritè & æquabiliter ſe diſponant *(de hoc quoque obſervando in Oratione monent Rabbini, vide Majem. in* הלכות תפלה *cap. 5. & Maſſèches Beráchos cap. 1. omnia enim hæc reſpiciunt ea, quæ in Oratione obſervanda monent)*: omnia denique membra ſtent quaſi conſternatione & metu perculſa, ad facienda mandata Imperatoris ſui, nullum curantes vel dolorem vel damnum (unde in cap. Talm. אפילו אם נחש כרוך על עקבו אין עומדין ſcribunt: לא יפסיק *Quod ſi etiam ſerpens circumvolvat ſe calcaneo orantis, non ceſſabit*), lingua conſentiat cum cogitatione, nil quicquam ei addat, neque orationem ſuam, veluti ex conſuetudine aut à natura, effutiat, inſtar galli gallinacei aut pſittaci, ſed cum ſingulis verbis cogitatio & intentio ſit conjuncta. Et hoc Tempus (*Orationis*) eſt Cor Temporis ejus, & Fructus illius; cætera verò tempora ſunt tanquam Viæ perducentes ad illud: hujus appropinquationem & adventum unicè deſiderat, quia in ea ſimilis fit Spiritualibus (*Angelis*) & elongatur à Brutalibus, Fructusq; præcipuus Diei & Noctis ejus *(viri ſancti)* ſunt [1.] tria tempora Precationis; Fructus autem Septimanæ eſt Sabbathum, quod conſtitutum vel deſtinatum eſt ad vacandũ Rei Divinę (*Deo*) & ejus Cultui cum hi-

בשמחה לא בכניעה כאשר
התבאר זה : והסדר הזה
מהנפש כסדר המזון מהגוף
מתפלל לנפשו ונזון לגופו :
ומתמדת עליו ברכת התפלה
עד עת תפלה אחרת כהתמדת
כח סעודת היום עד שיסעוד
בלילה וכל אשר תרחק עת
התפלה מהנפש היא הולכת
וקודרת במה שפגע אותה
מעסקי העולם כל שכן אם
יביאהו הצורך לחברת נערים
ונשים ורעים וישמע מה
שיעביר זכות נפשו מדברים
כעורים ונגונים שתטה הנפש
אליהם ולא יוכל למשול בה :
ובעת התפלה מטהר נפשו
מכל מה שקדם ויתקנה לעתיד
עד שלא יעבור שבוע על זה
הסדר עד שיתקן הנפש והגוף
וכב׳ נקבצו מותרים מקדירים
עם אורך השבוע לא יתכן
לטהרם ולנקותם אלא ב
בהעמדת עבודת יום עם מנוחת
הגוף ואז ירצה הגוף בשבת
את אשר חסר לו מששת ה
הימים ויהיה נכון לעתידו :
וכן הנפש תזכור מה שחסרה
עם טרדת הגוף וכאלו היא
ביום ההוא מתרפאה מחלי
שקדם ומתעתדת למה שידחה
ממנה החולי בעתיד דומה למה

cum hilaritate & lætitia, non cum afflictione & triſtitia, prout explicatum eſt. (*par.* 2. §. 50.). Atque hic Ordo vel hoc officium Animæ perinde ſe habet ut Ordo alimenti corporis (*quemadmodum enim Corpus quotidiè indiget ſuo alimento, ita Anima quoq; indiget alimento ſpirituali*): Precatio prodeſt Animæ ipſius, ut Alimentum corpori (vel, *Quod eſt alimentum corpori, id precatio eſt animæ*): conſervatque eam (*animam*) Benedictio Precationis unius, uſque ad Tempus precationis alterius, ſicut virtus prandii conſervat (*vires corporis*) uſque ad tempus cænæ: & quò longiùs abeſt tempus precationis ab anima, eo magis illa obſcuratur & afficitur à negotiis mundanis ipſi occurrentibus; Inprimis ſi neceſſitas flagitet vel cogat ipſum intereſſe conſortio puerorum, mulierum, & improborum hominum, & audiat quæ puritatem animæ ipſius turbant, veluti Sermones obſcænos, & Cantiones vanas, ita ut ad illa inclinet (*illis delectetur anima*) neque ei dominari poſſit (ſc. animæ): Tempore verò Precationis purificat animam ſuam ab omnibus præteritis, & pro futuro eam confirmat, ita ut nulla ſeptimana tranſeat, quâ non hunc ordinem obſervet, ut ſanus ſit animâ & corpore (vel, *ut ſic animam & corpus corroboret*). Et quia fieri nequit, ut non quædam ſuperflua & turbida congregentur per ſeptimanam, ea expurgari non poſſunt, niſi per juge exercitium cultus Divini in die Sabbathi, & quietem corporis. Tunc enim corpus reparat id quod ipſi per ſex ſeptimanæ dies deceſſit, & paratius de novo redditur in futurum: Anima reminiſcitur ejus quod ex labore & defagitatione corporis deperdidit, & quaſi ſanatur eo die à morbo præcedente, præparaturque ad id, quod ab ea morbum inpoſterum poteſt depellere, quem-

שיהיה X

admodum Job olim ſingulis ſeptimanis fecit filiorum ſuorum causâ (*poſtquam in orbem tranſiviſſent dies convivii ipſorum, holocauſta ſecundum eorum numerum offerendo ſeptimo die, & eos ſanctificando*) ſicut dicitur; *Fortè peccaverunt filii mei*, cap. 1. v. 5. Poſt hæc (*expurgationem hebdomadariam*) ſequitur Medicina Menſtrua, quæ eſt Tempus illud, quo omnia menſium & dierum accidentia exterguntur & expurgantur, ſicut dicitur; *Quia neſcis quid paritura ſit dies*, Prov. 27. 1. Exinde ſuccedunt Tria Feſta majora, ad quæ ſe parat: hinc Jejunium illud magnum (*in Die Expiationum*), quo purgatur ab omni iniquitate præcedente, & conſequitur id, quod antea ipſi adhuc deerat in Diebus, Septimanis & Menſibus, anima liberatur ab erroribus cogitatioum, iræ, & concupiſcentiæ, ab iisque perfectiſsimè revocatur & convertitur, tàm in cogitatione, quàm in Opere ipſo. Quod ſi non poſſit perfectè corrigi & emendari cogitatio, propter fortitudinem Imaginationis eorum, quæ antea ſe audiviſſe recordatur, inde à diebus pueritiæ, veluti cantionum vel ænigmatum ludicrorum, & ſimilium, cavebit ſibi tamen ab opere, & confitebitur ſuper illis imaginationibus vagisque cogitationibus, & proponet ſibi, linguâ ſuâ eas non proferre, nedum in actum educere, ſicut David ait; *Cogitatio mea non tranſgredietur os meum*, Pſal. 17. 3. Jejunio, quod eo die obſervat, propè ſimilis evadit Angelis, quia illud perficit eum per humilitationem, depreſſionem, ſtationem, incurvationem, cantica, laudes; quinimò omnes ejus facultates eo die jejunant à negotiis naturalibus, & occupantur in Legalibus, ac ſi nulla brutalis in eo natura (*facultas*) eſſet.

שהיה עושה איוב בכל שבוע בבניו כמו שהוא אומר אולי חטאו בני : ואחר כן יהיה עתיד לרפואה החדשית שהיא זמן כפרה לכל תולדותם רוצה לומר תולדות החדשים וחדושי הימים כמו שאמר כי לא תדע מה ילד יום : ואחרי כן יהיה עתיד לשלש רגלים : ואחרי כן אל הצום הנכבד אשר בו ינקה מכל עון שקדם וישיג בו מה שחסר לנו בימים ובשבועים ובחדשים : ותנקה הנפש מהבלבולים המחשביים והכעסיים והתאוויים ותשוב מנטות אליהם תשובה גמורה בין במחשבה בין במעשה : ואם לא תתכן התשובה מהמחשבה בעבור גבורת הרעיונים עליה במה שקדם לה מזכרון מה ששמעה מימי הנעורים משירים וחידות וזולתם תנקה מהמעשה ותתודה על הרעיוני' ותקבל שלא תזכרם בלשונה כל שכן שתעשם וכמו שנ' זמותי בל יעבר פי וצומו ביום ההוא צום שהוא קרוב בו להתדמות במלאכים מפני שהוא גומרו בכניעה ובשפלות ובעמידה ובכריעות ותושבחות ותהלות וכל כחותיו הגופיים צמים מהענינים הטבעיים מתעסקי' בתוריים כאלו אין בו טבע

Et tale

בהמי׳ וכן יהיה צום החסיד בכל עת שיצום שיענה בו הראות השמע והלשון ולא ישרידם בזולת מה שיקרב אותו אל האלהי׳ וכן הכחות הפנימי׳ מדמיון ומחשבה וזולתי זה ועם זה יהיו המעשים הטובים הידועים ׃

Et tale eſt Jejunium Viri ſancti omni tempore, ut in eo affligat, tùm Viſum, Auditum, & Linguam, neque illa occupet in aliis, quàm iis, quæ ipſi acceſſum ad Deum faciunt; tùm etiam facultates interiores phantaſiæ, cogitationis, & alias. Et cum his (*his omnibus obſervatis*) fiunt *Opera bona* γνωϛὰ (*nempè à natura, & Intellectu hominis, ſicut Apoſtolus ad Rom.* 1. 19. Διότι τὸ γνωϛὸν τοῦ Θεοῦ φανερὸν ἐϛὶν ἐν αὐτοῖς.

N O T Æ.

[1.] *Tria hæc Precationis tempora ſunt, Matutinum, Meridianum, & Veſpertinum, quæ Hebræi vocant* שַׁחֲרִית, מִנְחָה, עַרְבִית. *Hæc tria tempora jam tempore Prophetarum fuiſſe obſervata, colligitur ex Dan. cap. 6. v. 10. ubi de Danjele dicitur, quòd* tribus temporibus in die *ſe incurvarit ſuper genua, & orârit.* Primum *incipiebat horâ tertiâ (quæ nonæ noſtræ matutinæ reſpondet)*; Secundum *horâ ſextâ (nobis duodecimâ, vel circiter)*; Tertium, *horâ nonâ, (quæ tertiæ noſtræ reſpondet)*; *Hinc Actor.* 3. 1. Petrus & Johannes ſimul aſcendiſſe dicuntur in Templum, ſub horam precationis *Nonam.* Sic ibid. cap. 10. v. 3. dicitur de Cornelio, quòd cùm aſſiduè precaretur, *horâ circitèr nonâ* viderit Angelum. Ibid. v. 10. Petrus aſcendit in ſolarium ut precaretur, circa horam ſextam (h. e. *circa meridiem, unde mox eſuriiſſe dicitur*). v. 30. Cornelius Centurio uſque ad horam nonam jejunat, & horâ nonâ precatur. *Hæc erant tria tempora Davidis, qui Pſal.* 55. *v.* 18. *dicit*; Veſperè, manè, & meridiè loquor, & tumultuor, & exaudit vocem meam. Hinc inquiunt Hebræi; צריך אדם להתפלל שלשה פעמים ביום כנגד שלש פעמים שהיום משתנה ׃ Tenetur homo orare tribus vicibus in die, quòd dies quotidiè ter mutetur. *De his paſſim multa ſcribunt Hebræi.*

ו אמר הכוזרי מה המעשים הידועים ׃

VI. *Coſri*; Quænam ſunt illa Opera bona nota?

ז אמר החבר המעשים המנהגיים והחקים השכליים הם הידועים ׃ אבל האלהיים הנוספים עליהם לחול באומה אל חי שיחייב שינהיגנה אינם ידועים עד שיבאו מאצלו מפורשים

VII. *Judæus*; Opera Moralia ac politica, Statuta item Intellectualia γνωϛὰ ſunt: ſed Divina, iis ſuperaddita, ut in Populo Deus vivus habitet, qui eum regat, non ſunt nota, donec ab ipſo Deo explicata habeantur. Præterea, neque Opera illa Ethico-Politi-

ca,& Intellectualia penitus nobis ſunt nota. Nam licet illorum ſubſtantiam ſciamus, neſcimus tamen menſuram eorm (*proportionem, & circumſtantias obſervandas*). Sic ſcimus equidem, Manſuetudinem, Humilitatem, eſſe debitum (h.e. *his virtutibus eſſe ſtudendum*): Oppreſſionem ſeu Defraudationem, & laſciviam cum mulieribus, congreſſum item cum fœminis propinquis, eſſe turpia vitia: Parentes eſſe honorandos, & ſimilia; at determinatio & menſura harum rerum, ita ut ſint ſalutares omnibus, nonniſi à ſolo Deo dependet. Quod verò attinet ad Opera Divina, Intellectus noſter ad illa non pertingit, neque tamen etiam illa rejicit, (vel, *neque illa ab eo videntur, illarum rationem non aſſequitur, pro* נִדְחִים *enim in quibusdam exemplaribus eſt* נִרְאִים): ſed habentur ex auditu, & acceptantur ab eo, quemadmodum ægrotus Medicum audit & ei obtemperat in medicinis, & regimine ſibi præſcripto obſervando (*non inquirens in cauſas & rationes illorum*). Sic Circumciſio procul diſtat & abeſt à Ratione, nec quicquã videtur facere ad gubernationem hominis, vel ad mores ejus formandos; & tamen eam ſuſcepit Abraham, utut naturæ ſummè gravem & adverſam, cùm jam centenarius eſſet, in ſeipſo, & in filiis ſuis, & ſignum (*ſacramentum*) erat ei, Rem Divinam ipſi & ſemini ejus adhæſuram, ſicut dicitur; *Et erigam fœdus meum inter me, & inter te, & inter ſemen tuum poſt te*; Geneſ.17.7.

VIII. *Coſri*; Sanè recepiſtis Legem hanc (*de Circumciſione*) prout decet, & magno ſtudio eam obſervatis in congregationibus, ubi convenitis ad eam, Deum propter eam laudando, & fundamenta ſeu rationes ejus commemorando, atq; inde etiam benedictio-

מפורשים ומחולקים ועוד כי
אין המנהגים השכליים ההם
ידועים שאם נדעם בעצמם
לא נדע שיעורם כי אנחנו
ידעים שהענוה חובה ׃
ומוסר הנפש בכניעה ובשפלות
חובה ׃ וההונאה מגונה
וההפקר עם הנשים מגונה ׃
והביאה על קצת הקרובות
מגונה וכבוד האבות חובה
וכדומה לאלה ׃ אך הגבלת
זה ושעורו עד שיהיה טוב לכל
איננו כי אם לאלהים ית׳ ׃
אבל המעשים האלהיים אין
שכלינו מגיע אליהם ואינם
נדחי׳ אצל השכל והם נשמעי׳
כאשר ישמע החולה אל ה
הרופא ברפואותיו והנהגותיו ׃
הלא תראה המילה כמה היא
רחוקה מן ההקשה ואין לה
דרך אל ההנהגה וכבר קבל
אותה אברהם עם קושי הענין
על הטבע והוא בן מאת שנה
בנפשו ובבניו והיתה אות בו
להדבק בו ובזרעו הענין ה
האלהי כמו שאמר והקימותי
את בריתי ביני ובינך ובין זרעך
אחריך ׃

ח אמר הכוזרי באמת ק
קבלתם התור׳ הזאת כראוי
ועשיתם אתה בהשתדלות
גדולה במקהלים בהזדמן
אליה לשבח עליה ולזכור
שרשיה ועלתה בברכה

וזולתכם טרח להדמות אליכם
ועלה בידו הצער מבלי ההנאה
אשר ימצאנה מי שהוא חושב
בסבה אשר בעבורה סובל
הצער הזה ׃

ט אמר החבר וכן שאר ה
הדמיונים לא יכלה אומה
מן האומ׳ להתדמות אלינו
בדבר הלא תראה אשר קבעו
יום למנוחה במקום יום
השבת היוכלו להדמות אלא
כאשר ידמו צורת הצלמים אל
צורת בני אדם החיים ׃

י אמר הכוזרי כבר חשבתי
בעניניכם וראיתי שיש לאלהים
סוד בהשאירכם ושהוא שם
השבתות והמועדי׳ מהגדול
שבסבות בהשאיר תארכם
והדרכם כי האומות היו
מחלקות אתכם ולוקחות
אתכם לעבדים בעבור בינתכם
וזוך דעתכם והיו משימים
אתכם עם אנשי המלחמה לולי
אלה העתים שאתם שומרים
אותם השמירה הזאת המעולה
מפני שהם מאת האלהים
ולעלות חזקות כמו זכר
למעשה בראשית זכר ליציאת
מצרים זכר למתן תורה ׃ וכלם
ענינים אלהיים אתם מוזהרים
בשמירתם ׃ ולולי הם לא
היה אחד מכם לובש בגד נקי
ולא היה לכם קבוץ לזכרון
תורתכם מפני שפלות נפשכם
בהתמדת הגלות עליכם ולולי

benedictionem conſequimini. Alij (*Heb.* וזולתכם, *pro quo in aliis editionibus eſt*, וישמעאל ופרס Iſmaëlitæ & Perſæ, *qui circumciſionem etiam obſervant*) laborant quidem vobis hac in parte ſimiles fieri, ſed dolorem inde tantùm ſentiunt, ſine voluptate, quam ille ſolus invenit, qui de cauſa cogitat, propter quam dolorem illum ſuſtinet.

IX. *Judæus*; Sic in cæteris etiam non perfectè aſſimilatur nobis in quoquam ulla natio (*2. editio habet*, ישמעאל ופרס Iſmaëlita & Perſa). Sic conſtituerunt alium certum diem in locum diei Sabbathi: Itaque non aliter nobis aſſimilantur, quam Imago picta, figuræ Hominis viventis.

X. *Coſri*; Sæpè cogito de rebus veſtris, & videtur mihi, Deum ſingulari & arcano conſilio vos ſuperſtites relinquere (*vide par.* 4. *§.* 23.) & Sabbatha, reliquaq; Statuta tempora hanc maximè ob cauſam conſtituiſſe, ut conſervaret ſpeciem & formam aliquam veſtræ gloriæ. Nam populi reliqui vos inter ſe dividerent, & aſſumerent in ſervos propter veſtram prudentiam, & claritatem vel perſpicacitatem Intellectus veſtri, quinimò etiã militiæ ſuæ adſcriberent, niſi iſta eſſent tempora, quæ laudatisſimè obſervatis, tùm quòd à Deo ſint profecta, tùm alias graviſſimas ob cauſas, ut putà, in memoriam Operis Creationis (*Diem Sabbathi*), Exitus ex Ægypto (*Paſcha*) Dationis Legis (*Feſtum Pentecoſtes*) quæ omnia ſunt Res Divinæ, obſervandæ vobis injunctæ. Abſque iſtis temporibus eſſet, nullus ex vobis indueret veſtimentum mundum, neque ullam haberetis congregationem pro commemoratione Legis veſtræ, propter animę veſtræ, per continuum exilium, humiliationem & dejectionem:

Abſque his etiam eſſet, ne quidem unicum recreationis diem haberetis per totam vitam veſtram. Hac verò ratione ſeptimam dierum veſtrorum partem habetis pro Quiete corporis & animæ. [1.] Hanc Quietem nulli Reges habent, quia illorum animæ die quietis ſuæ non ſunt tranquillæ, ſed eo laborant & ſeſe defatigant: qui verò ita moventur & ſe defatigant, illorum animæ non ſunt in perfecta quiete: Abſque his denique eſſet, omnis veſter labor eſſet pro aliis, quia prædæ facilè eſſet expoſitus. Itaque ſumptus, quos in hos dies impenditis, lucrum veſtrum eſt in ſæculo hoc, & in ſæculo futuro, quia ſumptus illi fiunt ad gloriam Dei.

הם לא הייתם מתנעמים יום אחד באורך ימיכם וכבר היה לכם בזה ששית ימיכם מנוחת הגוף ומנוחת הנפש אין המלכים יכולים עליה מפני שנפשותם אינם מתישבות ביום מנוחתם כי אם יצטרכו ביום ההוא ליגיעה ותנועה היו נעים ינעים ואין נפשותם במנוחה שלימה ׃ ולולי הם היה כל יגיעכם לזולתכם מפני שהוא מזומן לשלל אם כן הוצאתכם בהם ריוח לכם בעולם הזה ולעולם הבא שהוצאה בהם לשם שמים ׃

N O T A.

[1.] Nam 52. ſunt Dies Sabbathi in anno, dies feſti & ſolennes 7. qui conjuncti faciunt 59. Hi ſi ſupputentur, faciunt 354. dies. Reſidui ſunt 11. ad complendum Annum ſolarem, qui conſtat diebus 365. Hi verò dies pauci non impediunt hanc diſtributionem. Quod ſi verò ſupputatio fiat juxta Annum lunarem, qui conſtat diebus 354. calculus prodit juſtus.

XI. *Judæus*; Porrò Vir Sanctus inter nos cautus eſt & ſtudioſus ad obſervanda præcepta Rerum iſtarum Divinarum; veluti, Sabbathum, Dies feſtos, & Legum de illis à Deo mandatarum: Vitat congreſſus cum fœminis illicitis, & Heterogenea in Plantis, Veſtimentis, & Animalibus: Obſervat Annum Intermiſſionis, & Jubileum: cavet ſibi ab Idololatria, & iis quæ ab ea dependent: Non quærit rerum occultarum ſcientiam, niſi à Propheta, vel Urim & Thummim, vel Somniis fidis (*divinis*): Aures non præbet Divinatoribus, Auguribus, Ariolis, & Incantatoribus: Cavet ſibi à mulieribus menſtruo, aut feminis profluvio laboran-

יא אמר החבר החסיד ממנו נזהר במצות אלה הדברים האלקיי רוצה לומ' המילה והשבת והמועדי' ותורותם המצווים מאת האלקים ׃ ולהשמר מן העריות והכלאים בצמח ובבגדים ובחיים ו ובשמיט' וביובל ולהשמר מע״ז ומה שנתלה בה ׃ ולהשמר מדרוש ידיעת הנעלם מזולתי הנבואה או האורים והתומים או החלומות הנאמנים ׃ ולא ישמע אל קוסם ואל חובר ואל מעונן ומנחש ׃ ולהשמר מהנדות והזיבות

ולהשמר מבעלי חיים הטמאים
במאכלו ובמגעו ומן הצרעת :
ולהשמר מהדם והחלב מפני
שהם חלק אשי ה' ושמירת
מה שהוא חייב בו על כל
עבירה בשוגג ומזיד מקרבן
זולת מה שהוא חייב בו מפדיון
בכור והבכורים ועל כל לידה
שתהיה לה קרבן : ומה
שנראה ממנו בזיבו' וצרעת
קרבן ומנחה בלעדי מה שהוא
חייב בו ממעשר ראשון ושני
ומעשר עני והראיון שלש פ
פעמים בשנה והפסח ותורותיו
שהוא קרבן ה' חייב בו כל
אזרח בישראל והסוכה והלולב
והשופר ומה שהוא צריך
מהכלים וכלי הקדש הטהורים
למנחות ולקרבנות האלה ומה
שהוא חייב בו מהקדושה
והטהרה ושמירת הפאה
והערלה וקדש הילולים :
וכללו של דבר שישמור מ
מהענינים האלקיים מה שיוכל
להיות נאמן באמרו לא עברתי
ממצותיך ולא שכחתי מלבד
הנדרים והנדבות והשלמים ומה
שהוא מקבל על עצמו מ
מהנזירות אלה והדומה להם
הם התורות האלקיו' והשלמת
רובם בעבודת כהנים אבל
התורו' המנהגיות כמו לא
תרצח לא תנאף לא תגנוב לא
תענ' ברעך וכבוד אב ואם

laborantibus, ab animalium inmundorum eſu & contactu, ut & à Lepra; à Sanguine item & ab Adipe, quia ſunt pars Ignitorum ſacrificiorum Domini: Obſervat diligenter, quas oblationes offerre debeat pro omni transgresſione ſeu ex errore, ſeu ex ſuperbia commiſsâ, præter eas de quibus tenetur pro Redemptione primogeniti, primitiarum, & de omni partu pro quo oblatio eſt facienda (*vide Lev.12.*): Oblationes item & Minchas offerendas. pro fluxu & Lepra, præter Decimam primam & ſecundam, Decimam item pauperis, de qua tenetur: Comparitionem tribus vicibus in anno (*in tribus feſtis*) coram Domino: Paſcha cum requiſitis ejus, quod eſt Sacrificium Domini de quo tenetur omnis indigena in Iſraele: Feſtum Tabernaculorum, Palmarum, Buccinæ (*id eſt novi anni*): Leges obſervandas circa vaſa (*propria*) & vaſa ſancta munda pro minchis iſtis & oblationibus (*Deo offerendis*): Sanctificationem & Purificationem (*ſui*) mandatam: Cavet ſibi, ne attondeat comam capitis, neque diſſipet extremitatem barbæ, Levit 19.27. à Præputio, & à Sanctitate laudum (*quid hoc ſit, vide Levit.19. v. 23. & 24. ubi hæc phraſis* קֹדֶשׁ הִלּוּלִים *habetur*): Summa: obſervat de rebus divinis quicquid poteſt, ut ipſi credatur quando dicit; *Non præterivi ullum de preceptis tuis, neq; oblitus ſum*, Deut.26. ℣.13. præter Vota, Spontanea, Pacifica vel euchariſtica, & Naſireatum, quem ſponte in ſe ſuſcipit. Hæc, & his ſimilia, ſunt *Leges Divinæ*, quarum major pars perficitur Miniſterio Sacerdotum. *Leges morales* & civiles (*quas vir ſanctus obſervat*) ſunt ex. gr. *Non occides*; *Non mœchaberis*: *Non furaberis*: *Non dices falſum teſtimonium contra proximum tuum*: *Honorabis patrem & matrem*: *Diliges proximũ*

ואהבת

tuum ſicut te ipſum: Diligetis peregrinum: Non mentiemini quoq, in proximum ſuum: Vitatio fœnoris & uſurarum: Statera juſta, pondera juſta, epha (menſura) *juſta, & hin juſtum* (vide Levit. 19.36.) *Relictio ſpicilegii, racemationis & anguli in agro*, & ſimilia. *Leges Animales* (Intellectuales, naturâ ex parte notas, *quas Sanctus vir obſervat*), quæ ſunt & Philoſophicæ (*quia Philoſophi etiam acumine ingenii ſui eas ex parte aſſequuti ſunt*) ſunt ex. g. *Ego ſum Dominus Deus tuus*, &c. *Non erunt tibi Dii alij: Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum*; cum pluribus tamen additionibus, quæ explicantur in Lege hac (*quia Philoſophi non perfectè eas intellexerunt*); quia Deus ſolus novit arcana filiorum hominum (*cogitationes*), præſertim ipſorum actiones & ſermones, & bonis pariter & malis retribuit ſecundum opera eorum. Et quia oculi Domini diſcurrunt per univerſam terram, Vir *Sanctus* nihil agit, vel cogitat, vel loquitur, quin credat, Oculos (*Dei*) videntes ſibi adeſſe, & tàm pro bonis, quàm pro malis retributuros, omniaque pravè & perversè dicta & facta ſua viſitaturos. Itaque ambulat & ſedet, metu quaſi atque terrore continuo perculſus, & pudore operum ſuorum (*mundanorum*) cauſâ ſuffuſus, quemadmodum è contrario gaudet & lætatur, animoque geſtit tempore cultus divini, beneficii loco Deo acceptum referens, & prædicans, quando dolorem & moleſtiam percipit cultus Divini cauſâ. Summa: credit & amplectitur id quod dici ſolet; *Semper conſidera tres res, & non incides in manus transgreſſionis; Cogita quòd ſupra te ſit Oculus videns, Auris audiens, & quòd omnia tua opera in libro ſcripta ſint*: Perſuaſus eſt, veriſſimum eſſe quod David

ואהבת לרעך כמוך ואהבתם
את הגר ולא תכחשו ולא
תשקרו איש בעמיתו והתרחק
מן הנשך והרבית והזהר ב
במאזני צדק אבני צדק ואיפ'
צדק והין צדק ׃ ועזיבת הלקט
והעוללות והפיאות והדומה
לזה ׃ והתורות הנפשיות
והם הפילוסופיות כמו אנכי ה'
אלדיך ולא יהיה לך אלדים
אחרי' ולא תשא את שם ה'
אלדיך עם תוספת מה שנתבאר
בתורה הזאת כי הוא יתברך
יודע מצפוני בני אדם כל שכן
מעשיהם ודבריהם ושהוא
נומל על הטוב ועל הרע מהם ׃
וכי עיני ה' משוטטות בכל
הארץ ואין החסיד מתעסק
ולא חושב ולא מדבר עד
שיאמין שעמו עינים רואו'
וצופות תומלות אותו על הטוב
ועל הרע ופוקדות עליו כל
מעוות מדבורו ומעשהו והוא
הולך ויושב כירא וחרד ה
המתבייש ממעשיו לעתים
כאשר הוא שמח ושש ותיקר
נפשו אצלו בעת העבוד' ובאלו
הוא זוכר טובתו לאלקיו כ
כשהוא סובל הצער בעבודתו ׃
וכללו של דבר שהוא מאמין
ומקבל מה שנא' הסתכל
בשלשה דברים ואי אתה בא
לידי עבירה דע מה למעלה ממך
עין רואה ואוזן שומעת וכל
מעשיך בספר נכתבין ׃ ורואה

שמה שאמר דוד המענה
הנאמנה הנוטע אוזן הלא
ישמע אם יוצר עין הלא יביט ׃
וכל מה שאמר במזמור ה'
חקרתני ותדע יחשוב כי כל
איבריו מושמים בחכמה וסדר
ושעור ויראה אותם נשמעים
לחפצו והוא איננו יודע מה
שראוי להניע מהם על הדמיון
שירצה לקום וימצא כל
האיברים כעוזרים השומעים
כבר הקימו גופו והוא לא ידע
האיברים ההם וכן כשירצה
ללכת או לשבת ושאר
המצבים ולזה רמז באמרו אתה
ידעת שבתי וקומי ארחי ורבעי
זרית וכל דרכי הסכנת ׃
ויותר מזה דק ועמוק ממנו
אברי הדבור תראה התינוק
מדבר כל מה שהוא שומע
והוא אינו יודע באי זה אבר
באי זה עצב ובאי זה מיתר
ראוי לדבר ׃ וכן כלי החזה
בטעמי הנגון הוא מדמ' אותם
ומתקנם ואיננו יודע באי זה
דבר כאלו יוצרם וממציאם
ומעבידם לו בכל העתים
ובצרכו והדבר כן או קרוב לכן
מפני שאין ענין הבריאה דומה
לענין המלאכ' כי האימן כ
כשהוא עושה רחים על הדמיון
וילך לו יעשו הרחי' מה ש
שבעבורו נעשו והבורא יתברך
בורא האיברים ונותן להם
כוחות וממשיך להם עם הרגעים
ואלו היו מעלי' על לב הסתלקו'
השגחתו והנהגתו רגע אחד
Y היה

David dixit; *An qui plantavit aurem non audiet, & qui oculum formavit, non aſpiciet?* Pſal. 94. 9. Et quotieſcunque in Pſalmo legit; *Perſcrutatus es me Domine, & tu cognoſcis me*, Pſal. 139. 1. cogitat omnia ſua membra ſumma cum ſapientia, ordine, & menſura, ſic conſtituta eſſe, videtque illa voluntati ſuæ parére, cùm ille ſæpe neſciat quid vel an movendum ſit. Ex. Gr. Quando vult ſurgere, omnia membra quaſi ſe invicem juvantia & ad nutum ſuum obſequentia reperit ad erigendum corpus, ipſo neſciente, & membra illa non noſcente: Sic cùm vult ambulare, ſedere, aut alio modo ſe componere. Hoc innuit David, dum ℣. 2. 3. inquit; *Tu noſti* (non ego) *ſedere meum, & ſurgere meum, viam & accubitum meum cingis, omnibusq́; viis meis aſſueviſti.* His (*actionibus*) ſubtilius & profundum magis eſt quod in Organis ſermonis obſervatur. Cernis puerum loquentem quicquid audit, ignarum quo membro, quo muſculo vel arteriâ loquutio fiat: ſic idem (*puer*) organis pectoris dextrè exprimit & imitatur melodias muſicas, neque tamen novit, quâ re ſeu facultate hoc efficiat, perinde ac ſi illa (Deus) unoquoque tempore, pro neceſſitate ejus, ipſi crearet, formaret, & ſervire faceret. Atque hoc, vel ſimili modo, hîc ſe res habet, quia Creatio non eſt ſimilis Operi: Artifex enim quando ex. gr. facit molam & poſtea abit (*eam derelinquit*), mola faciet id cujus gratiâ facta eſt: Deus Benedictus autem creat membra, & ſimul indit illis facultates, easq́; in ſingula momenta conſervat, ita ut ſi vel unico momento providentiam & gubernationem ſuam ſubtraheret, totum mundum

perire neceſſe eſſet. Quandoque ergo Vir Sanctus cogitat, quòd omnes ſui motus non ſui ſint, tum Deo attribuit primas eorum partes, qui illos primò creavit, deinde continuo auxilio fovet, ut perfici poſſint; & perpetuò ipſi videtur, ac ſi Majeſtas Divina ſibi adeſſet, & Angeli ſecum conjuncti potentiâ & virtute ſuâ. Et ſi in Sanctitate confirmetur & robuſtus evadat, atque in talibus ſit locis, quæ Præſentiæ Divinæ conveniunt (*in Terra ſancta*) conſociant ſe ei actu, ut oculis ſuis eos videat, in gradu à Prophetia proximo, quemadmodum præſtantiores è Sapientibus Templi ſecundi Figuras tales (*Angelicas*) videbant, & Filiam vocis audiebant (*de* Filia vocis, *vide Lexicon Talmudicum*). Et hic eſt gradus *Chaſidæorum* ſeu *Virorum Sanctorum*, ſupra quem proximè eſt gradus Prophetarum. Accipit autem Vir Sanctus à gloria Rei Divinæ quicquid accipit, tanquam ſervus à Domino ſuo (*ex gratia*) qui ipſum creavit, ipſi benefacit, ipſumque (*ipſius actiones*) obſervat, ad eum vel præmio vel pœnâ afficiendum. Neque mirum tibi ſit (*quaſi his contrarietur*) quod Sanctus (*manè poſtquam ſurrexit*) dicit antequam ingrediatur Locum ſecretum; *Glorificemini glorificati Sancti* (Angelos ſic compellando, vide Synagog. Judaic. cap. 4. & Ritualia Judæorum) &c. quomodo ſc. id ad gloriam Dei faciat? & poſteaquam ex eo loco egreſſus eſt, iterùm Gratias agat per precationem, quæ incipit; *Qui creavit hominem in ſapientia*? Inſignis enim eſt valdè iſta Precatio in ſenſu ſuo, optimèque item diſpoſita ſunt verba ejus apud eum, qui recto oculo eam intuetur & conſiderat! Incipit primò à *Sapientia*, & deſinit in; *Qui ſanat omnem carnem, & facit mirabiliter*; his verbis docens, mi-

היה נפסד העולם כולו ׃ וכשיהיה החסיד חושב זה בכל תנועותיו איך לא תהיינה תנועותיו כלם כבר נתן בהם חלק הבורא אשר בראם תחלה וממשיך להם בעזר תמיד בהשלמתם והוא לעולם כאלו השכינה עמו והמלאכים מתחברי׳ עמו בכוח ואם יחזק בחסידות ויהיה במקומות הראוים לשכינה יחברוהו בפעל ויראה אותם עין בעין למטה ממדרגת הנבואה ׃ כאשר היו טובי החכמים בבית שני רואים הצורות ושומעים בת קול והיא מדרגת החסידים ולמעלה מנגדה מדרגת הנביאים ׃ ויקבל החסיד מכבוד הענין האלקי הנמצא עמו מה שראוי לקבל העבד מאדוניו שבראו והטיב לו והוא צופהו לגמלו או לעונשו ׃ ואל יגדל בעיניך מה שאומר החסיד קודם הכנסו בבית הכסא התכבדו מכובדים קדושים כבוד לשכינה והתחדותו אחרי יציאתו בברכת אשר יצר את האדם בחכמה ׃ וכמה גדולה הברכה הזאת בענינה וכמה מתוקנות מלותיה למי שהוא מסתכל בהם בעין האמת שהקדים תחלה בחכמה וחותם ברופא כל בשר ומפליא ל לעשות ׃ למד על פליאת

מה שברא בחיים מהכחות
הדוחים והמחזיקים וכלל כל
החיים באמרו כל בשר: וקושר
מצפנו בענין האלקי בתחבולות
מהם מצות כתובות ומהם
מקובלות והוא נושא התפלין
על מקום המחשבה והזכרון
מהראש ואוצל מהם רצועה
מגעת אל ידו כדי שיראה
אותה עם השעות: ותפלין
של יד על מבוע הכחות רוצה
לומר הלב ונושא הציצית כדי
שלא ישרידוהו חושיו בעולם
וכמו שאמר ולא תתורו אחרי
לבבכם ואחרי עיניכם:
והכתוב בתפלין היחוד והגמול
והעונש וזכר יציאת מצרים
מפני שהיא טענה שאין בו
מדחה כי לענין האלהי ה
התחברות בברואים והשגחה
עליהם וידיעה במעשיהם
אחר כן מתגלגל בכל חושיו
לתת חלק האלקים בהם וכבר
קבלנו כי המעט שבשעורי'
אשר יצא האדם בהם ידי חובתו
מהתשבחות הם מאה ברכות
לא פחות מהם המפורסמות:
ואחר כן ישתדל להשלימם

cens, mirabile eſſe, quòd creaverit in homine Facultates expultrices & retentrices, comprehenditque omnia animantia, inquiens, *Omnem carnem.* Exinde alligat (*applicat ſibi manè poſt evacuatum corpus*) arcana (*cordi & animo impreſſa*) Rei Divinæ per ſolertes quasdam inventiones, quæ partim ſunt præcepta ſcripta (*Lege ſcriptâ mandata*) partim ex orali Traditione profecta; geſtando ſc. *Tephillin* (*phylacteria*) tùm in loco Cogitationis & Memoriæ, in *Capite*, è quibus lorum unum uſque ad manum dependere ſinit, ut ſingulis horis & momentis illud in conſpectu habeat: tùm etiam *Tephillin manuum*, ſuper ſcaturiginem facultatum cordis (*Pulſum*). Sic geſtat ציצית *Tzizis* (*Veſtem quadrangulam cum fimbriis ſeu peniculamentis, vide Synag. Judaic. cap.4.*) ne eum (*in precando*) avocent ſenſus ejus circa res mundanas, ſicut dicitur; *Ut non aſpiciatis poſt cor veſtrum & oculos veſtros,* Numer. 15.39. Scriptura τῶν *Tephillin* continet Unitatem Dei (*ex Deut. 6. v.4.*) Prœmia & Pænas, ſeu, Promiſſiones & Comminationes, (*ex Deut 28.1.*) Commemorationem item Egreſſus ex Ægypto (*ex Exod. 13.5.11.*): quia ea eſt Argumentum irrefragabile tùm Conjunctionis Rei Divinæ cum Creaturis, tùm Providentiæ, tùm & ſcientiæ Dei actionum ipſarum (*vide par. 1. §. 25.*) Tùm omnibus ſuis ſenſibus devolvitur ad Deo illarum partem tribuendam (*per laudes & gratiarum actiones*). Traditione accepimus, minimam Precum ſummam, ut ritè ſuo defungatur in Dei laudibus officio, eſſe centum Precationes, quæ (*ex libris Precum*) notæ ſunt (*vide Rambam in Jad chaſakah, in* הלכות תפלה *cap.7. & Synagog. Judaic. cap. 5.*) non pauciores: & ſi quaſdam omittat illarum (*notarum & ordinariarum*) ſtudet eas perficere & ſupplere, per benedictiones quas recitat ſuper Odoriferis, ſuper Cibis, Auditionibus (*Bonis & malis nuntiis, quæ audit*) & Viſionibus

(*rebus quas videt*; *veluti quando videt locum, in quo miracula olim facta ſunt, dicit*; Benedictus ſit, qui Patribus noſtris fecit miracula in hoc loco, &c.): & quò plures recitat, eo propiùs accedit ad Deum, ſicut David dicit; *Os meum annunciabit juſtitiam tuam, omni die ſalutem tuam, quia non novi eorum numerum*, Pſal. 71. 15. quibus verbis vult dicere; *Laus tua quidem eſt innumera, recipiam tamen eam in me omni die, neq; de ea unquam detraham.* Et cum his omnibus dubio procul ingrediuntur in animum adæquatè & commenſuratione Legali (*Legi adæquatè*) Amor & Timor Dei, ita ut neque in Sabbathis & Diebus bonis (*feſtis*) Lætitia impellat hominem ad riſum, luſum, voluptatem, otium, aut intermiſſionē Precationum recitandarum; *neq;* Timor eouſque hominem occupet, ut de remiſſione & condonatione peccatorum deſperet, & in perpetua anxietate & ſollicitudine verſetur, omnemque à Deo præceptam lætitiam, ex bonorum, quæ gratiosè Deus ei largitus eſt uſu, auferat & tollat, ſicut dicitur; *Et lætaberis de omni bono, quod dederit tibi Dominus Deus tuus*, Deuter. 26. ℣. 11. ſicque diminuat Laudem ejus pro Bonitate Dei, quia Laudatio ſequitur Lætitiam: *Pro eo quòd non coluiſti Dominum Deum tuum in Lætitia & hilaritate cordis, propter abundantiam omnium rerum, ſervies inimicis tuis, &c.* Deut. 28. 47. 48. *neq;* denique Zelus intempeſtivus redarguendi proximum, vi ejus quod dicitur, *Corripiendo corripies proximum tuum*, Levit. 19. 17. vel ex æmulatione Sapientiæ ortus, eum tranſverſum rapiat ad Iram, & Vindictæ cupiditatem, aut animi claritatem & ſerenitatem in Precando turbet. Imprimit poſthæc etiam cordi ſuo (Sanctus) Juſtificationem judiciorum

ברי‍חני‍ם ומאכלים ושמועות
ומראות יברך עליהם וכל אשר
יוסיף יהיה תוספת מקרבת אל
האלקים וכמו שאמ׳ דוד פי
יספר צדקתך כל היום תשועתך
כי לא ידעתי ספורות רוצה
לומר כי שבחך לא יכללהו
המנין אבל אקבלנו עלי כל ימי
ולא אמנע ממנו תמיד ׃ ו
והאהבה והיראה מאין ספק
נכנסות בנפש עם אלה הענינים
ומשוערים בשעור תורי כדי
שלא תביא השמחה בשבתות
וימים טובי׳ אל מה שמביא
אל השחוק והתאוה והבטלה
ולהמנע מהתפילות בעתם
כראוי ושלא תוציא היראה
אל גבול שמיאש מהמחילה
והסליח׳ וישאר דואג כל ימיו
ויעבור כל מה שציה הבורא
מהשמחה במה שחננו כמו
שאמר ושמחת בכל הטוב
אשר נתן לך ה׳ אלדיך וימעט
שבחו על טובת האלקים כי
השבח הולך אחרי השמחה
ויהיה כמו שאמר בו תחת
אשר לא עבדת את ה׳ אלדיך
בשמחה ובטוב לבב ועבדת
את איביך וגו׳ ושלא תוציאנו
הקנאה בהוכח תוכיח את
עמיתך ובדברי החכמות לידי
הכעס והנטירה ותטרד נפשו
מהזככות ובעתות התפלות
וישיב בלבו צדוק הדין ישוב

ciorum

שיהיה לו למגן ולמסתור מ
מהפגעים והצרות ההוות
בעולם כשיתישב בנפשו צדק
בורא החיים ומטריפם ומנהיגם
בחכמתו ושאין הדעות מ
משיגות פרטיה אבל משיגות
כלליה במרה שהם רואות
מתקון הבריאה בהם ומה
שכלל מהפליאות המורו' אל
כונת חכם חפץ יודע ויכול
באשר שם לקטון וגדול מהם
מה שהוא צריך לו מהחושים
נסתרים ונראים ורוחות
ואיברים ושם הכלים מפיקים
ראוים לרוחות ושם לצבועים
מדות הגבורה וכלי הדריסה
והטרף ושם לארנבת ולאיל
כלי הבריחה ומדת המורך ׃
ומי שמחשב בבריאת האיברים
ותועלותיהם וערכם מן הרוחות
יראה בזה מהצדק והסדור
החכמי מה שלא ישאיר בלבו
ספק בצדק הבורא ואם יבא
שנון המחשבה להראות לו
העול על הארנבת באשר היא
מאכל לצבועים והזבוב ל
לעכביש ישיב עליו השכל ו
ויגער בו לומר איך איחס העול
אל חכם שנתברר לי צדקו
ושאיננו צריך אל העול ואלו
היה צידת הצבועים לארנבת

ciorum Dei idque fortiſſimè, (*in Precatione quadam, quam vocant* צִדּוּק הַדִּין Juſtificationem Judicii Dei: *quæ incipit* הַצּוּר תָּמִים פָּעֳלוֹ) ut iſta impreſſio ipſi ſit pro Scuto & latibulo in quibusvis calamitatibus & afflictionibus hujus mundi, dum animo ſuo reputat Juſtitiam Dei omnia animantia creantis, conſervantis, & ſapientiâ ſua regentis, cujus (*divinæ ſapientiæ & juſtitiæ*) particularia mentes humanæ non poſſunt aſſequi, ſed ſola univerſalia ex eleganti Creationis illorum ordine vel diſpoſitione, & admirandis multis in ea elucentibus, quæ docent de intentione (*Creatoris*) ſapientis, volentis, Scientis, & omnipotentis, ſingulis à minimo uſque ad maximum illorum, ſenſus neceſſarios, tam internos quàm externos, Spiritus, & membra largientis, organa item Spiritus educentia (*per membra diſtribuentia*); draconibus, vel, pardis fortitudinem, & membra rapiendi ac rapta dilacerandi; leporibus & cervis organa fugiendi (*celeriter currendi*) & animi mollitiem. *Et qui* conſideraverit membrorum ſingulorum creationē, uſus, & cum Spiritibus communionem (*quomodo ſingulorum naturæ convenienter, tùm quoad quantitatem, tùm quoad qualitatē, illi diſtribuantur*) in iis ſum̄am (*Creatoris*) juſtitiam, & ordinem ſapientiſſimum videbit, ut nullus in ejus animo de Juſtitia Creatoris ſcrupulus remaneat. Quod ſi ex acutiore & accuratiore conſideratione ipſi fortè ſcrupulus exoriatur, & iniquum videatur, ſi e.g. Lepus præda & eſca fiat aliorum animantium, muſca araneæ, mox reſpondebit ei Intellectus, & increpabit eum, dicendo; Quomodo attribuerem Iniquitatem (*Creatori*) Sapientiſſimo, cujus Juſtitia mihi eſt perſpecta, quique non opus habet ut iniquitatem exerceat: quod ſi venatio leporis à dracone (*vel alia ſimili animali rapaci*)

& muſcæ ab aranea fieret accidentaliter (*ut nulla appareret hac in re cauſa, & naturæ provida ordo*) dicerem, illud fieri per accidens (*cum Epicureis, vide par. 5. à §. 3. uſq; ad §. 8.*) Atqui ego video Creatorem illum ſapientisſimum, prudentisſimum, & juſtisſimum, eſſe eum, qui inſtrumenta venandi vel rapiendi eis tribuit, veluti Leoni robur, fortitudinem, dentes, & ungues, Araneæ commemoratæ ſolertiam, & telam texendi artificium, ut ſine inſtitutione vel magiſtro retia contexere ſciat ad capiendam muſcam, organaque ad hoc opus perficiendum neceſſaria ſuppeditavit; quinimò etiam muſcas pro eſca & alimento ipſi præparavit, ſicut multos piſces pro aliorum (*majorum*) piſcium alimento ordinavit: *An* de his aliud dicam, quàm, Sapientiam in iis elucere, quam ego nequeo comprehendere, & ut Juſtificem (*juſtum prædicem*) eum, qui vocatur *Rupes, cujus opus integrum eſt & perfectum*, Deut. 32. ℣. 4? Is in cujus animo ſolidè hæc *infixa ſunt*, ſimilis evadet illi *Nahumo Gamſu*, de quo referunt, illum de omni afflictione, quæ ipſi obtingebat, dixiſſe, גם זו לטובה *Etiam hoc in bonum mihi cedet*, vitam aget perpetuò ſuavem & jucundam, leveſque ipſi fient adverſitates omnes; imò lætabitur de illis, quando ſentit, iniquitates ſuas hac ratione alleviari, quemadmodum is, cujus debitum exſolvitur, lætatur quòd illud à ſe ſit ablatum; lætabitur de præmio & retributione ſibi reconditâ; lætabitur, quòd ille ſuo exemplo doceat homines patientiam, & juſtificationem judiciorum Dei; lætabitur deniq;, quòd hinc ſibi acquirat Nomen bonum, & gloriam. Atque ita comparatus eſt & ſe gerit (*Sanctus*) in Afflictionibus ſuis propriis & privatis. Idem verò quoque facit in Calamitatibus

וצידת העכביש לזבוב במקרה הייתי אומר בטענת חמקרה ׃ אך אני רואה החכם ההוא המנהיג הצדיק הוא אשר שם כלי הציד לאריה מהגבורה ויכלת ושינים וצפרני׳ ושם לעכביש נזכר לתחבולה ושם לו האריגה לבוש מבלי למידה יארוג השבכים לזבוב ושם לו כלים ראוים למלאכה הזאת וזמן לו הזבוב למחיה ולמזון כאשר זמן הרבה מדגי הים לדגים אחרים האומר על זה שיהיה אלא חכמה שאינני משיגה ואצדיק מי שנקרא הצור תמים פעלו ׃ ומי שנתיישב על נפשו זה יהיה כמו שאומרים על נחום איש גם זו כל אשר תמצאהו צרה אומר גם זו לטובה ויחיה חיים ערבים תמיד ותקל עליו הצרות אבל אפש׳ שישמח בהם כשירגיש לעון שיש עליו כמי שיפרע חובו והוא שמח במה שהקל מעליו ממנו וישמח לשכר ולגמול הצפון לו׃ וישמח במה שהוא מלמד לבני אדם מהסבל והצדקת דין הבורא וישמח במה שיש עליו בזה מהשם הטוב והתפארת זה בצרות המיוחדות בו וכן יעשה בצרות הכוללות בשיעבירו

בלבולי המחשב על לבו אורך
הגלות ופזור האומה ומה שהגיע
אליה מהדלות והמיעוט יתנחם
תחלה בצדק הדין כאשר
אמרתי ואחר כן בנכוי עונותיו
ובשכ׳ הצפון לעולם הבא
ובהדבק בענין האלקי בעולם
הזה ואם יאשנו שטנו מזה
כאמרו התחיינה העצמו׳ האלה
לגודל מה שנכחדנו מגוי ו
ונשכח זכרנו וכמה שנאמר
יבשו עצמותינו ואבדה ו
תקותינו נגזרנו לנו יחשוב
ביציאת מצרים ובכל מה
שנאמר בכמה מעלות טובות
למקום עלינו ולא יהיה רחוק
בעיניו איך נשוב לקדמותינו
אפי׳ אם לא ישאר ממנו אלא
אחד וכמו שאמר אל תיראי
תולעת יעקב כי מה הוא
הנשאר מן האדם כששב
תולעת בקברו ׃
יב אמר הכוזרי כמו זה יהיה
בגלות חיי׳ ערבי׳ ופרה פרי
תורתו בעולם הזה ובעולם הבא
ומי שהוא סובל הגלות מתקצף
כמעט שהוא מפסיד עולמו
ואחריתו ׃
יג אמר החבר וממה שיוסיף
לו עריבו׳ על עריבות שיברך

mitatibus publicis (*Eccleſiæ & populi totius*), cùm perplexæ animum ejus invadunt cogitationes, ob longitudinem exilii, & diſperſionis populi, ejusdem paupertatem & attenuationem vel diminutionem; Hîc primò omnium conſolatur & erigit ſe per Juſtificationem judicii (*Dei*), ſicut dixi; deinde per Subtractionem, peccatorum ſuorum (h.e. *cogitando per exilium peccatorum ſuorum gravitatem diminui, & expiari*); tertiò conſideratione præmii ſibi repoſiti in Vita æterna, & conjunctionis cum Re Divina in hac quoque Vita. Si eum Satanas ipſius (*concu-piſcentia ejus mala*) velit ad deſperationem adducere, dicendo (*ſicut olim dixit Ezechiel*) *Num reviviſcent oſſa iſta? An reviviſcerent oſſa iſta?* Exech. 37. ℣. 3. eò quòd ſcilicet (*in præſenti hoc exilio*) penitùs pœnè exciſi ſumus à gente, memoriaque noſtri (*coram Deo*) quaſi perierit, adeò ut nobis illud Ezechielis applicare, & dicere poſſimus, *Exaruerunt oſſa noſtra, periit ſpes noſtra, ſucciſi ſumus nobis*, ibid. ℣. 11. tum cogitabit (*ſanctus noſter*) de Exitu ex Ægypto, & de infinitis aliis Dei in nos collatis beneficiis & dignitatibus, neque abſurdum vel impoſſibile ipſi videbitur, ut revertamur in priſtinum noſtrum ſtatum, etiamſi non niſi unicus è nobis ſuperſtes maneret, ſicut dicitur; *Ne timeas vermicule Jacobi*, Eſa. 41. ℣. 14. Quid enim ſuperſtes manet de homine, quando in vermes redigitur in ſepulchro?

XII. *Coſri*; Qui ita comparatus eſt, is in ipſa captivitate vitâ fruetur jucundâ, & uberes producet Lex ejus fructus in ſæculo hoc, & in ſæculo venturo: qui verò impatienter & cum indignatione fert captivitatem, parum abeſt, quin perdat mundum hunc & mundum futurum.

XIII. *Judæus*; Hanc ejus jucunditatem augebit, ſi Deum laudet

תמיד

& benedicat ſemper, tùm pro omnibus quæ ipſe invenit in hoc mundo, quàm pro iis, quæ inveniunt ipſum, (h.e. *pro omnibus tam bonis, quam malis, quæ ipſi eveniunt*).

XIV. *Coſri*; Et quomodo hoc fiet, cùm Benedictiones tales quoque ſint laborioſæ & moleſtæ?

XV. *Judæus*; Annon rectiùs de homine perfecto (*juſtam & maturam ætatem aſſecuto*) dicitur, quòd ſentiat Voluptatem ex cibo & potu, quàm de Infante vel Beſtia, quemadmodum Beſtiæ etiam magis competit Voluptas quàm Plantæ, etiamſi Planta quoque perpetuò nutriatur? (*quia Voluptas eſt & augetur ex notitia & ſenſu*).

XVI. *Coſri*; Ita eſt, propter excellentiam ſenſus, & perceptionis voluptatis (*in homine perfecto*). Nam ſi e.g. Ebrio, dum in ebrietate ſue conſtitutus eſt, afferatur quicquid concupiverit de cibo & potu, Muſicamve ſuaviſſimam audiverit; ſi item conjungatur cum perſona amatâ, aut amaſia ejus ipſum (*in hoc ſtatu*) amplexetur, & hæc poſtea ipſi ubi ab ebrietate ſua ad ſe reverſus fuerit indicentur; nil niſi męſtitiam in ipſo creabunt, omniaq; pro damno, nō pro lucro, reputabit; quia Voluptatum iſtarū non particeps factus eſt eo tempore, quo eas ſentire, & voluptatem ex illis percipere potuiſſet.

XVII. *Judæus*; Præparatio ad voluptatem percipiendam, ejusque ſenſus, ſi ſimul cogitetur, quòd antea quis ea caruerit, duplicat voluptatem. Hancque utilitatem percipit ex Benedictionibus (*Dei pro iis laudationibus*) is qui eas cum intentione & devotione peragere eſt aſſuetus, quia illæ imprimunt ſpeciem voluptatis in anima, & cauſantur laudationem ejus, qui eam ex gratia largitur, ſine qua quis eâ careret, ſicque augetur Lætitia ob eam.

תמיד על כל מה שהוא מוצא מן העולם ומה שמוצאו ממנו ׃

יד אמר הכוזרי ואיך הוא זה והברכות טורח יותר ׃

טו אמר החבר הלא האדם השלם יותר ראוי שיספר ב בהרגשת ההנחה במה שיאכל וישתה מהתינוק והבהמה כאשר הבהמ׳ יותר ראויה להנאה מהצמח אף על פי שהצמח נזון תמיד ׃

טז אמר הכוזרי כן הוא ליתרון החוש וההרגש בהנאה כי אם היו מביאים אל השכור כל אשר יתאוה והוא בענין שכרותו ממאכל ומשתה וישמע הנגונים ויתחבר עם מה שיאהב ויחבקהו אהובתו ו ויספר לו כל זה כשירפא משכרותו דירה דואג על זה ויחשוב הכל הפסד ולא ריוח מפני שלא באו לידיו ההנאות ההם והוא בענין שירגיש וינעם בהם ׃

יז אמר החבר ההזדמנות להנאה והשגתה ושיחשב בהעדרה קודם לכן כופל ההנאה וזה מתועלת הברכות למי שהוא רגיל בהם בכונה והכנה מפני שהם מציירו׳ מין ההנא׳ בנפש והשבח עליה למי שחננה וכבר היה מזומן להעדרה ואז תגדל השמחה בה

כמו שאתה אומ' שהחיינו ו
וקיימנו ; וכבר היית מזומן למות
ותודה על שהחייך ותראה זה
ריוח ויקל בעיניך החולי והמות
כאשר יבא מפני שכבר חשבת
עם נפשך וראית שרוחת עם
בוראך שאתה ראוי להעדר
ממך כל טוב בטבעך כי עפר
אתה והטיב לך בחיים והההנאות
ותודה על כן ובעת שיסירם
ממך תודה ותעבוד ותאמר ה'
נתן וה' לקח יהי שם ה' מבורך
ותהיה נהנה כל ימיך ומי שאינו
אוחז הדרך הזה אל תחשוב
כי הנאתו הנאה אנושית אך
הנאה בהמית איננו מבינה
כאשר אמרנו בשכור וכן יעלה
החסיד אל לבו ענין כל ברכ'
ויבין הכונה ממנה ומה שהוא
נתלה בה הנה יציר ביוצר
המאורו' סדר עולם העליון
וגודל האישים ההם וגודל
תועלותם ושהם אצל בוראם
כקטן שברמשים ואם הם
גדולים בעצמם לגדל ת
תועלותינו בהם ; והראיה
שהם אצל בוראם כאשר
אמרתי שחכמתו והנהגתו ב
ביצירת הנמלה והדבורה
איננה מקצרת מחכמתו
והנהגתו לשמש וגלגלה אך

ob eam. Sic cùm dicis; *Qui vivificavit nos & conſervavit nos (in Precatione quadam)*; indicas te Morti obnoxium & expoſitum fuiſſe, ac ſimul gratias agis, quòd in vita conſervârit te, videturque hoc tibi eſſe lucrum, morbus item & mors, quandocunque illa eveniant, levia erunt in oculis tuis, quia animo tuo reputaſti, & vides, quòd lucratus ſis cum Creatore tuo, quia cùm potuiſſet te privare (h.e. *tibi non conferre, denegare*) omni bono naturæ tuæ, ut qui pulvis es & terra, ex ſua bonitate contulit tibi vitam, & innumera alia commoda, pro quibus proin meritò gratias illi agis: Quando hæc iterum à te aufert, rurſum gratias agis, & dicis; *Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſit Nomen Domini benedictum*, Job. I. Atque ſic voluptate frueris (*lætus animo es*) omnibus diebus tuis (*quando hac ratione pro omnibus tàm bonis quàm malis, Deum celebras & laudas*). Qui hanc viam non tenet (*hanc agendi rationem non obſervat*), is non perſuadeat ſibi, voluptatem ſuam eſſe humanam, ſed brutalem, quam ipſemet non intelligit, ſicut de Ebrio ſuprà diximus. Sic in ſingulis Benedictionibus animo ſuo expendit Vir Sanctus earum ſenſum, intentionem (*primam*) & quæcunque ab ea dependent (*eâ comprehenduntur*); veluti in (*Benedictione, quæ incipit*) יוֹצֵר אוֹר *Creans lucem*, concipit & imaginatur ſibi Ordinem mundi ſuperioris, magnitudinem ſingularium illius, maximum item quem habent uſum & utilitatem, quodque, licet ob maximum quem ex illis percipimus uſum, maxima nobis videantur, apud Creatorem tamen ſint perinde ac minimum reptile. Cujus rei argumentũ & probatio inde ſumitur, quia Sapientia & Gubernatio ejus in creatione Formicæ & Veſpæ non minus eſt conſpicua, quàm in Sole & Sphæris ſeu Orbibus cœleſti-

bus; imò ſigna Sapientiæ & Gubernationis ejus in Formica & Veſpâ, vel Api magis ſunt ſubtilia & admiranda ob parvitatem illarum. Hæc ſecum reputabit, ne Luminaria (*& corpora illa*) cæleſtia nimis magna videantur in oculis ejus, & inde Sathan illum ſeducat ad dogmata eorum, qui Spirituales influentias aſſerunt & credunt (Heb. אנשי הרוחניות, *quo intelligit eos, qui ope ſcientiæ Aſtrologicæ putant deduci poſſe ex corporibus cæleſtibus influentias & virtutes in figuras & imagines quas conficiunt, vide & ſup. p. 1. §. 79.*), & exiſtimet, illa prodeſſe vel nocere poſſe à ſe ipſis (*Sapientia ſc. prædita*) cùm non ita ſit, ſed per qualitates ſuas omnia agant, ut Aër, & Ignis (*vide par. 1. §. 77.*) juxta id quod Job dicit; *Num aſpexit lucem (i. e. Solem) quando ſplendebat, & Lunam, à qua pretioſum abit? Et ſeduxit ſeſe in abſcondito cor meum, & oſculata eſt manus mea os meum. Etenim hoc fuiſſet iniquitas judicata, quia abnegaſſem Deum deſuper*, cap. 31. 26. 27. 28. Sic in (*Benedictione quæ incipit*) אַהֲבַת עוֹלָם recolet animo, quòd Res Divina adhæreat cætui præparato vel deſtinato ad ejus receptionem, ſicut Lux adhæret Speculo puro; tùm quòd Lex ab ipſo lata primum fuerit benevolentiæ ejus ſignum, quo apparuit Regnum ejus in Terra, ſicut apparet in Cælo. Neque decrevit Sapientia Divina creare Angelos in Terra, ſed Homines, ex ſemine & ſanguine, in quibus naturalia (*quatuor Elementa, & eorum qualitates*) prævalérent, & virtutes vel vitia, pro ſyderis vel temperamenti bonitate vel malitia, dominarentur, ſicut in libro Jezirah explicatur; Cum ergò ita purus eſt ex eis vel unus aliquis ſingularis, vel integer cætus, tùm reſidet ſuper eo Lux Divina, & gubernat eum modis admirandis & tremendis, ordinem mundi naturalem excedentibus, vocaturque id à nobis *Amor* (Dei) & *Lætitia* (*ex eo orta*); Neque reperit Res Divina

סימני החכמה וההשגחה יותר דקה ונפלא׳ בנמלה ובדבורה עם קטנותם יחשוב בזה כדי שלא יגדלו בעיניו המאורו׳ ויסיתהו השטן בקצת דעות אנשי הרוחניות ויעלה בלבו שהם מועילים ומזיקים בעצמם ואיננו כן אבל באיכותם כרוח וכאש ויהיה כמו שאמר אם אראה אור כי יהל ויפת בסתר לבי וכן יתן אל לבו באהבת עולם הדבק הענין האלקי בעדה המוכנת לקבולו כהדבק האור במראה תזכה ושהתור׳ מאצלו התחלת חפץ ממנו להראות מלכותו בארץ כ כהראותה בשמים ולא גזרה החכמה שיברא מלאכים בארץ אבל אדם מזרע ודם מתגברים בהם הטבעיים ומתנצחים בהם המדות כפי התחלפות ההצלחה ורוע המזל כאשר נתבאר בספר יצירה ו וכאשר יזך מהם יחיד או קהל יחול עליו האור האלקי וינהיגנו בנפלאות ובנוראות יוצאות מסדר העולם הטבעי ויקרא זה ממנו אהבה ושמחה ולא מצא הענין

האלקי מקבל מסכימת לדברו
דבק בסדר אשר צוה בו אחרי
המאורות והגלגלי׳ אלא חסידי
בני אדם היו יחידים מאדם ועד
יעקב ואחר כן שבו קהל וחל
עליהם הענין האלקי לאהבה
להיות להם לאלקים וסדרם
במדבר כסדר הגלגלים ארבעה
דגלים כארבעת רבעי הגלגל
ושני׳ עשר שבט כשנים עשר
מזלות ומחנה הלוים בתוך
המחנות כאשר אמר בספר
יצירה והיכל קדוש מכוון ב
באמצע והוא נושא את כלם
וזה כלו מורה על אהבה
ויהיה משבח עליה ויסמוך
לזה קבולו התורה בקרי׳ שמע
ואח׳ כן במה שכולל אמת ויציב
מהענינים הנוחצים לקבלת
התורה כאלו אחר שנתבאר
לו כל אשר קדם והבין אותו
והכירו אסר על נפשו אסר
והעיד עדים שקבלו כאשר
קבלוהו האבות לבניו וכן
יקבלוהו הבנים עד עולמי
עד כמו שהוא אומר על א
אבותינו ועלינו ועל בנינו ועל
דורותינו דבר טוב וקיים חק
ולא יעבור ׃ ואחר כן מסדר
הקשרים אשר בהם ישלמו
קשרי היהודים והוא שיודה

Divina ſubjectum idoneum, verbo ejus aures præbens, & ordinis à ſe præſcripti obſervans, poſt Luminaria, & Orbes cœleſtes, niſi Sanctos homines, qui inde ab Adamo, uſque ad Jacobum, ſemper unici & ſingulares fuerunt. Poſt (*Jacobum*) autem eruperunt in integrum Cœtum, & commorata eſt ſuper ipſis Res Divina per Amorem, ut eſſet ipſis in Deum, ordinavitque & diſpoſuit eos in Deſerto juxta ordinem Orbium cœleſtium, quaterna ſc. vexilla, juxta quatuor quadrantes Orbis cœleſtis (*Zodiaci, cujus duodecim ſigna in quatuor partes dividuntur, & ſic diviſa quatuor revolutiones anni faciunt*). & Duodecim tribus juxta Duodecim illa ſigna: tribum autem Levi in medio caſtrorum, ſicut dicitur in libro Jezírah, & Templum Sanctum (*Rem Divinam, Arcam*) in medio, quod (*virtute ſuâ*) ſuſtinet omnia. Univerſa hæc docent de Amore (*ſigna ſunt ſingularis erga nos Dei Amoris*), propter quem Deum laudat (*Sanctus, in precatione* אַהֲבַת עוֹלָם, *in cujus explicatione hucusq; verſatus eſt author.*). Huic (*benedictioni*) ſubjungit, quòd recipiat in ſe Legem in (*lectione*) שְׁמַע יִשְׂרָאֵל *Audi Iſraël* (*Dominus Deus noſter eſt Deus unus*) & iis, quæ in (*benedictione*) אֱמֶת וְיַצִּיב in hunc ſenſum de recipienda lege continentur, quaſi, poſt præcedentia omnia ſufficienter ipſi declarata, cognita & perſpecta, obligatione ſeipſum obligaret, & teſtes advocaret contra ſe, quòd illa omnia acceptet, eodem modo quo ea acceptarunt Patres ejus ante ipſum, & filii ejus ſint accepturi in æterna ſæcula, ſicut in illa (*Precatione* אמת ויציב) dicit, *Super Patres noſtros, & ſuper nos, & ſuper filios noſtros, & ſuper generationes noſtras* &c. *eſt verbum ejus bonum* &c. *ſtatutum quod non præterit.* Poſthæc ordinat (*in Oratione illa eadem, recitat, recenſet*) Vincula quibus perficiuntur vincula Judæorum (h. e. *Articu-*

los fidei Judæorum præcipuos, per quos cum Deo conjunguntur, quibusq; ruptis, illa unio & conjunctio diſſolvitur); confitendo Dei Opt. Max. Deitatem, Æternitatem, & Providentiam erga Patres noſtros, quòd item Lex ſit ab Illo (*profecta*), pro quarum rerum omnium Demonſtratione commemorat Exitum ex Ægypto, dum ait; *Veriſſimum eſt, quòd tu ſis Dominus Deus noſter: Verum eſt, quòd à ſæculo ſit nomen tuum, & auxilium ſis patrum noſtrorum: verum eſt, quòd ex Aegypto nos redemeris, Domine Deus noſter.* Qui hæc omnia perfectè agit cum intentione puriſſima, is eſt verus Iſraëlita, & ſperare poteſt, adhæſurum ſe Rei divinæ, quæ adhæret filiis Iſraëlis præ cæteris populis Idololatricis; huic facilè erit ſtare coram Majeſtate Divina; hic orabit & exaudietur. Tenetur autem Redemptionem Precationi ſubjungere ſumâ feſtinatione & promptitudine, ſicuti antè diximus, & accinget ſe ad Orationem peragendam conditionibus dictis, idque in Precibus publicis totius Eccleſiæ. Nam preces privatæ hominis ſingularis ſunt liberæ, quibus locum aſſignarunt in Oratione שׁוֹמֵעַ תְּפִלָּה *Audiens precationem*, pro eo qui voluerit. In Precatione ſeu benedictione prima (*τῶν Schmóne eſre*, ſeu, *octodecim*) quæ vocatur אָבוֹת animo recolet excellentiam & dignitatem Patrum, & quòd Fedus Dei ſit perpetuum, nec in ſeculum ſit receſſurum, ſicuti in ea ait; *Et adducit Redemptorem filiis filiorum ipſorum.* In Benedictione ſecundâ, quæ vocatur גבורות, quòd Deus in mundo hoc exerceat Dominium continuum, non verò, ſicut exiſtimant (*Philoſophi*) quòd omnia fiant naturaliter (*ſicundum naturam inditam ipſis conſtanter agant, neq; Deus illorum naturam immutare poſſit, quæ experientiâ eſt comprobata*): Item, quòd

Deus

באלהותו יתברך ובקדמותו ו ובהשגחתו על אבותינו ו ושהתורה מעמו ובמופת על כל זה והוא החתום ביציא' מצרים כמו שאמר אמת שאתה הוא ה' אלקינו אמת מעולם הוא שמך ועזר' אבותינו ואמת ממצרים גאלתנו ה' אלקינו ומי שהשלים כל אלה בכונה גמורה הוא ישראל אמתי וראוי לו שיקוה להדבק בענין האלקי הדבק בבני ישראל מבלעדי שאר האומות ויקל עליו לעמוד לפני השכינה וישאל ויענה והתחייב לסמוך גאולה לתפלה בתכלית החריצות והזריזות כאשר הקדמנו ויעמוד לתפלה על התנאים אשר קדם זכרם בברכות הכוללות כל ישראל כי הבקשות והתפלה במה שכתיחד בו היחיד אינם אלא מן הרשות וכבר קבעו לזה מקום בשומע תפלה כמו שהוא רוצה : ויתן אל לבו מהברכה הראשונה הנקראת אבות מעלת אבות ושברית האלקי קיים להם עד עולם לא ימוש כמו שהוא אומר ומביא גואל לבני בניהם : ומהברכה השנית נקראת גבורות כי לאלקי' בעולם הזה ממשלה מתמדת ואיננו כאשר חושבים שהוא על הטבעים אשר נסום :

ויתן אל לבו שהוא מחיה
המתים בעת שירצה עם רוחק
זה מהקשת הטבעים וכן משיב
הרוח וזולתו : ובחפצו מתיר
אסורים וזולתו וכבר התבאר
זה מענין בני ישראל : ואחר
שיאמין באבות וגבורות שהם
מדמות שהוא יתברך נתלה
בעולם הזה הגופני ירוממהו
ויקדישהו ויגדלהו שישיגהו
או יתלה בו דבר מספורי
הגופניים בקדושת השם
יתברך והיא אתה קדוש : ויתן
אל לבו מהברכה הזאת כל
אשר ספרוהו בו הפילוסופים
מהקדושה והרוממות אחר
שיקיים אלהותו ומלכותו
באבות תבורות כי בהם
נתברר אצלנו שיש לנו מושל
ומצוה ולולי הם היינו מ
מסתפקים בדברי הפילוסופים
עם אנשי הקדמות : והתחייב
להקדים אבות וגבורות על
קדושת השם ולאחר ש
שמקדשהו ומרוממהו בזה
יתחיל בבקשת צרכיו בכלל
כל ישראל כי התפלה הנענית
אינה כי אם לקהל או לאחד
שיהיה במקום קהל והוא
נעדר בזמננו זה :

יח אמר הכוזרי ולמה זה
הלא שיתיחד האדם יותר טוב

Deus *vivificet mortuos* quo tempore voluerit, quamvis abſurdum videatur rationi Philoſophorum, quòd Deus *flare faciat ventum* &c. quòd *pro ſua voluntate ſolvat vinctos* &c. quod patet ex hiſtoria filiorum Iſraëlis (*quos ex Aegyptiaca ſervitute eduxit in libertatem*). Poſteaquam ex Benedictionibus his, אבות & גבורות, fortasſis ſibi perſuadet, illas docere, Deum Benedictum aliquo modo dependére à mundo hoc corporali (*aliquam affinitatem & ſimilitudinem cum eo habere*); exaltabit, ſanctificabit, & magnificabit ipſum ab omni re corporea (*ſuper omnem rem corpoream*) quæ de eo concipi poſſet, in (*Benedictione*) Sanctificationis Dei, quæ incipit אַתָּה קָדוֹשׁ *Tu es Sanctus* (conf. par. 4. §. 3. in Nomine קדוש) & hac Benedictione ad animum ſuum revocabit omnia quæ Philoſophi de Sanctificatione & Exaltatione Dei ſcripſerunt, poſteaquam ejus Deitatem & Regnum in (*Benedictionibus*) אבות וגבורות aſſeruit & ſtabilivit, quia in illis nobis declaratur, quòd habeamus Dominatorem, & Præcipientem (*Legulatorem*): ſine illis (*duabus benedictionibus*) acquieſceremus in verbis Philoſophorum & credentium Æternitatem Mundi. Præmittendæ itaque ſunt אבות, & גבורות Sanctificationi Dei. Et poſteaquam ita eum ſanctificavit & exaltavit, tùm demùm incipiet petere neceſſitates ſuas, formulâ precandi univerſali pro neceſſitatibus totius Iſraëlis (*Eccleſiæ*). Nulla enim precatio exauditur, niſi vel totius Eccleſiæ, vel unius alicujus, qui ſit loco totius Eccleſiæ. Tales autem hoc noſtro tempore nulli reperiuntur.

XVIII. *Coſri*; Quorſum verò hoc? Nunquid melius eſt, ut homo

privatim oret, & ſeceſſum quærat, & hac ratione mens ejus magis eſt ſerena, cogitatio magis vacua? (*ſicut ſc. Chriſtus ait*; Tu verò cùm oras, introito in conclave tuum, & clauſo oſtio tuo ora Patrem tuũ, Matth. 6.6.)

XIX. *Judeus*; Ita eſt; ſed præſtantiam & prærogativam habet Cœtus vel Eccleſia multis modis. *Primò*, Eccleſia tota non orat pro eo, quod ſingulari aut privato ſit damnoſum; privatus autem aliquis & ſingularis poteſt orare pro eo, quod fortasſis aliis privatis posſit eſſe damnoſum, & vice verſâ hi alii fieri poteſt ut orent, quod illi ſit damno. De conditionibus autem Orationis quæ exaudiri debet, eſt, ut contineat talia quæ utilia ſint toti mundo, neque ullâ ratione vel modo damnoſa. *Secundò*, rarò accidit, ut privata oratio perficiatur ſine errore & lapſu (*ut cogitationibus ſuis non evagetur homo, & ad alia convertatur*). Hinc conſtituerunt & ordinarunt nobis, ut privatus oret Preces totius Eccleſiæ, & ut ejus oratio fiat in Eccleſia, in qua, ſi fieri posſit, non pauciores ſint congregati quàm decem, ut, quod in quibuſdam deficit ſeu per errorem, ſeu per prevaricationem, per alios compenſetur & perficiatur, atque ſic à cunctis ſimul Precatione perfectâ, & cum Intentione purâ factâ, benedictio maneat ſuper omnes, & ad ſingulos pars ejus perveniat. Nam Res Divina eſt inſtar Pluviæ, quæ totam aliquam terram irrigat, quando illa eâ eſt digna. Et quamvis fieri posſit, ut quidam in ea ſingulares illâ non ſint digni, illi tamen eâ fruuntur propter majorem partem [1.]: Sic contrà ſubtrahitur aliquando Pluvia toti alicui Terræ, quamvis tota illa Terra eâ non ſit indigna, ſed fieri posſit, ut in ea adhuc ſint aliqui ſingulares eâ digni; ſubtrahitur tamen

ותהיה נפשו זכרה ומחשבתו
פנויה יותר ׃
יט אמר החבר אבל היתרון
לקהל מכמ׳ פנים מהם כי
הקהל אינם מתפללים במה
שיש הפסד ליחיד והיחיד א
אפשר שיתפלל במה שיש בו
הפסד ליחידים אחרים ואפשר
שיש ביחידי׳ ההם מי שיתפלל
במה שיש בו הפסדו ׃ ומתנאי׳
התפלה הנענית שתהיה במה
שיועיל העולם ולא יזיקהו
בשום פנים ׃ ומהם שמעט
הוא שתשלם תפלה ליחיד
מבלי שגגה ופשיעה ׃ וכן
קבעו לנו שיתפלל היחיד ת
תפלת הצבור ושתהיה תפלתו
בצבור בעוד שיוכל לא פחות
מעשרה כדי שישלם בקצתם
מה שיחסר בקצתם בשגגה
או בפשיעה ויסתדר מהכל
תפלה שלמה בכונה זכה
ותחול הברכה על הכל ויגיע
לכל אחד מהיחידים חלקו
ממנה כי הענין האלקי כ
כמטר מרוה ארץ מהארצות
כשתהיה האר׳ כלה ראויה לו
ואפש׳ שיכלול בה מי שאינו
ראוי לו מהיחידים ויצלחו ב
בעבור הרוב וכהפוך זה שימנע
המטר מארץ מהארצות מפני
שהארץ כלה אינה ראויה לו
ואפשר שיכלול בה יחידים
היו ראויים לו ונמנע מהם

בעבור הרוב אלה דיני יתברך
העולמים ואצלו יתברך הגמול
ליחידי' תהם בע"הב ועוד ש
שבעולם הזה יתן להם תמורת
טובה וייטיב להם בקצת טובה
יהיו בה נכרי' משכניהם אך
מעט שינצלו מהעונש הכולל
הצלה גמורה ומשל מי ש
שהתפלל לצורך עצמו כמשל
מי שהשתדל לחזק את ביתו
לבדו ולא רצה להכנס עם
אנשי המדינה בהעזרם על
חזוק חומותם הוא מוציא
הרבה ועומד על הסכנה ואשר
יכנס במה שנכנסים בו הצבור
מוציא מעט ועומד בבטחה כי
מה שמקצר ממנו אחד משלימו
אחר ותקום המדינה בתכלית
מה שיש ביכולת ויהיו א
אנשיה מגיעים כלם אל
ברכתה בהוצאה מועטת
עם הדין וההסכמה ׃ ועל כן
קורא אפלטון מה שיוציא בצד
התורה חלק הכל ובעוד ש
שיתעלם היחיד מחלק הכל
והוא שיש בו תקנת צבורו
אשר הוא חלק ממנו וחשב
כי יותירנו לעצמו הוא חוטא
על הכל וחוטא לנפשו יותר כי
היחיד בכלל צבור כאבר ה
האחד בכלל הגוף אלו היה
מקפיד הזרוע על דמו כשהוצרך
אל ההקזה היה נפסד הגוף
כלו ותפסד

tamen eis quoq; propter majorem partem. Et ſic quidem fit ſecundum judicia Dei mundana ſeu temporalia. Quod autem ad ſingulares attinet illos (*qui judiciis his unà cum impiis involvuntur*) iis apud Deum retributio parata eſt in ſæculo futuro (*vita æterna*); quin & in hoc mundo alio aliquo bono hoc eis compenſat, quo eos afficit, ut eo dignoſcantur à vicinis ſuis; rarò autem accidit, ut evadant Pœnas publicas & communes totaliter & abſolutè. Qui pro ſuis tantùm neceſſitatibus orat, ſimilis eſt ei, qui conatur munire ſuam ſolùm domum, neq; vult communes ſubire ſumptus cum reliquis civibus, eos adjuvando in reparandis muris ipſorum: Talis magnos facit ſumptus, & perpetuo verſatur in periculo: Qui verò commune ſubit onus vel opus cum Eccleſia tota, is parum expendit, & habitat ſecurè: nam quod uni deeſt, ſupplet alter, & ſic tota civitas in ſummo robore exiſtit, civesque ejus omnes participes fiunt benedictionis (*felicitatis*) ejus, per exiguos ſumptus, quos faciunt ſecundum jura (*civitatis*) & ex communi conſenſu, vel, unanimiter. Ideò vocat Plato id, quod ſecundum jura & Leges expenditur, *Partem Totius*. Unde ſi privatus vel ſingularis aliquis ſe ſubducat à Parte Totius, in quo videlicet ſita eſt Salus totius Eccleſiæ, cujus ille eſt pars, & cogitat, ſe id ſibi ſervaturum, & in ſuos uſus converſurum, ille peccat erga Totum (*Bonum publicum*) & erga ſeipſum vehementer. Privatus enim quiſque comprehenditur ſub Eccleſia, ſicut [2.] Membrum unum comprehenditur ſub corpore, & illius pars eſt. Veluti ſi Brachium vellet parcere ſanguini ſuo, quando neceſſitas (*corporis*) requirit venæſectionem, damno afficeretur totum corpus, & ſimul etiam

pateretur Brachium. Proinde privatus quiſque paratus eſſe debet ad ſufferendos dolores omnes, uſq; ad mortem ipſam, pro Bono & ſalute Totius (*publicâ*), & præcipuum atq; potiſſimum, quod privato debet eſſe curæ, eſt Pars Totius, ut ſc. eam conferat (*ad conſervationem Totius*) neq; ab ea ſe ſubtrahat. Quia verò hanc rem non aſſequitur Ratio, ideò præcepta de ea dedit Deus, præcipiendo dare Decimas, Dona, Oblationes, & alia ſimilia, quæ ſunt Pars Totius, de Facultatibus. De Actionibus & Operibus, (*præcepit hujus rei causâ obſervare & quaſi contribuere*) Sabbatha, Ferias, Feſta, Annos intermiſſionis, Jubileos, & ſimilia: Circa Verba præcepit Orationes, Benedictiones, Laudes; Circa Qualitates, vel affectiones animi; Dilectionem, Timorem, Lætitiam. Petitionum (*in Oratione*) prima meritò eſſe debet, Petitio Intellectus & Scientiæ, quia per hæc homo eò pertingit ut conjungatur cum Creatore: Ideò præmittit (*Sanctus noſter*) חונן לאדם דעת *Qui largitur gratiosè homini ſcientiam* &c. (peculiaris precula), quæ conjungitur cum proximè ſequenti, הרוצה תשובה *Qui delectaris pœnitentiâ*, ut illa Sapientia, Scientia, & Prudentia ipſum dirigant in Viam Legis & Cultus Divini, ſicut dicit (*in iſta preculâ*); *Converte nos, Pater noſter, ad Legem tuam, appropinquare fac nos, Rex noſter, ad cultum tuum.* Quia verò homo ſine peccato & prævaricatione eſſe nequit, ideò neceſſe habet abhinc orare pro Remiſſione peccatorum commiſſorum cogitatione, & opere, quod facit in Precatione חנון, in qua dicit, *Benedictus ſit Deus, qui multiplicat condonare.* Huic preculæ continuò ſubjungit prolem quaſi & fœtum Remiſſionis, videlicet Liberationem ex calamitate in qua ſumus, cujus initium;

כלו ונפסד הזרוע בהפסדו א
אך ראוי ליחיד לסבול הצער
עד המות בצד תקנת הכל
והנחוץ ממה שיעיין עליו היחיד
הוא חלק הכל שיתננו ולא
יתעלם ממנו ׃ ומפני שלא
היה דבר שתשיגהו ההקשה
צוה הבורא במעשרות ו
והמתנות והקרבנו' וזולת זה
והוא חלק הכל מהממונות ׃
אך מהמעשי' השבתות ו
והמועדים והשמטות והיובלים
וכיוצא בהם ׃ ומהמאמרים
התפילות והברכות ו
והתושבחות ׃ מהמדות
האהבה והיראה והשמחה ׃
והראויה להקדי' מהבקשו'
בקשת השכל והדעת שבהם
יגיע האדם להתקרב אל אלהיו
על כן הקדים חונן הדעת
הסמוכה אל מה שאחריה רוצה
לומר הרוצה בתשובה כדי
שתהיה החכמה והדעת והבינה
ההיא בדרך התורה והעבודה
כמו שהוא אומר השיבנו אבינו
לתורתך ומפני שאי אפשר ה
לאדם בלתי חטא ופשע.
התחייב להתפלל על סליחת
החטא במחשב' ובמעש' ב
בברכת חנון המרבה לסלוח
וסומך אל התפלה הזאת
תולדת הסליחה והיא הגאולה
ממה שאנחנו בו ומתחיל ראה

נא בעניינו וחותם גואל
ישראל : ואחר כן יתפלל על
בריאות הגופים והנפשו׳ וסומך
לתפלה הזאת הזדמנות מזונם
לשמירת כחם בברכת השנים :
ואחר כן יתפלל על קבוץ הגלות
במקבץ נדחי עמו ישראל :
ויסמוך לו הראות הצדק וחבור
הענין האלהי במה שאומר
ותמלוך עלינו אתה לבדך :
ואחר כן יתפלל לבער המינים
ולעקור הזדון בברכת המינים
וסומך לה שמירת הסגולה
הזכרה באמרו על הצדיקים
ועל החסידים : ואחר כן
יתפלל להשיב שבות ירושלם
ולשומה מקום שכינתו
ויתפלל סמוך לה על משיח
בן דוד וישלים מהצרכים
העולמיים : ואחר כן יתפלל
על קבול התפלות בשומע
תפלה : ויתפלל סמוך לה
להראות השכינה עין בעין
כאשר היתה לנביאים
ולחסידים וליוצאי מצרים
באמרו ותחזינה עינינו בשובך
לציון ויחתום המחזיר שכינתו
לציון ויחשוב בלבו שהשכינה
נצבת נגדו וישתחוה לנכחה

initium; *Reſpice quaſo afflictionem noſtram*, & clauſula; *Benedictus ſis ô Deus, liberator Iſraëlis.* Hinc progreditur ad orandum pro ſanitate Corporum & Animarum, & illi precationi (*in qua pro eâ orat*) ſubjungit ſtatim Præparationem alimenti, ad conſervandas vires & facultates illorum, in precatione הַשָּׁנִים, (*quam ſic vocat ab ultima voce, quia ſic deſinit*, בָּרוּךְ אַתָּה יְיָ מְבָרֵךְ הַשָּׁנִים *Benedictus ſis, ô Deus, qui benedicis annis*). Ab hoc pergit ad orandum pro Collectione captivitatum, in (*precatione, cujus finis eſt*) מְקַבֵּץ נִדְחֵי עַמּוֹ יִשְׂרָאֵל *Colligens expulſos populi ſui Iſraëlis*; & cum ea conjungit votum, ut Juſtitia Dei conſpiciatur, & cum Re Divina iterum conjungantur, dum in prece ſequenti dicit; *Regna tu ſuper nos ſolus.* Poſtea ſequitur precatio, pro comburendis ſcoriis & exſtirpandis ſuperbè peccantibus (*h. e. Apoſtatis, à fide Judaica deficientibus, in precatione* ולמלשינים *contra hos præcipuè directâ, quam vide in Lexico Talmudico in Radice* שמד), cui mox addit aliam, pro conſervando Populo peculii puro (*fido & conſtanti in fide ſuâ*) dum ait; עַל הַצַּדִּיקִים *Super juſtos, & ſuper Sanctos* &c. Dehinc precatur pro reducenda captivitate urbis Hieroſolymæ, & ut Deus eam conſtituat iterum Locum Majeſtatis ſuæ; proximè ſubnectens oratiunculam pro adventu Meſſiæ filii Davidis; ſicq; abſolvit petitiones neceſſitatum ſuarum Temporalium. Concludit precatiunculâ pro Acceptatione precum ſuarum, quæ vocatur שׁוֹמֵעַ תְּפִלָּה (*quia ita deſinit*, בָּרוּךְ אַתָּה יְיָ שׁוֹמֵעַ תְּפִלָּה *Benedictus ſis, ô Deus, qui audis precationem*), annectens ei adhuc aliam, quâ petitur, ut Majeſtas Divina oculo ad oculum conſpiciendam ſe præbeat, quemadmodum olim Prophetis, Viris Sanctis; & exeuntibus ex Ægypto, inquiens inter alia; *Et videant oculi noſtri, quando reduces Tzijonem*; claudens; *Qui redire facit Majeſtatem ſuam in Tzijon.* Tùm porrò ſibi imaginatur in corde ſuo,

כאשר היו ישראל משתחוים
בראותם השכינה ויכרע כ
כריעות מודים בברכת הודאה
שהיא כוללת ההודאה בטובות
הבורא יתברך והשבח עליהם
יחדו וסומך לה עושה שלום
שהיא החתימה כדי שתהיה
פטירתו מלפני השכינה בשלום:

Majeſtatem Divinam ſtare ante ſe, & ipſum coram ea ſe incurvare, ſicuti olim ſe incurvarunt Iſraëlitæ, qvùm Majeſtatem Divinam viderunt, & in genua gratias agendo procumbere, in Precatione מוֹדִים אֲנַחְנוּ *Gratias agimus*, quæ complectitur Gratiarum actionem pro Beneficiis Dei Opt. Max. & debitam pro iiſdem Laudationem, cui ultimo loco addit precatiunculam q. valedictoriam, עוֹשֶׂה שָׁלוֹם dictam, (*ab ultimis ejus verbis*, עוֹשֶׂה שָׁלוֹם בִּמְרוֹמָיו הוּא יַעֲשֶׂה שָׁלוֹם עָלֵינוּ וְעַל כָּל יִשְׂרָאֵל אָמֵן *Faciens pacem in excelſis ſuis* (in cœlo), *idem faciet pacem ſuper nos, & ſuper omnem Iſraëlem, Amen*), quæ eſt Concluſio (*precationis* Schmóne éſre), ut diſceſſus ipſius à Majeſtate Divina ſit vel fiat in pace (*bona ejus cum pace*).

N O T Æ.

[1.] *Sic ſcribit Majemonides in* הלכות תְּפִלָּה *cap.* 8. תפלת הצבור נשמעת תמיד ואפילו היו בהן חוטאים אין הבה מואס בתפלתן של רבים לפיכך צריך אדם לשתף עצמו עם הצבור *h.e.* Oratio Eccleſię ſemper exauditur: & licet inter eos ſint quidam peccatores, Deus tamen non aſpernatur Orationem illorum. Idcirco debet ſe homo conjungere cum Eccleſia.

[2.] *Similitudinem hanc videtur deſumpſiſſe ex libro Zohar, in quo Paraſcha* פנחס *legitur*; Quando juſti corripiuntur morbis aut plagis ad expiationem (*ut luant*) pro mundo, tùm expiantur omnia peccata generationis illius. Unde id probatur? מכל שייפי גופא A' membris corporis univerſis: בשעתא דכל שייפין בעאקו ומרע סגי שריא עלייהו שייפא חדא אצטריך לאלקאה בגין דיתאסון כולהון ומנו דרועא דרועא אלקי ואפיקו מניה דמא וכדין הוא אסוותא לכל שייפי גופא · אוף הכא בני עלמא אינון שייפין דא עם דא בשעתא דבעי קודשא בריך הוא למיהב אסוותא לעלמא אלקי לחד צדיקא בינייהו ובגיניה יהיב אסוותא לכולא מנלן דכתיב והוא מחולל מפשעינו מדוכא מעוונתנו ובחבורתו נרפא לנו ובחבורתו אקזותא דדמא כמאן דאקיז דרועא ובההוא חבורה נרפא לנו אסוותא הוא לנא לכל שייפין דגופא וכו' Quando omnia membra ſunt in anguſtia, vel ægritudo gravis ea occupat, tùm unum membrum percutitur, ut ſanentur omnia. Quodnam eſt illud membrum? Brachium: Quemadmodum ſc. ſi Brachium percutiatur, & ſanguis educatur, ſanantur omnia membra corporis: ita ſe res hîc habet; Homines univerſi ſunt ut membra unius corporis inter ſe conjuncta; quando Deus vult conferre ſanitatem mundo, percutit Juſtum unum ex ipſis, & propter eum largitur

largitur ſanitatem cæteris omnibus. Unde id habemus? Ex eo quod Eſa. 53. dicitur; *Ipſe autem vulneratus eſt propter prævaricationes noſtras, attritus eſt propter iniquitates noſtras, & per livorem vel vibicem ejus ſanati ſumus.* Ille Vibex, vel Livor eſt veluti Sanguinis emiſsio è brachio; *& per eum ſanati ſumus, h. e.* & per eum ſanitas obtigit omnibus membris corporis *&c. Videantur ibi in eundem ſenſum plura.*

כ אמר הכוזרי לא נשאר לי
מקום שאלה מפני שאני
רואה כל הענינים מתוקנים
ומסודרי' ואשר הייתי תופשו
עליכם והוא מיעוט מה שאני
רואה בתפילותיכם מזכרון
העולם הבא כבר השיבותני
עליו כי מי שהוא מתפלל ל
להדבק באור האלהי בחייו עד
שהוא מתפלל לראותו בעיניו
ויתפלל על מדרגת הנבואה
ואין קורבה לאדם אל האלהים
גדולה ממנה כבר התפלל מבלי
ספק על מה שהוא גדול מ
מהעולם הבא ואם יגיע אליו
יגיע אל העולם הבא כי מי
שדבקה נפשו בענין האלהי
והיא טרודה במקרה הגוף
ומכאוביו כל שכן שתדבק בו
כשתתיחד בו ותעזב אלה
הכלים המלוכלכים :

XX. *Coſri*; Non habeo quod porrò quæram, quia omnia video optimè eſſe ordinata & diſpoſita. Unum quod in vobis carpo, eſt, quòd tam paucam & parcam video vos mentionem facere Seculi futuri (*Vita æterna*); ad quod verò tu mihi quoq; reſpondiſti. Nam qui orat, ut in vita ſua conjungatur cum Luce Divina, & quidem eò uſque ut oculis ſuis eam videat; qui etiam orat pro Gradu Prophetico (*aſſequendo*) quo nullus gradus eſt propior accedendi ad Deum, is dubio procul quoque orat pro eo quod maximum eſt, Vitâ ſc. æterna: & ſi ad illum (*gradum Propheticum*) pertingat, pertinget quoque ad Vitam æternam. Nam is, cujus anima adhæret Rei Divinæ, dum adhuc occupata & onerata eſt accidentibus corporis, & doloribus ejus, multò magis Illi adhærebit, quando illi ſoli vacabit, & derelicturus eſt organa & membra iſta contaminata.

כא אמר החבר אוסיפך ביאור
בזה המשל אדם שבא אל
המלך וקרבו המלך קורבה
גדולה ונתן לו רשות לבא עליו
בכל עת שירצה והיה הוא
רגיל אל המלך עד שהיה מ

XXI. *Judæus*; Declarabo tibi hoc meliùs ſequenti parabolâ; Homo quidam (*Iſraël*) venit ad Regem (*Deum Regem mundi*), quem Rex arctiſsimè ſibi adjunxit (*in intimam admiſsionem & familiaritatem recepit, in populum ſuum peculiarem eos adoptando, & fædus cum eis ineundo &c.*), largiens ei facultatem ſe accedendi quotiescunque & quandocunque vellet; quinimò Regi adeò fit familiaris, ut ab ipſo petere audeat, ut ad ipſum in domum ſuam veniat, & ſecum prandeat, idque ab eo obtineat, (*ſic ſcribunt in die Impletionum & primorum Sa-*

rum Sacrificiorum Aharonis Levit. 8. ad preces Moſis & Aharonis Gloriam Dei deſcendiſſe,& ea conſumpſiſſe: Sic etiam Regem Salomonem poſt exſtructum templum, Deum ad epulum ſuum in domum à ſe exſtructam invitaſſe,quod ipſi in ſacrificiis & oblationibus præpararat, 1.*Reg.*8. *& id obtinuiſſe, ut habetur* 2.*Par.* 7. *v.*1. *Sic orat ſponſa Eccleſia, Cant.* 4. *v.*16. *Veniat dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructum ſuavitatum ejus. Conf. Apocal.* 3. *verſ.* 20.): Rex porrò mittit ad eum primarios ſuos Principes (*Angelos, & Viſiones ac apparitiones varias Gloriæ Dei*) & facit erga eum, quod erga nullum alium facit: Si quando ſeu per errorem, ſeu per prævaricationem, homo iſte deliquerit, & Rex ab ipſo avellatur (*& præſentiam ſuam ei ſubtrahat*); ille tamen nihil aliud petit & deprecatur, quàm ut Rex ad priſtinam ſuam conſuetudinem redeat, ad ipſum in domum ſuam iterùm veniat, neque principes ſuos à ſe viſitando arceat (*ſic orant in quadam precatione*; Reduc cultum ad adytum domus tuæ, & Ignita ſacrificia Iſraëlis, ac preces eorum celeriter & cum amore ac benevolentia ſuſcipe *&c.*) Illius urbis cives omnes (*Muſcatus ſcribit, illum indigitare hîc Karræos*) nunquam ei ſupplices fiebant, niſi quando ingreſſuri erant iter longinquum (*per mortem ſc. hinc diſceſſuri*); rogantes tùm, ut Rex aliquem cum eis mittat, qui ipſos liberet à latronibus, feris animalibus, & aliis viarum accidentibus, certò confiſi Regem morem ipſis hac in re geſſurum, & poſt abitum ſuum ipſorum curam habiturum, licet nullam illorum rationem habuerit, dum eſſent adhuc in urbe (*in hac vita*); Imò quiſque illorum gloriatur ſupra ſocium ſuum, Regem majori gratiâ & favore ſe proſequuturum, quàm alium; ob hanc ſcilicet rationem, quòd Regem magis extollat (*laudet ac celebret*) quàm alius. Iſte verò homo (*de quo ab initio*) erat peregrinus (*nullius authoritatis, & nihili habitus, ut peregrinus*) nullam mentionem faciens itineris (*in ſuis ad Regem precibus*) neq; ducto-

res ab

מבקש ממנו שיבא אל ביתו
ושיהיה בסעודתו והיה עושה
ושולח אליו סגולת שריו ו
ועושה עמו מה שלא היה עושה
עם זולתו ובעת שהיה האדם הזה
שוגג או פושע והיה המלך פוסק
ממנו לא היה מבקש ומתחנן
כי אם שישוב אל מנהגו לבא
אליו ושלא יפסיק שריו מ
מלבקרו ; ואנשי המדינה
כלם לא היו מתחננים כי אם
בעת שילכו בדרך רחוקה
שישלח עמם המלך מי שיצילם
מן הלסטים והחיות ופגעי
הדרך והיו בוטחים במלך ש
שיעשה רצונם בזה ושישגיח
עליה' אחר הליכתם אף על
פי שלא השגיח עליה' בהיותם
בעיר והיה מתפאר כל אחד
מהם על חבירו שהמלך ישגיח
עליו יותר ממה שישגיח על
זולתו ובדרך הקשתו כי הוא
מרומם המלך יותר מזולתו
והיה האד' הזה נכרי ולא היה
זוכר הליכת הדרך ולא ה

היה מבקש מי שילוה אותו
וכאשר הגיע עת הליכתו אמרו
לו אנשי העיר תדע כי אתה
מת בדרך הזה המסוכן מפני
שאין לך ים שילוה אותך אמר
להם ומי הוא המלוה אתכם
אמרו לו המלך שבקשנו ממנו
ושאלנו מאתו ללותינו מיום
היותינו בעיר הזאת ולא
ראינוך אתה שהיית שואל
על זה לעולם אמר להם
משוגעים ומי שהוא קורא
אותו בעת הבטחה הלא כל
שכן שיקוה בעת המגור אפילו
אם לא יפתח פיו בזה והוא
שעונהו בעת השלוה הלא ראוי
לו שיענהו יותר בעת הצרה
ואם אתם טוענים שהוא
משגיח עליכם בעבור שאתם
מרוממי' אותו היש בכם מי
שקבל לו עליו מה שקבלתי אני
ומי שמרומם אותו כמוני וסבל
מן הצער בעבור שמור מצותיו
מה שסבלתי ונזהר מן ה
הטומאה בעת זכרון שמו מה
שנזהרתי או מי שחלק כבוד
לשמו ולתורתו מה שחלקתי
וכל אשר עשיתי במצותו ו
ובלמדו ואתם מרוממים אותו
מתקשרה זסברא ואינו מאבד
שכרכם ואיך יעזבני בהליכתי
בעבור שלא הוצאתי הדבר
בפי כאשר עשיתם אתם מפני
שבטחתי בצדקו ׃ וזה הדמיון
אמנם הוא למי שהתעקש ולא
קבל דברי רבותינו ׃ ואם

res ab eo petens. Cùm itaque appropinquaret tempus diſceſſus ejus, dicunt ad eum cives illi; Scito te in itinere hoc periculoſo certò moriturum, quia neminem habes qui te ducat & comitetur; Ille regerit eis; Et quem vos habetis conductorem? Regem, ajunt illi, quem requiſivimus, & à quo petiimus ut nos comitetur, ex quo hanc urbem incolimus: Te non vidimus unquam tale quid petentem. Ille viciſsim, Amentes vos, inquit! Qui Regem invocavit tempore ſecuritatis, annon ille multo magis ſperabit ab eo auxilium tempore adverſitatis, licet hoc nomine ne os quidem ſuum aperuerit? Et qui ipſum exaudivit tempore tranquillo, annon illum quoque exaudiet tempore anguſtiæ? Et ſi vos inde argumentamini, quòd veſtri curam ſit geſſurus, quia ipſum extollitis; num inter vos vel unus eſt, qui in ſe receperit, quod ego recepi? qui eum exaltet ſicut ego? qui tantas anguſtias ſuſtinuerit propter obſervationem præceptorum ejus, quantas ego ſuſtinui? qui tam accuratè ſibi caverit à pollutione in commemoratione nominis ejus, ſicut ego? qui tantam gloriam Nomini & Legi ejus tribuerit, ſicut ego? Et quicquid ego feci, juxta præceptum & edictum ejus feci: vos verò exaltatis eum ſecundum rationem & opinionem veſtram; & tamen non perdit mercedem veſtram (*non privat vos omni mercede. Vide par. 1. §. 111.*); quomodo ergo deſereret me in propoſito meo itinere, quòd nullum hac de re verbum ipſi fecerim, ſicut vos feciſtis? Confiſus ſcilicet ſum Juſtitiæ ipſius. Atq; hęc ſimilitudo eſt pro eo, qui contumax & obſtinatus non recipit verba Rabbinorum noſtrorum.

Quod ſi verò non, (*ſc. non rejiciat ea, ſed recipiat verba Rabbinorum noſtrorum*) en, Preces noſtræ omnes plenæ ſunt mentione Vitæ æternæ: Verba item Rabbinorum noſtrorum, quæ acceperunt à Prophetis, plena ſunt deſcriptione horti Edenis (*Paradiſi*) & Gehennæ, quemadmodum explicavi tibi (*vide par.* 1. *§.* 115.). Atque ſic hactenus expoſui tibi, quid homo Sanctus hoc noſtro tempore faciat; qualem verò putas eum fuiſſe, qui fuit tempore proſperitatis noſtrę, in loco illo Divino, & in medio populi illius, quorum radix fuerunt Abraham, Iſaac & Jacob, quorumque illi fuerunt peculium, (*propagines genuinæ*)? Naturâ impreſſam habebant *majorum ſuorum* (*Abrahami & Saræ*) verecundiam, nulla erat iniquitas in linguis eorum, vir ſanctus inter eos purus erat, neque anima ejus inquinabatur à verbis obſcænis quæ audiebat, non adhærebat corpori & veſtimentis ejus Immunditia, non polluebatur à fluxu, vel menſtruo laborante fœmina, à reptilibus, mortuis, leprâ, & aliis; quia continuè hærebant in ſanctitate & puritate, inprimis illi, qui habitabant in urbe Majeſtatis Divinæ (*Hieroſolyma*), ubi nullos habebant obvios, niſi turmas virorum Sanctorum diverſas, veluti Sacerdotes, Levitas, Naſireos, Sapientes, Judices, Moderatores; aut certè videbant turbam populi feriantem & tripudiantem cum voce cantûs & gratiarum actionis tribus vicibus in anno: nil audiebant niſi Cantica Divina, nil videbant niſi Opus Domini; inprimis verò Sacerdotes & Levitæ viventes de pane Domini, & ſtantes (*miniſtrantes,*) in Domo Domini inde à pueritia ſua, ut Samuel, neque opus habebant quærere victum, ſed cultui Divino vacabant omnibus die-

לא הנה תפילותינו כלם מלאו׳
מזכר העולם הבא ודברי
רבותינו שקבלו מהנביאים מ
מהנגבלת גן עדן וגיהנם כאשר
בארתי לך : וכבר ספרתי לך
מה שעושה החסיד בזמננו
זה והיאך אתה סבור שהיה
בזמן ההצלחה ההוא ובמקום
האלהי ובתוך העם ההם
ששרשם אברהם יצחק ויעקב
והם סגלתם מטבעים על
הצניעות אנשים ונשים אין
עולה בלשונותם והחסיד
ביניהם מזדכך ואין נפשו מ
מתלכלכה בדברי הנבלה
שישמע אותם מהם ואין
נתלית בגופו ובבגדיו ט
טומא׳ זיבות ונדות ושרצים
ומתים וצרעת וזולת זה
בעבור שהיו דבקים בקדושה
ובטהרה וכל שכן מי שהיה
שוכן בעיר השכינה ואיננו
פגע כי אם כתות על מדרגות
הקדושה מכהנים ולוים
ונזירים וחכמים ושופטים
ושוטרים או יראה המון חוגג
בקול רנה ותודות בשלשה
פעמים ואיננו שומע כי אם
שיר ה׳ ולא רואה כי אם
מלאכת ה׳ וכל שכן אם יהיה
כהן או לוי יחיה מלחם ה׳
ועומד בבית ה׳ מנעוריו כ
כשמואל ואיננו צריך לבקשת
המחיה ומתעסק בעבודת ה׳

כל ימיו מה אתה סבור ב
במעשהו ובזכות נפשו ותקון
מעשיו :

כב אמר הכוזרי זאת מדרגת
התכלית אין אחריה כי אם
מדרג' המלאכים ובדין מקוים
לנבואה בכמות הקבול הזה כל
שכן עם המצא השכינה :
וכמו זאת תהיה העבודה שאין
צריך עמה לפרוש ולהנזר
ואני מבקש ממך עתה ש
שתבאר לי קצת ביאור במה
שאצלך בקראים כי אני רואה
אותם משתדלים בעבודה יותר
מהרבנים ואני שומע טענותם
יותר מכריעו' ויותר מפיקות
לפשט התורה :

bus diebus ſuis. Quid cenſes de hujuſmodi Virorum Operibus, Animæ puritate, & Actionum rectitudine?.

XXII. *Coſri*; Hic eſt gradus ultimus & perfectisſimus, poſt quem nullus ſupereſt, niſi Gradus Angelorum, & jure exſpectare poſſunt Prophetiam (*Prophetiæ donum, vel, Propheticum gradum*) qui ita ad eam recipiendam præparantur, maximè præſente Majeſtate Divinâ. Et cum tali Cultu non eſt neceſſe ſe ſeparare (*à mundo*) & in ſolitudinem recipere (*vide ſup. §. 1.*). Nunc verò peto à te, ut quædam mihi exponas de iis quæ habes de KARRÆIS. Video enim illos in Cultu Divino diligentiores & ferventiores eſſe RABBANITIS; animadverto etiam, illorum Rationes validiores eſſe, & Senſui literali Legis convenientiores.

NOTÆ.

Sciendum hîc, hodiè adhuc in duas ſectas vel duo genera Judæos eſſe diviſos. Prima *eſt* Rabbanitarum, *qui Hebraicè* רַבָּנִים, vel רַבָּנַאֵי, רַבָּנָאִים *dicuntur. Hi non tantùm Legem Moſis, cum Prophetarum ſcriptis, amplectuntur, ſed etiam conſtitutiones, traditiones, & expoſitiones Rabbinorum, quas in explicanda & obſervandâ Lege ſequuntur. Hi propago ſunt veterum* Phariſæorum, *qui ſic dicebantur à verbo* פָּרַשׁ *quod* Separare *ſignificat, quaſi* Separatos dicas, *primitùs ideò, quòd ſe à vitiis & prophanis hujus mundi moribus per ſanctimoniam vitæ, & ſeveram ac rigidam Legis obſervationem ſepararent*; poſtmodùm *ſuperſtitione invaleſcente, humilitate ſanctâ in faſtum & ſuperbiam converſâ, & ſanctimoniâ verâ totâ in externis ritibus, moribus & actionibus conſtitutâ, hoc Nomine ſe à cæteris hominibus de plebe, quos* עַם הָאָרֶץ Populum terræ *vocant, diſtinguebant, & omnes alios præ ſe ceu* καθάρματα *contemnebant, adeò ut non ſolùm ab illorum, ceu prophanorum & pollutorum, converſatione & convictu, ſed etiam omni contactu, abſtinerent. Unde Phariſæus ille in Evangelio* gratias agit, Deo, quòd non ſit ut reliqui homines &c. Lucæ 18. 11. *Hinc Johan.* 18. v. 28. non introiverunt Phariſæi in prætorium, ne pollucrentur. *Hinc* à foro & turba hominum promiſcuâ venientes, non edebant, niſi prius baptizati vel abluti fuerint, Mar. 7. 4. *quia nempe & Populum*

pulum terræ ipſum, & veſtimenta eorum pro immundis habebant, ut à contactu illorum pollui ſe crediderint. Hinc ſcribit Majemonides, in הלכות מטמאי משכב *cap. 10. §. 1.* עם הארץ אף על פי שהוא ישראל וישנו בתורה ובמצות הרי הוא ומרשב בחזקת טמא ובגדיו מדרס לטהרות ואם נגעו בגדיו באוכלין ובמשקין הרי הן טמאין וכו' : h. e. Populus terræ (*homo de plebe*), etiamſi is fuerit Iſraëlita, & ſtuduerit in Lege & Præceptis, habetur pro immundo, & veſtimenta ejus ſunt מדרס velut calceus immundus mundis: & ſi veſtes ejus contigerint eſculenta vel potulenta, fiunt immunda. Quid מִדְרָס ſit, explicat Majemonides citato Tractatu cap. 7. §. 1. Videatur & Lexicon Talmudicum in Radice דרס. *Sic legitur in Talmud Cholin fol. 35. 1.* בגדי עם הארץ מדרס לפרושין Veſtimenta populi terræ ſunt veluti pannus vel calceus hominis fluxu laborantis Phariſæis. *Arias Montanus ad Lucæ 11. 43. adducit pro Phariſæorum dogmate;* Populus Terræ (*i. e. ſeculares homines*) eſſe debent Scabellum pedum Phariſæorum; *ubi videtur* מדרס *explicare* Scabellum pedum. *Unde hanc expoſitionem habeat, ignoro. Hebræi aliter explicant. Imò tantam ſibi ſanctitatem & puritatem imaginabantur, ut Sputum quoq; ſuum ſanctum & purum haberent. Hinc ſcribit Majemonides in* הלכות שאר אבות הטומאות *cap. 13. §. 8.* כל הרוקין Omnia ſputa, quæ Hieroſolymis inveniuntur in medio viæ, ſuper illis decreverunt Sapientes, quòd ſint immunda, ſicut alia; וכל הרוקין הנמצאים בצדדין בירושלם טהורים שהפרושים חן שמהלכים בצדדים כדי שלא יתטמאו במגע עם הארץ At omnia ſputa quæ reperiuntur ad latera vel parietes Hieroſolymæ, munda ſunt: quia Phariſæi ire ſolent ad parietes & muros platearum, ne polluantur contactu populorum terræ (*hominum plebejorum*). *Sed hæc obiter. Porrò* Phariſæi *dicti videntur ſucceſſores aut æmuli fuiſſe* Chaſidæorum, *quorum mentio 1. Mach. 2. 42. & 7. 13. & 2. Mach. 14. 6. Hi à* Sanctitate, *quam profitebantur, dicti fuerunt* חֲסִידִים, *&* חֲסִידָאִים, *vel* חֲסִידָאֵי *quatenus Corpus & τάγμα aliquod conſtituerunt. Videntur orti fuiſſe, & ſic nominari cœpti poſt tempora Eſræ & Prophetarum. Aemuli illi creduntur fuiſſe, aut ſurculi* Diſcipulorum Prophetarum, *de quibus 2. Reg. 2. qui ſub Prophetarum ductu & auſpiciis, non tam Studio Theoretico, quàm Practico, & exercitiis pietatis & cultûs Divini videntur operam dediſſe. Hæc obiter occaſione* Rabbanitarum, *quorum meminit hîc Author. Qui plura de his deſiderat ſcire, adeat Joſephi Scaligeri Triheræſion contra Serarium, Druſium de tribus ſectis Judæorum, Lexicon noſtrum Talmudicum in* רב, *&* פרש. *Hîc enim non eſt locus ex profeſſo de his agendi. Altera Judæorum ſecta eſt* Karræorum, *Hebraice* קְרָאִים *quaſi* Scripturarios *dicas, qui rejectis omnibus Traditionibus, Conſtitutionibus, & Gloſſis Rabbinorum, ſoli literæ textus Scripturæ mordicùs adhærent, quam*

קָרָא Kara, *vel* מִקְרָא Mikra *vocant. Quidam volunt, illos totam Scripturam legere & recipere, alii, Legem tantùm Moſis. Et hoc poſterius ſcribit etiam Leo de Modena, in libello ſuo Italico De ritibus Hebraicis, parte 5. cap. 1. §. 1. Hinc jactant ſe veros obſervatores Legis Moſaicæ. Tales plures hodieq; ſunt Conſtantinopoli, Alkairi, & aliis locis Orientis, item in Ruſſia, ibiq; ſuas habent Synagogas & ſuos peculiares ritus. Judæis cæteris Rabbanitis valdè ſunt exoſi, eos habent pro hæreticis, nulla cum ipſis ineunt connubia, neq; ullum commercium, aut converſationem: quia non obſervant Leges & Statuta Rabbinorum de Gradibus conſanguinitatis in Conjugiis, Divortiis, & Purificationibus mulierum, De cibis vetitis & licitis. Imò licet quidam eorum ſe velint convertere, & Rabbanitæ fieri, nolunt eos admittere. Sunt propago veterum Sadducæorum, qui olim Immortalitatem animæ, & per conſequens etiam Reſurrectionem mortuorum, Infernum, & Paradiſum negarunt. Karræi autem hi videntes, illos his dogmatibus exoſos eſſe apud omnes Religiones, ea deſeruerunt, & in his articulis ſecum cæteris Judæis conformarunt. Karræis iſtis, poſt imminutam nonnihil Sadducæorum hæreſin, de novo originem dediſſe ferunt Ananem quendam cum Saule ejus filio, ut videre eſt in noſtro Authore §. 65. confirmante id R. Abraham ben Dior in Cabala Hiſtoricâ, cujus verba vide inf. ad §. 35. De his videantur etiam ſuprà laudati Authores, Scaliger & Druſius: Lexicon item Talmudicum in Radice* קרא, *Johannes Seldenus in Uxore Hebraica, cap. 3. 4. 5. 6. Ejuſdem Diſſertatio de Anno Civili & Calendario Veteris Eccleſiæ Judaicæ cap. 2. & ſeqq.*

Hactenus egit author de ratione vivendi Rabbanitarum religioſiorum: nunc ad petitionem Regis quædam refert de Karraitis, quos hoc potiſſimùm nomine redarguit, quòd Legem pro ſuo placito & libero arbitrio exponant, rejectis Traditionibus, ſine quibus Lex Dei perfectè nec intelligi, nec explicari, nec obſervari & impleri poſſit; eo quòd Præceptorum Divinorum circumſtantiæ & requiſita non omnia ſint in Lege ſcripta comprehenſa; & quæ illis deſunt, non ex humano arbitrio ſint implenda, ſed ſecundum doctrinam à Deo ipſo Moſi oraliter traditam, & ab ipſo pariter & eodem modo ad poſteros propagatam, &c.

כג אמר החבר הלא הקדמתי לך בדברי כי ההתחכמות והסברא בתור' איננו מביא אל רצון האלקי' ואם לא המשניים ואנשי הקדמות ובעלי הרוחניות והנעזרים בהרים ושורפי בניהם

XXIII. *Judæus*; Nonne in ſuperioribus jam præmiſi & expoſui tibi (*par.* 1. §. 79. & 98. & 2. 49.) quòd propria Sapientia & Opinio in Lege (*explicanda & obſervandâ*, Ἐθελοθρησκεία) non conciliet homini Benevolentiam Dei: ſecus enim illi, qui credunt duos Deos (*intelligere videtur Chriſtianos*), & Æternitatem Mundi, Artifices imaginum ſpiritualium (*Aſtrologi, Magi, vide &*

par. 1 *§.* 79.) Solitariam vitam agentes in montibus (*Eremitæ & Anachorétæ*), & Igni filios ſuos comburentes, quoque appropinquarent ad Deum (*per ſuum, quem præ ſe ferunt Zelum, quoq; & magis ad Deum accederent, & cum eo conjungerentur*). Jam verò diximus, non dari acceſſum ad Deum, niſi per præcepta Dei ipſius: Ipſe enim ſolus omnium optimè novit eorum menſuram, pondus, tempus, locum, & quæcunque recipienda (*neceſſaria*) ſunt ad perfectam præparationem, ut quis ſit Deo gratus, & Rei Divinæ adhæreat. Sic in Opere Tabernaculi de ſingulis ejus ſtructuris dicitur; *Et fecit Bezaleel Arcam*; *Et fecit propitiatorium*; *Et fecit aulæa*, & ſic ſingula reliqua, *Quemadmodum Dominus Moſi præceperat*, Exod. 39. ſine ulla ſc. additione & detractione, neque in illis operibus quicquam fuit cum noſtra ratione & opinione conveniens (vel, *quod ſecundum noſtram rationem & ſententiam fuiſſet factum*), unde concludit tandem; *Videns ergo Moſe univerſum opus, quòd prorſus feciſſent illud, quemadmodum præceperat Dominus, benedixit illis*, Ibid. ꝟ. 43. Abſoluto Tabernaculo, ſtatim ſubjungitur, *Majeſtatem Divinam reſediſſe ſuper eo*, (Exod. 40. 34.); quia ſcilicet omnia confecta & ad finem perducta erant duabus rebus, quæ ſunt Columnæ Legis; *prima* eſt, ut Lex ſit à Deo; *altera*, ut corde fideli acceptetur ab Eccleſia: Tabernaculum enim fuit ex præcepto Dei, & ejus Opus (*confectio*) fuit ab univerſo cœtu vel Eccleſia, ſicut dicitur; *Loquere ad filios Iſraël, ut accipiant mihi oblationem ab omni viro quem ſponte impulerit cor ejus*, Exod. 25. 2. liberrimâ ſc. voluntate. Hinc Abſolutionem ejus quoque ſtatim ſubſequutus eſt eventus exſpectatus, Majeſtas ſc. & Gloria Divina, ſi-

באש מתגדלים להתקרב אל
האלקים וכבר אמרנו שאין
מתקרבים אל האלקים כי אם
במצות האלקים עצמם בעבור
שהוא יודע שעורם ומשקלם
וזמנם ומקומותם ומה ש
שהוא תלוי באלה הקבלות
אשר בהשלמת' יהיה הרצון
והדביקה בענין האלקי כמו
שהיה במעשה המשכן אשר
אמר. בכל מלאכה ממנו ויעש
בצלאל את הארון ויעש כפרת
ויעש יריעות ובכל אחת מהם
כאשר צוה ה' את משה רוצה
לומר בלא תוספת ומגרעת
ואין בדבר מהמלאכות ההם מה
שהוא מסכים לדעתנו ו
ולסברתנו וחתם בה באמרו
וירא משה את כל המלאכה
והנה עשו כאשר צוה ה' כן
עשו ויברך אותם משה והיה
סמוך להשלמתו חול השכינה
מפני שנשלמו בשני הענינים
אשר הסה עמודי התורה
האחד מה שתהיה התורה
מאת האלקים והשני שתהיה
מקובלת בלב נאמן מהקהל :
והמשכן היה ממצות האלקים
והיה מעשהו מכל הקהל כמו
שנאמר מאת כל איש אשר
ידבנו לבו בתכלית החפץ ו
והרצון והתחייב השלמת· ה
התולדת שהיא השכינה כאשר
אמר ושכנתי בתוכם : וכבר

דמיתי לך ביצירת הצמח ו
והחיים ואמרתי כי הצורה
אשר בה יהיה עצם צמח
מבלתי צמח וחי מבלתי חי א
איננה מן הטבעי׳ אך מאת
האלהי׳ יתברך קוראים אותו
החכמי׳ טבע ואמת הוא כי
הטבעים מוזמנים לקבל ה
המעשה ההוא כפי ערכם
מהחום והקור והלחות והיובש
ויהיה זה תמר וזה גפן וזה סוס
וזה ארי והערכים ההם אין
אנו יכולים לשער אותם
ואילו היינו יכולים לשער א
אותם היינו יכולים לעשות
דם וחלב דרך משל ושכבת זרע
מלחות שנשער מזגיהם עד
שנוכל לברוא חיים שיחול
הרוח בהם או שנוכל לעשות
מה שיעמוד במקום הלחם
מדברים שאינם מן המזונות
בשערנו החום והלחות והקור
והיובש כל שכן אם נדע ה
הערכים הגלגליים ומעשיהם
העוזרים על דעת החוזים בכל
מה שרוצים להראותו בעולם
הזה וכבר ראינו חרפת כל
מי שהשתדל בהם מהדברים
האלה מבעלי הכמיא ובעלי
הרוחניות בעשות הדבורים
מבשר הבקר והיתושין מהיין

vina, ſicut dicitur; *Et facient mihi ſanctuarium, ut habitem in medio illorum*, Exod. 25. 8. Antea jam hujus rei ſimilitudinem tibi adduxi (*par. 1. à §. 69. uſq, ad 79.*) à creatione Plantarum & Animalium, & dixi; Formam, per quam Planta & Animal eſt id quod eſt, & non aliquid aliud, quàm Planta & Animal, non eſſe à Naturalibus (*veluti ab Elementis, vel Qualitatibus ex quibus conſtant*) ſed à Deo. Sapientes (*Philoſophi*) id vocant *Naturam*, quod aliquatenus verum; quia Naturæ eorum præparatæ (*aptæ*) ſunt ad recipiendam Actionem (*formam*) illam, per proportionem certam Caloris, Frigoris, Humiditatis & Siccitatis, quæ illis inſunt; ita ut hoc fiat Palma, aliud Vitis, aliud Equus, aliud Leo: Proportiones autem illas nos non poſſumus æſtimare (*proportionatè obſervare*). Quod ſi enim hoc poſſemus, poſſemus etiam facere ex. gr. Sanguinem, Lac, Semen genitale, ex humoribus, quorum temperationes vel mixtiones æſtimaremus; imò poſſemus creare Animalia Spiritum habentia, vel aliquid facere quod loco Panis eſſet, ex rebus quæ non habent alimentandi vim, menſurando exactè calorem, humiditatem, frigiditatem, & Siccitatem; maximè ſi ſciremus exactè proportiones corporum cœleſtium, & actionum (*operationum*) illorum, quæ, ex ſententia Aſtrologorum, juvant quicquid illi volunt (*extraordinarii, & curſum ac conſuetudinem naturalem excedentis*) oſtendere, vel apparère facere. Etenim videmus, quàm turpiter ſe ludibrio exponant omnes illi, qui talia tentarunt, veluti ſunt Chymici vel Alchymiſtæ, & Artifices imaginum ac figurarum ſpiritualium (*quorum illi conantur Subſtantias metallorum in alias permutare; hi Imagines ſpiritu deſtitutas ſpirituales efficere*), qui idem ſe effecturos putant, quod fit dum (*per*

Calorem naturalem) ex Carne bovis fiunt Apes, & ex Vino Muſcæ. Hoc enim habent & invenerunt non ex judicio & Sapientia ſua, ſed ex Experientia, (*cauſam ignorantes. Vide hu ſimilia apud Averróem, ad Metaph. Ariſt. Lib.* 12. *Num.* 18.). Quemadmodum ex eadem invenerunt, quod ex concubitu naſcatur proles, cùm tamen homo non plus ad eam conferat quàm is, qui ſemen conjicit in terram idoneam ad illud recipiendum & fœcundandùm ; Quod attinet ad menſuram proportionum debitarum & requiſitarum ad formam humanam, illa non eſt aliunde, quàm à Creatore, Deo benedicto. Sic Populus ille vivus, qui idoneus & dignus eſt ut Res Divina in eo habitet, non habet id niſi à ſolo Deo, & ab Ipſo audire oportet menſuram & proportionem (*quâ quis idoneus ſit ad eam recipiendam*) neque Sapientiam ſuam propriam homo cum Verbo ejus debet conjungere (vel, *in illud inferre*), ſicut dicitur ; *Non eſt Sapientia, neq; prudentia, neq; conſilium, contra Dominum,* Prov. 21. 30. Quâ ratione ergo putas excogitari poſſe aliquam ſolertiam, quâ asſimilemur Patribus noſtris, ut inſiſtamus veſtigiis illorum; nec tamen ſapientiam noſtram, & ſenſus noſtros proprios, inferamus in Legem ?

כי זה אינגו משעור' וחכמתם אבל הוא מנסיונות שמצאום כאשר מצאו המשגל יהיה ממנו הולד ואין לאדם בה יותר מהנחת הזרע באדמה שהיא מזומנת לקבולו ולהצלחתו בה : ושעור הערכים שראויה להם הצורה האנושית איננו כי אם ליוצרה יתברך : וכן האומה החיה הראויה לחול הענין האלקי בינה איננו כי אם לאלקים לבדו וצריך לשמוע אותו השעור והערך ממנו ואל יתחכם אדם עם דברו כמו שאמר אין חכמה ואין תבונה ואין עצה לנגד ה' ואיך אתה רואה התחבולה שנתדמה לאבותינו ללכת אחריהם ולא נתחכם אנחנו בתורה :

N O T Æ.

Hoc paragrapho contra Karraitas arguit, non poſſe cultum Deo gratum eſſe, niſi fiat eo modo quo Deus ipſe coli vult. Hoc verò haberi ex ſolâ revelatione Divina, nequaquam verò ex acumine Sapientiæ aut Rationis humanæ. Cùm ergo hodiè Revelationibus iſtis deſtituantur Rabbanitæ ; quærit Judæus ex Coſri, quomodo ſcire poſſint modum & rationem illam colendi Deum, quâ utuntur, à Deo eſſe profectum, ac proinde eos eodem modo Deo ſervire, ut Patres ipſorum, qui illum immediatè à Deo acceperunt ?

XXIV. *Coſri* ; Hoc fieri non poteſt, niſi per translationem ſeu propagationem Verborum, una cum Praxi & Operibus illorum (*ut ſc. ſciamus modum & rationem, ſecundum quam illi Præcepta Divina obſervarunt*) ;

כד אמר הכוזרי אי אפשר לזה אלא בהעתקת דבריהם וסמך מעשיהם אם ימצא מי

שיאמין בזה מרבים אחרי רבים שלא יעבור על כמותם ה
ההסכמה מקבלת התורה
ותולדותיה ופירושיה מ
ממשה ברורה בלבבות או
בספרים :

varunt); ſc. ut exiſtant, quibus credi poſſit, quòd illi à multis poſt multos (*ſine interruptione*), de quibus, propter illorum multitudinem, non poteſt eſſe conſenſûs (vel, *conſpirationis*) alicujus ſuſpicio, acceperint per Traditionem continuam & certam, Legem, ejus Conſectaria, & Explicationes, inde à Moſe, vel in Cordibus, vel in Libris.

NOTA.

Summa reſponſi eſt; hoc non aliter haberi poſſe, quàm per propagationem & Traditionem certam, quæ per homines fidos & omni exceptione majores ad eos devenerit inde à Moſe, qui immediatè illam à Deo accepit; idq; vel Oraliter vel per Scripturam & Librum.

כה אמר החבר ומה תאמר
אם ימצא חלוף בספר אחד
או בשנים ושלשה :

XXV. *Judæus*; Quid verò dicis, ſi aliquando reperiatur varietas (*lectionis*) in libro uno, duobus, vel tribus?

NOTA.

Hic jam Judæus ipſe Objectionem movet, quomodo in libris inde à Moſe propagatis certitudo haberi poſſit, ubi Librorum lectio variat? Porrò de hujus & ſequentium Paragraphorum ſenſu, uſque ad 33. eorumq́; Παρερμηνεία, conſulat Lector Tractatum noſtrum de Punctis par. 1. cap. 3. pag. 26. 27. & ſeqq. Item pag. 84. & Anticriticam par. 1. cap. 19. pag. 336. & ſeqq.

כו אמר הכוזרי יעינו ברוב
הספרים כי הרבים לא יעבור
עליה הכזב ויניחו היחידים
וכן במעתיקי' כשיחלקו ה
המיעוט ישובו לדעת ת
הרוב :

XXVI. *Coſri*; Attendent ad majorem partem exemplarium, quia in plura (*exemplaria*) non facilè poteſt irrepere mendacium (*falſa lectio*), & relinquent exemplaria ſingularia (*pauciora*): ſic quando Interpretes variant & diſſentiunt, minor pars accedet ad ſententiam plurium.

כז אמר החבר ומה תאמר
באות שתמצ' בספרים בחלוף
ההקשה כמו צדו צעדינו ה
התראה שהוא צרו ואשר לא
נשא לשוא נפשי ישיבוהו נ
נפשו חולת זה שלא נוכל
לספרם :

XXVII. *Judæus*; Quid porrò dicis de Literis quibuſdam, quæ aliquàndo in libris variant præter rationem noſtram; ut; צָדוּ צְעָדֵינוּ *Venati ſunt greſſus noſtros*, Thren. 4. 18. ubi videtur legendum צָרוּ (*per Reſch*): Item וַאֲשֶׁר לֹא נָשָׂא לַשָּׁוְא נַפְשִׁי *Et qui non ſuſtulit ad vanitatem animam meam*, quod ſcripſerunt (*in textu*) נַפְשׁוֹ Pſal. 24. 4. & alia plura innumera? (*an*, vult dicere, *putas, hæc & ſimilia, in libris corrigenda eſſe ſecundum rationem & opinionem noſtram?*)

XXVIII. *Coſri*; Si Rationi relinquatur dominium ſuper hæc, & ſimilia, mutabit illa mox libros omnes, & *primò* quidem in Literis, *tùm* in Dictionibus, *exinde* in Compoſitionibus (*vocum, h. e. periodis & ſententiis integris*), *dehinc* in punctatione, & *deniq;* etiam in Accentibus; ſicque mutabitur ſenſus plurimorum locorum. Ecquot enim verſus ſunt, quorum ſenſum homo poteſt facilè detorquere in contrarium, ſi vel in una harum traditionum (*harum rerum per traditionem acceptarum*) aliquid immutet, nedum in omnibus?

XXIX. *Judæus*; Quomodo verò exiſtimas reliquiſſe Moſen Librum Legis ſuæ filiis Iſraëlis?

XXX. *Coſri*; Sine dubio fuit Liber ſimplex, & nudus, abſque Vocalibus & Accentibus, quemadmodum hodiè videmus Libros Legis (*in Synagógis*); quia aliâs fieri non poſſet, ut omnes (*in Libris Legis hodiè ſine punctis ſcribendis*) ita conſtanter conſentirent; quemadmodum fieri non poſſet, ut de Pane infermentato in Paſchate, & reliquis ejus ritibus, quæ ſunt *μνημόσυνα* Exitus ex Ægypto, quibus in animis Iſraëlitarum Veritas Exitus illius, per actiones illas continuas, confirmatur; ut, inquam, de illis conſentirent, & inter ſe convenirent, nemine diſſentiente, vel impediente (*niſi per traditionem continuam inde à Moſe hoc haberent.*)

XXXI. *Judæus*; Abſque dubio fuit cuſtoditum in cordibus (*animo, ſeu memoriâ illorum*) de Pathach, Kametz, Chirek, Schevâ (*de punctis, quibus ſingula voces ſint efferenda*), & Accentibus; in corde, inquam, *Sacerdotum*, eò quòd illi his opus haberent ad peragendum cultum ſuum, & docendum Iſraëlem; in corde *Regum*, quia illis præceptum erat librum Legis diligen[ter] legere, ſicut dicitur;

כח אמר הכוזרי אם תשלוט ההקשה על אלה והדומה להם תשנה הספרים כלם באותיות תחלה ואחר כן במלות ואחר כן בחבורים ואחר כן בנקוד ואחר כן בטעמים וישתנו ה הענינים וכמה פסוקי' יכול האדם להעתיק ענייהם אל הפכם בהעתקת אחד מאלה המסורות כל שכן כלם ׃

כט אמר החבר ואיך תחשוב שהניח משה ספר תורתו אל בני ישראל ׃

ל אמר הכוזרי מבלי ספק שהיה ספר פשוט מאין נקוד וטעמים כאשר אנחנו רואים ספר תורה היום שאי אפשר שיסכימו עליה' בהמון כמו שאי אפשר שיסכימו על המצה בפסח ושאר תורותיו שהם זכר ליציאת מצרי' שמתישבת בנפשות ישראל אמתת יציאת מצרים במעשים ההם המתמידי' שאי אפשר להסכי' עליהם בשנה מהשנים מבלתי ש שלא יהיה עליהם מוחה ׃

לא אמר החבר מבלי ספק שהיה שמור בלבבו' בפתחא והקמץ והשבר והנטייה ו והשבא והטעמים בלב הכהנים מפני צרכם לעבודה ולהורות את בני ישראל ובלב המלכים

Et erit

מפני שנצטוו והיתה עמו וקרא בו כל ימי חייו : ובלב ה השופטים מפני צרכם אליהם בדיניהם : ובלב הסנהדרים מפני צרכם אליהם במה שכתוב ושמרתם ועשיתם כי היא חכמתכם ובינתכ' : ובלב החסידים כדי לקבל שכר : ובלב אנשי החונף להתגדר בהם ושמו שבע המלכים והטעמים אותות לתכונות החם אשר העתיקום בקבלה ממשה ומה תחשוב על אשר תקנו המקרא בפסוקים תחלת ואחר כן בנקוד ואחר כן ב במסורות על שמירת המלא והחסר עד אשר מנו אותיותיה וביררו כי וו דגחון חצי התורה ושמירת כל נכרי מקמץ ופתח וצרי וסגול יוצא מן ההקשה התראה שמעשיהם בזה לריק ולבטלה או השתדלות בדברי חובה :

לב אמר הכוזרי אבל ה השתדלות בדבר חובה עם שמירת התור' שלא יהיה דרך לשנותה עם החכמה המופלאה כי נראה מקביעו' הנקוד והטעמי' סדר שלא יהיה אלא מחכמה נעזרת איננה מערך חכמתינו בשום פנים ולא יתכן שיהיה מקובל אצל ההמון

Et erit liber Legis cum eo (Rege), *& leget in eo omnibus diebus vitæ ſuæ*, Deuteron. 17.19; in corde *Judicum*; quòd illi eo indigerent in judiciis; in corde *Synedrorum*; quòd & illi his opus haberent, juxta id quod ſcriptum eſt; *Cuſtodite ergo, & facite, quia hæc eſt ſapientia veſtra, & intelligentia veſtra, in oculis populorum*, Deut. 4.6; in corde *Sanctorum quorundam*, ut acciperent mercedem; in corde denique *Hypocritarum*, ut de iis gloriarentur. Deinceps autem conſtituerunt (*Eſras ſc. & viri Synagogæ magnæ*) Septem Reges, (*Vocales, vide Moſnájim Aben Eſra, fol.* 197. 6.) & Accentus, in Signa valoribus & poteſtatibus illis, quas per Kabalam acceperunt à Moſe. Quid verò videtur tibi de eo, quòd Scripturam etiam illuſtrarunt, (ſeu, *exornarunt*); primò quidem per Verſus, deinde per Punctationem, tùm per Accentus, denique per Masóras, ſeu, criticas obſervationes de vocibus plenè vel defectivè ſcribendis, couſque ut etiam numerarint ejus Literas, & notarint, quòd ו in גחון media ſit litera Legis; de iis item quæ ἀνωμάλως & irregulariter cum Pathach, vel Kametz, vel Tzere, vel Sægol, (*vel aliis punctis*) præter rationem ſcribuntur; Num tibi videtur, quòd hæc illorum opera fuerit vana & fruſtranea, an verò cura & ſtudium circa rem debitam & neceſſariam?

XXXII. *Coſri*; Imò videtur mihi occupatio fuiſſe circa rem utilem & neceſſariam, conjuncta cum cuſtodia Legis, ne ullâ ratione ea immutari poſſet, & Sapientiâ admirabili. Nam ex appoſitione illa Punctorum & Accentuum apparet & elucet ordo, qui non poteſt proficiſci niſi à Sapientia adjutâ (*divinitùs, & extraordinario Sp.S. auxilio, qualis fuit in Eſra, & reliquis viris Synagogæ magnæ*) quæ longè alia ſit, quàm Sa-

אלא

pientia noſtra, nec ullo modo cum ea comparanda: neq; à vulgo vel promiſcua multitudine hæc fuiſſent acceptata, niſi vel à pluribus acceptis (*approbatis, fide dignis, & omni exceptione majoribus*) vel ab uno aliquo tali; Non autem veroſimile eſt, vulgum ab Uno hæc acceptura fuiſſe, niſi fuiſſet Propheta, vel adjutus & inſtructus Re Divinâ (*à Spiritu Sancto actus*): nam contra alium, qui non inſtructus eſt re divinâ, facilè argumentabitur alius, Sapientiâ ipſi non inferior, ſe tantundem facturum ac ipſe.

XXXIII. *Judaus*; Si ita ſe habeat Cabala (*traditio oralis*), nos & Karraitæ tenemur de ea (*admittendâ*); imò unusquiſque qui fatetur, Legem iſtam, quæ hac formâ extat (*in Libris Legis ſine punctis & accentibus ſcriptis*), vocari Legem Moſis (*hi enim fateri coguntur, puncta & accentus, Legi illi addenda, in animis fuiſſe cuſtodita, & per Cabalam, ſeu, traditionem oralem inde à Moſe propagata, donec per alios fide dignos figuris expreſſa fuerunt*).

XXXIV. Hæc quidem etiam dicent Karræi (*admittent quod dixiſti, de neceſſitate Cabalæ ſeu traditionum Punctorum & Accentuum, ad legendum librum Legis*); ſed poſteaquam jam inveniunt & habent Legem perfectam (*punctis & accentibus notatam*) negabunt, ſe ulteriore Cabalâ opus habere (*ad explicationem rerum*)!

XXXV. *Judaus*; Si ad iſtius libri Moſis, nudè ſine punctis & accentibus olim ſcripti, Voces & verba, tantâ turbâ Traditionum opus habemus, Punctorum ſc. Accentuum, Diſtinctionum verſuum, & aliarum obſervationum, quanto magis illis opus habebimus ad intellectum Rerum, & in expoſitione ejus? Res enim latiùs patent, quàm Verba & voces. An putas, Ex. Gr. quando eis dixit Moſes, *Menſis hic erit vobis principium menſium, primus erit vobis in menſibus anni*, Exod. 12. 2. populum non fuiſſe dubium, an velit dicere (*an intelligat*) Menſes Ægyptiorum

אלא מרבים רצוים או מיחיד רצוי ולא יתכן שיקבל ההמון מיחיד אלא אם יהיה נביא או נעזר בענין האלהי כי החכם שאיננו נעזר טוען מי שהוא קרוב לו בחכמתו שיעשה כמעשהו ׃

לג אמר החבר אם כן ה הקבלה אנחנו והקראין חייבין בה וכל מי שיודה כי התורה הזאת הנמצאת על התכונה הזאת היא נקראת תורת משה ׃

לד אמר הכוזרי כן אומרים הקראים אבל אחר שמצאו התורה שלימה אינם צריכים אל הקבלה ׃

לה אמר החבר והנה זה ספר משה הפשוט הצרכנו במלותיו ובדבור בו אל כמה כתות מן הקבלה מן הנקוד ומטעם ומפסק וממסורת על אחת כמה וכמה אנו צריכים בעניניו ופירושיו כי הענין רחב מן המלות מלותהתראה כאשר אמר להם החדש הזה לכם ראש חדשים על הדמיון לא נסתפק העם אם רוצה לומר חדשי המצרים

שהיו ביניהם או חדשי הכשדים
שהיו עם אברהם באור כשדים
או רצה חדשי השמש או חדשי
הירח או שני הירח בתחבולות
יסכימם עם שני השמש כאשר
בחכמת העבור הייתי רוצה
שישיבוני הקראים תשובה
מספקת על זה והדומה לו :
ואשוב לדעתם כי רצוני ל
להשתדל שישיבוני תשוב'
מספקת כאשר אשאלם על מה
שיתיר החי לאכול ומה ענין
הזביחה ושמא היא נחירה או
הרג כאשר יזדמן ולמה נאסרו
זבחי גוים ומה הוא שיש בין
זבחו והפשטו ושאר מלאכתו
והייתי רוצה שיבאר לי החלב
האסור והוא דבק עם המותר
במעים והקיבה וזולת זה
מנקור הבשר וימסור אלי
הגדר שבין המותר והאסור כדי
שלא אחלק בו עם חברי וכן
האליה האסורה אצלם היש
לה גדר ושמא האחד יסיר קצת
הזנב ואחד יסיר הכף כמו ש
שהוא ; והייתי רוצה שיבאר
לי העוף הטהור מן הטמא זולת
המפורסמים ורצה לומר כן

Ægyptiorum inter quos vixerant! an menſes Chaldæorum, qui in uſu fuerunt tempore Abrahami, cùm in Ur Chaldæorum eſſet! an menſes Solares, aut Lunares! an Annos Lunares, certis artibus cum Solaribus conciliatos, ut ex ſcientia Intercalationis conſtat! Ad hoc, & ſimilia, velim Karræos mihi reſponſionem ſufficientem dare. Itaque, ut ad Karræos revertar, *& ulteriùs eos urgeam*, velim, inquam, illos mihi reſpondere ſufficienter, ſi quæram ex illis, Quâ ratione beſtiæ ad comedendum ſint licitæ? & quâ ratione Mactatio (זְבִיחָה) ſit perficienda (*ut beſtia ſit licita, quando dicitur,* וְזָבַחְתָּ Et mactabis, *ut Deuter.* 27. 6. *&c.*)? an per נְחִירָה narium diſciſſionem (*vide Lexicon Talmud. in* נחר), aut quavis occiſione, quomodocunque factâ! cur prohibitæ ſint mactationes Gentilium (2. *editio habet* ארמ"ים Aramæorum, *eodem ſenſu*)? quæ item ſit differentia inter Mactationem ejus (*Gentilis, quæ prohibita*), & ejus Excoriationem, & reliqua opera (i. e. *Cur Mactatio Gentilis ſit prohibita, non verò ejus Excoriatio, & alia quædam opera?*) dicant mihi rationem, cur Adeps ſit prohibitus, qui proximè adhæret Pinguedini, quæ licita; in Inteſtinis, ventriculo, & aliis locis carnoſis curioſè perquirendis (*ad ſeparandum ab illis omnem adipem*)? Definiant item differentiam quæ hîc eſt inter licitum & vetitum, ut ego cum ſociis meis non contradicam! Sic cùm Cauda ipſis ſit prohibita (*quæ nullum habet adipem, qui prohibitus, ſed pinguedinem, quæ licita. vide Lev.* 3. 9. *&* 7. 3. *&c. & ad hæc loca R. Moſen Nachmanidem contra Karræos, quos Sadduceos vocat, diſputantem, ubi etiam differentiam tradit, quæ eſt inter Adipem, & Pinguedinem*), an definire poſſunt quouſque ſit prohibita? fortaſſis unus auferet partem caudæ, alius acetabulum totum. Explicent mihi differentiæ rationem inter Aves mundas & immundas,

יונה או תור ומאין הוא אומר שאין התרנגולת והאווז ו והקורא ואלברכיה מהטמאים: והייתי רוצה שיתן לי גבול אל יצא איש ממקומו ביום השבת אם הוא ביתו או חצרו או רשותו אם יהיה לו חצרים רבים או מבואו או שכונתו או מדינתו או מגרש עירו אחר שתיבת מקום סובלת זה ויותר מזה: והייתי רוצה שיראה לי גדר המלאכה האסורה בשבת ומה הוא המונע מהקולמוס והקסת להגיה התור' והתיר לו לטלטל הספר הגדול והשולחן ושאר ה המאכלים וסעודת האורחים ולטרוח בכל מה שיטרח האדם לאורחיו והם במנוחה והוא ביגיעה ויותר מזה עבדיו ונשיו וכבר נאמר למען ינוח עבדך ואמתך כמוך: ולמה נאסרה רכיבת בהמות הגוים בשבת ולמה זה נאסרה הסחורה: והייתי רוצה שידין בין כל שני בעלי דינין מסדר ואלה ה המשפטים וכי תצא: והפשוט שבתורה הוא סתום כל שכן הסתו' כי לא היו סומכים אלא על התורה שבעל פה: והייתי

exceptis illis de quibus conſtat, (*ex Lege*) veluti, Columbâ & Turture (*quæ legitimæ erant pro oblationibus, & proinde mundas eſſe conſtat*) ' unde item habeant, quod dicunt, Gallinam, Anſerem, Perdicem, & Anatem (*Hebr.* אלברכיה. *Muſcatus ſcribit ſe neſcire quid ſit. Schindlerus inter voces Arabicas ponit* בראכה Boraca, *Anas, Fulica, Querquedula*), eſſe ex immundis! (*cùm Lex de horum munditie vel immunditie nihil tradat*) Sic, ubi dicitur; *Non egredietur quiſquam è loco ſuo, die ſeptimo,* Exod. 16. 29. velim ut mihi indicent terminum (*hujus prohibitionis*); an (*per Locum*) intelligatur cujuſque Domus! an conclave! an Quicquid ſub ejus eſt poteſtate, ſi atria habeat plura! an porticus, aut vicus, aut urbs, aut ſuburbium civitatis ejus! cùm hæc dictio iſta omnia, & plura, ſignificare poſſit! Definiant mihi Opera Sabbatho prohibita, eorumque rationem; Cur prohibitum ſit ipſis (*Sabbatho*) calamo & atramento corrigere Librum Legis, & permiſſum, transferre Librum magnum ab uno loco in alium (*veluti Librum eundem Legis*), Menſam, Cibos, Prandium inſtruere pro Viatoribus, atque adeò laborare & defatigare ſe quantum homo poteſt, in gratiam viatorum ſeu hoſpitum ſuorum; ita ut illi ſint quieti, ipſe verò, imò (quod magis) ſervi etiam & uxores ejus occupati ac in labore, cùm tamen dictum ſit; *Ut quieſcat ſervus tuus, & ancilla tua, ſicut tu?* Quare prohibitum ſit vehi jumentis gentilium (*Chriſtianorum, & aliorum*) in Sabbatho? quare prohibita mercatura? Velim ex ipſis audire, quomodo ex Paraſchâ אלה המשפטים, & כי תצא velint elicere judicia & ſententias, de omnibus partibus litigantibus? Si ea, quæ explicata habentur in Lege, ſunt occulta, quanto magis occulta ipſa? quia non fundantur niſi in Lege orali. Velim ut mihi oſtendant Jura & Judicia

omnium

רוצה שאראה דיניו ומשפטיו בכל הירושות מפרשת בנות צלפחד או איכות המילה והציצית והסוכה ׃ ויבאר לי מאין הוא חייב בתפלה לאל ׃ ומאין הוא מאמין שיש בית מועד לכל חי וגמול ועונש אחר המיתה ׃ ואיך הם דנין במצות הדוחות זו את זו כמילה עם השבת או הפסח עם השבת מי נדחה מפני מי וזולת זה ממה שיארך ספור כלליו כל שכן פרטיו השמעת מלך כוזר על חבור הקראים בדבר ממה שזכרתי לך בסמך או בקבלה שאין בו ביניהם מחלוקת במסורת או בנקוד או בטעמים או מאסור והיתר או מדינין ׃

omnium Hęreditatum ex capite 36. Numer. in quo agitur de filiabus Tzelophchad; item Rationem & modum Circumciſionis, Tzizis, & Tabernaculorum! Exponant mihi, unde illi teneantur de Precibus ad Deum faciendis? Unde habeant quòd certus ſit Locus conventûs omnium viventium, ut illi credunt (*Mundus, ſeu Concilium animarum in Paradiſo & Inferno, vide par.* 1. *§.* 1. 5.) Retributio item, & Pœna, poſt mortem! Quomodo judicent in Præceptis, quorum unum pellit alterum; veluti ſunt Circumciſio & Sabbathum; item, Paſcha & Sabbathum (*ſi concurrant, & coincidant*)! Quodnam horum pellatur propter alterum? & alia, quæ recenſére jam nimis longum foret vel in genere, nedū omnia particularia perſequi. [1.] An audiviſti unquam, Rex Coſar, de Libro aliquo Karræorum his de rebus ſcripto, de quibus egi hactenus, in quo ſe fundent ſeu Authoritate præcellentis alicujus Sapientis Viri, ſeu in Cabalâ aut Traditione aliquâ antiquâ (*ac fidâ & authenticâ*) citra diſſenſionem inter ipſos, vel circa Maſóras, vel circa Punctationem, vel circa Accentus, vel circa Vetita & Licita, vel circa Judicia? (*Ex his varia licet colligere dogmata Karræorum.*)

NOTA.

[1.] *Libros aliquos Karræorum hactenus nullos mihi videre licuit. Seldenus duorū meminit, quorum copia ipſi ſit facta; Eorum* unus eſt שער יהודה Porta Jehudę, *agens præcipuè de Inceſtibus, ſeu conjugiis prohibitis; impreſſus Conſtantinopoli, Anno juxta calculum Judaicum* 5322. *Chriſtianorum* 1582*:* Alter Manuſcriptus *cujus Author Rabbi Elias ben Moſe, Candienſis vel Cretenſis. In eo dicit agi,* I. *de Temporibus, ut putà de Die & Nocte, Septimanâ, Menſe, Anno:* II. *de Sabbatho:* III. *De Paſchate:* IV. *De feſtivitate Paſchali:* V. *De ea quæ eſt Septimanarum:* VI. *De Inceſtu ſeu concubitu illicito. Inter Doctores eorum primos & præcipuos, quos jactant, nominantur infra §.* 38. Ananias, Binjamin, & Saul. *De hoc* Anania & Saule *ſcribit Abraham ben Dior, Hiſpanus, in Cabbala ſua Hiſtoricâ, mihi fol.* 31. 2. *illos floruiſſe tempore R. Jehudæ Gaonei, circa Annum* 4520. Hujus, *inquit*, R. Jehudæ temporibus fuit Anan & Saul filius ejus, (ש"ר Nomen impiorum putreſcat). Anan iſte fuit ex בית צור Beth-Tzur, & ab initio quidem fuit Diſcipulus Sapientum (*h.e. Rab-*

(*h.e. Rabbinorum*) Quia verò in eo deprehenderunt שמץ פסול nonnihil profani, heterodoxi, ideò non promotus fuit in Gaonæum (*Gaonai erant certa ſpecies Doctorum, qui poſt Amorreos & Sebburæos, adeoq́, poſt completam Gemáram floruerunt. Vide Lexicon Talmud. in Radice* גאר) neque etiam Deus voluit ut fieret ראש גלות Caput captivitatis, Æchmalotarcha. Itaque zelus & ægritudo animi ejus ejecit lutum, & ſurrexit ad ſeducendum & abſtrahendum populum à Traditionibus Sapientum, quas ex ore Prophetarum acceperant, teſtes fideles & veraces à veracibus, & factus eſt זקן ממרא Senex rebellis (*quis per hunc intelligatur, vide in Lexico Talmudico pag.* 1253.) ſe opponendo domui Judicii, neque judicibus ſe ſubmittendo: Compoſuit in hunc finem libros, aſcivit ſibi diſcipulos, & commentus eſt ex corde ſuo ſtatuta non bona. Nam poſt vaſtationem diminuti & debilitati fuerunt המינים Hæretici (*Sadducæi*) donec iſte Anan ſurgeret, & de novo eos confirmaret. *Hucusq́, ille. Idem traditur in Tzemach David par.* 1. *fol.* 50. *col.* 1. *Seldenus in Uxore Hebraica cap.* 3. *ſcribit, in libro* שער יהודה *alios etiam quoſdam illius ſectæ Scriptores priſcos nominari, veluti* R. Japhet, & Levi ejus filium, Joſeph Karkeſanium, Sahet Sacerdotem, David Principem, Selomo ben Jerucham, Benjamin ben Moſe; *& dici*, quamplurimos ejuſdem generis alios extitiſſe, qui Arabicè plerique ſcripſerint: Quin & in Ægypto multos eorum libros à ſe viſos, teſtari illum R. Jehudam Poki, & à primariis illius ſectæ didiciſſe, ex una illius ſectæ ſocietatis Synagoga, propè trecenta illiuſmodi Scriptorum volumina à prædatoribus olim eſſe direpta. *Cæterùm præter citatos à Seldeno libros Karraitarum, extant*; אדרת אליהו Pallium Eliæ, *agens de ritibus Karræorum, editus Conſtantinopoli, apud Gerſon ben Moſe, anno undecimo Solymanni Imperatoris, in fol. hoc titulo*, ספר המצות הנקרא אדרת אליהו. *Item* עץ חיים *R. Aharonis Karraitæ, De Articulis fidei. Item*, מורה אהרן More Aharon, *ejuſdem authoris, continens refutationem nugarum Talmudicarum.*

XXXVI. *Coſri*; Nihil tale unquam vidi nec audivi. Video tamen eos hoc magno ſtudio & conatu agentes (*magno zelo duci. Vide ſup. §.* 22.)!

XXXVII. *Judæus*; Hoc verò eſt quod tibi dixi de propria Sapientia & Opinione. Qui enim ſibi ipſis ex ſua ſapientia fingunt cultum Divinum & Idololatricum, eos videmus

לו אמר הכוזרי לא ראיתי
ולא שמעתי אבל אני רואה
אותם משתדלים בכל כחם ׃
לז אמר החבר זה ממה
שאמרתי לך מההתחכמות
והסברא והמתחכמים בעבודה
למלאכת השמי׳ יראה שהם
יותר משתדלים מעושי מ

מלאכת ה' המצווים עליה מפני שאלה במנוחה במה שקבלו ממלאכת ה' ובטחה נפשם כהולך בעיר שלא הזדמנו למחלוקת חולק ׃ ואלה כהולך במדבר אינני יודע מה יפגע והוא מזדמן בשלחים חלוץ למלחמ' ומלומד בה ׃ ואל ישיאך מה שאתה רואה מהשתדלותם ואל יעצלך מת שאת' רואה מרפיון המקבלים ר״ל הרבנים כי אלה בקשו מבצרים להבצר בהם ואלה שוכנים על ערשותם בעיר קדומה ובצורה ׃

לח אמר הכוזרי כל מה ש שאמרת בדין הוא כי התור' הזהירה על תורה אחת ומשפט אחד והקראים כפי סברת' ירבו התורו' כפי סברת' כל אחד מהם ועוד כי האחד לא יעמוד על תורה אחת כי בכל יום תתחדש לו דעת ותוסיף דעתו ויפגע מי שישיבהו בטענה וצריך שיעתק בהעתקת דעתו ואם נמצאם מסכימים נדע כי הם מקובלים מאחד או מרבים שקדמום ומן הדין שנכפור עליהם ההסכמה ׃ ונאמר להם איך הסכמתם במצוה פלונית והדעת מכרעת בה אל פנים רבים ואם אמרו כן היתה דעת

demus longè ferventiori zelo præditos, quàm qui peragunt opus Domini, (*qui verum Dei cultum habent*) ſibi à Deo præceptum. Hi namque acquieſcunt in eo quod de Opere Dei peragendo acceperunt, & ſecura eſt anima illorum (*in eo quod per Traditionem acceperunt*), inſtar ejus qui in Urbe ambulat, ubi nemo ipſi controverſiam movet: Illi autem ſimiles ſunt iter facienti per deſertum, ubi neſcit quid ſibi ſit occurſurum vel eventurum, & proin ſeſe inſtruit telis & gladiis, paratus ad bellum, & exercens ſe in eo. Neque te ſeducat horum zelus quem præ ſe ferunt, neque ſegniorem te reddat Remiſſio & negligentia Cabalam acceptantium, h. e. Rabbanitarum. Illi enim (*Karaitæ*) quærunt munitiones in quas ſe recipiant; hi verò (*Rabbanitæ*) cubant in ſpondis ſuis ſecuri, in urbe antiqua & munita. (*Traditione vid. & Cabalâ*).

XXXVIII. *Coſri*; Quicquid dixiſti, rectum eſt. Lex enim hortatur nos ad Legem unam, & Judicium unum: Karraitæ autem, juxta opinionum ſuarum varietatem, multiplicant quoque Leges, pro uniuſcujuſque lubitu & arbitrio. Quinimò ne Unus quidem perſtat in Lege una: quotidiè enim nova illi oboritur ſententia, & ſcientia ejus augetur, vel incidit in aliquem, qui eum rationibus à ſua ſententia transferat, ut eam deſerat aut mutet. Quod ſi eos aliquando conſentientes deprehendamus, ſciendum illos id, ſeu ab uno, ſeu à pluribus, qui ipſos præceſſerunt, per Cabalam accepiſſe, ut jure negare poſſimus ex conſenſu vel conſpiratione illorum hoc procedere. Dicemus igitur illis; Quomodo conſentitis & unanimes eſtis in hoc vel illo præcepto, cùm tamen ratio præponderet in plures alios modos? Si dixerint, *ſic fuit ſententia Ananis*,

vel Binjaminis, vel Saulis, vel aliorum (vide ſup. Notas ad §. 35.); obligabunt ſeipſos ad admittendam Cabalam ab aliquo antiquiore, & magis fide digno; Rabbinis videlicet noſtris; quia horum ſunt plures, illorum verò pauciores; & præterea ſententia Sapientum noſtrorum fundata eſt in Cabala à Prophetis, horum verò (*Karraitarum ſententia*) mera tantùm eſt opinio; Sapientes noſtri ſunt ὁμόνοοι & conſentientes; Karraitæ, diſſentientes; Sapientum noſtrorum verba proveniunt à Loco quem elegit Dominus; adeò ut ſi etiam ex nuda ſua opinione judicarent & pronuntiarent, illorum tamen ſententia acceptanda eſſet; Iſti verò (*Karraitæ*) non. Utinam verò audire poſſem ab ipſis quid reſpondeant ad quæſtionem de loco illo Exod. 12. 2. *Menſis hic erit vobis principium menſium?* (*vide ſup.* §. 35.) [1.] Video illos ſequentes Rabbanitas in Intercalatione Adar in Adar, (h. e. *circa menſem annis emboliſmicis intercalandum; quia illa res non eſt expreſſè in Scriptura mandata, cui ſoli aliàs innituntur*), & tamen illis opponunt Φάσιν ſeu Apparitionem aut Viſionem Lunæ Septembris, dicentes eis; Quomodo jejunium diei Expiationum celebratis nonâ die Septembris? (*h. e. & ſe opponunt eis in Novilunio definiendo & conſtituendo, contendentes, Divinâ Lege præceptum eſſe, ut id fiat juxta Viſionem ſeu Apparitionem Lunæ; Rabbanitæ verò dicunt, ejus rei deciſionem ſpectare ad Domum judicii, & ſecundum calculum Aſtronomicum eſſe faciendam: quod Karraitæ reſpuunt*). Annon verò meritò pudere eos deberet, (*quòd in uno ſequantur Rabbanitas, in altero eis contradicant*)? Ipſi enim neſciunt, an menſis ille ſit Auguſtus, an verò September, quando intercalationem faciunt; aut an ſit September, vel October, quando non faciunt intercalationem! Annon dicere jure deberent, Sumus ſubmergentes, & ſolliciti ſumus de conſperſione cœni (*ſententia proverbialis, cujus ſenſus; Perinde facimus, ac ſi is qui in aqua ſubmergitur,*

ע״ן או בנימין או שאול או
זולתם חייבו עצמם טענת
הקבלה ממי שהוא יותר קדמון
ויותר ראוי להאמין ר״ל רבותינו
כי הם רבים ואלה יחידים ודעת
החכמי׳ סמוכה על הקבלה
מהנביאי׳ ואלה סברא גרידא
בלבד והחכמי׳ מסכימים ואלה
חולקים : והחכמים דבריהם
מן המקום אשר יבחר ה׳ ואפילו
אם אלו היו דנים מסברתם
גרידא מן הדין היה לקבלם
ואלה אינם כן ומי יתן ש
שישמיעוני תשובתם בשאלת
החדש הזה ואני רואה אותם
הולכי׳ אחרי הרבנים בעבור
אדר באדר והם מקשים להם
בראיית ירח תשרי איך צמתם
צום כפור בתשעה בתשרי הלא
יבושו והם אינם יודעי׳ אם
החדש ההוא אלול או תשרי
כשיעברו או אם הוא תשרי
או מרחשון כשאינן מעברין
והלא היו אומרים אנחנו
הטובעים ומרה נפחד מ
מהבלילה אנחנו לא נדע אם

החדש תשרי או מרחשון או
אלול ואיך נקשה למי שאנו
הולכים בעקבותיהם ונלמוד
מהם התצומו בתשיעי או
בעשור לחדש :

gitur, neglectâ corporis & vitæ curâ, eo tantùm angeretur, & id curaret, ne veſtes ejus cœno inquinentur, & collutulentur)! Ignoramus ſcilicet ipſi, an menſi ille (*quo Diem Expiationis celebramus*) ſit September, an October, an Auguſtus, quomodo ergo nos opponimus illis, quorum veſtigiis inſiſtimus, & à quibus illud diſcimus, dicendo eis; Jejunatisne in die menſis nono, an decimo!

N O T Æ.

[1.] *Unicus hic locus prolixam requireret commentationem, ſi pro neceſſitate explicandus eſſet. Dicendum hîc foret de ratione Intercalandi annos apud Hebræos, & quæ differentia ſit inter Judæos Rabbanitas & Karraitas, quo fundamento utriq; nitantur, & quas ſibi invicem objiciant conſequentias ex cujusq; opinione & ſententia. His de rebus quædam non paſſim obvia habet doctiſſimus Seldenus, in Diſſertatione ſuprà citatâ De Anno Civili & Calendario Veteris Eccleſiæ ſeu Reipublicæ Judaicæ, ſecundum tùm Talmudicorum, tùm Karræorum diſciplinam; quæ lucem aliquam huic loco inferunt. Prolixè eum quoq; explicat & illuſtrat R. Jehudah Muſcatus in ſuo Commentario, ex quo nonnulla huc transferre lubet, quæ & pro noſtro authore, & Seldeno ulteriùs illuſtrando, fortaſſis inſervient Lectori.*

Quæritur nimirum, Quâ in re hîc Karræi diſſentiant à Rabbanitis? *Reſpondet Muſcatus:* Apparet illos contra nos argumentari à corruptela aliqua, quæ ſequitur ex recepta noſtra ratione intercalandi, juxta quam conſtituimus tempora ſtata & ſolennia. Reſpiciunt enim ad id quod ex noſtra Intercalatione Auguſtus perpetuò ſit cavus (*imperfectus, dies habens duntaxat* 30.) Accidit autem ſæpiſſimè, ut phaſis Lunæ poſtea demum fiat. Ideò juxta phaſin & apparitionem Lunæ figendum erit principium novi Anni in die 31. ſicut legimus in Talm. Roſch haſſchana cap. 1. *Propter ſex res Legati egrediebantur, &c. propter Elul ſeu Auguſtum, novi Anni causâ*; ſcilicet, ut ſcribit Majemonides in Tractatu de Sanctificatione Novilunii cap. 3. *Ut ſederent & obſervarent die* 30. *Auguſti: Et ſiquidem ipſis conſtiterit, quòd Domus judicii ſanctificarint diem* 30. *ſolebant illum diem ſolum ſanctificare; ſi non, ſanctificabant diem* 30. *&* 31. &c. Nos verò juxta ſupputationem (*calculationem*) figimus clavos in die 30. nullâ habitâ ratione phaſeos Lunæ, ſicut iterum Majemonides ſcribit Ibid. cap. 5. his verbis: *Eo tempore, quo nullum eſt Synedrium, figimus* (novilunium) *juxta rationem calculandi eam, quæ hodiè inter nos eſt*

nos eſt uſitata, neq; attendimus ad Phaſin: Quandoq; tamen accidit, ut eodem illo die, quem nos figimus juxta ſupputationem iſtam, Luna quoq; appareat, aliquando pridiè, aliquando poſtridiè; poſtridiè rarò, & nonniſi in locis quæ ſunt Occidentalia terræ Iſraëlis. Ideò inveniunt hîc *Karræi* occaſionem nobis opponendi, *quòd Fixione noſtrâ anticipemus diem unum, quando tardiùs Luna apparet & conſpicitur: Et exiſtimant hinc ſequi, quòd Dies expiationum ſic anticipetur, ac proinde illegitimus ſit; quia celebrabitur* Dies nonus, cum deberet eſſe decimus (*in Septembri*).

Verùm ignorant, & non intelligunt, Viſionem Lunæ non figi & determinari niſi à Domo judicii: illi eam determinant juxta os teſtium Viſionis illius; ſiquidem fuerint Doctores promoti in terra Iſraëlis, quibus hoc jus eſt datam unà cum omnibus ejus judiciis & circumſtantiis, uti ſcribit author libri Jesód ólam par. 1. cap. 5. Poſteaquam Promotiones in terra Iſraëlis deſierunt, uſus obtinuit ita, ut idem Author ſcribit cap. 6. his verbis; *Prout expoſuimus, Jus figendi Capita menſium, Feſtorum, & Intercalationis annorum, priſcis temporibus fuit penes Domum judicii, donec Promotiones deſierunt. Videntes ergo Sapientes, & Seniores qui poſtea extiterunt, quòd Captivitas & Exilium indies invaleſcat, Sapientia diminuatur, & Iſraëlitæ attenuentur, ac per univerſum orbem diſpergantur; atq; ita impoſſibile ſit, ut omnes conſentiant de Phaſi una; quòd deniq; nulla amplius Domus judicii, h. e. nullus amplius Senatus ſuperſit, qui conſtaret è Promotis Doctoribus terræ Iſraëlis; itaq; Sapientes Iſraëlis omnes unanimi ſaluberrimoq; conſilio, & conſenſu, Deo etiam è cœlo juvante & benedicente, conſtituerunt & ordinarunt, ut Intercalationes annorum, Fixiones Noviluniorum, Statutorum temporum, fiat juxta Supputationem rectam & correctam, quam nunc ab illis acceptam habemus* &c. *Sic enim fuit inter eos conſtans Traditio inde à Prophetis. Nam quùm iniquitatum noſtrarum causâ non amplius ſupereſſet Domus judicii Promotorum Doctorum, atq; ceſſaret ratio figendi Novilunii juxta phaſin; conſultum judicarunt, ut res hæc perageretur juxta caſtigatam ſupputationem; ut ſcilicet Anni intercalentur ſingulis Cyclis decemnovennalibus numeratis inde à Creatione Mundi, idq; juxta ordinem* גו"ח אדי"ט (*h. e. anno* 3. 6. 8. 11. 14. 17. 19.) *& ne Novus annus figatur in diebus* אד"ו 1. 4. 6. *vel Dies expiationum in diebus* בד"ו 2. 4. 6. *Hic uſus obtinuit in toto Iſraële, & receperunt eum ac ſi unà cum Lege ex monte Sinai eum accepiſſent, neq; etiam ab eo recedendum eſt donec veniat Doctor ille juſtitiæ* (Meſſias). *Et retinuerunt filii Iſraëlis hac ratione conſuetudinem majorum ſuorum, ut tempore Paſchatis, Pentecoſtes, & Feſti Tabernaculorum, unum tantùm Diem feſtum & ſolennem conſtituant, ſicut in Lege ſcriptum eſt; In Novo autem anno*

duos,

duos, quia antea etiam ſemper duo dies ei deſtinati fuerunt: Diei Expiationum unum diem aſſignarunt, quia ſemper, ubiq́, & omni in loco, nonniſi unum Diem feſtum ei fecerunt. Sic ſcribit Aben Eſra in Paraſchâ אמור: *Summa eſt: Sapientes noſtros b.m. nobis injunxiſſe, ut in Captivitate noſtra innitamur Intercalationi vel Calculationi. Et ſic accepimus ex ore Prophetarum: neq́ melius quid poſſumus facere.* Sic Author libri Hachinnuch: Si quæritur, *Quomodo hodiè faciamus, cùm nullos amplius promotos habemus? ſcito nos ita rem accepiſſe, quòd R. Hillel Princeps, filius R. Jehudæ Principis, qui maximus & omni exceptione major fuit ſuo ſæculo, promotus in terra Iſraëlis, idemq́, Vir ſapientiſſimus, quòd inquam ille nobis ordinavit Calculandi rationem, novilunia ſanctificavit, & Annos futuros omnes intercalârit, usq́ dum veniat Elias. Et huic nos innitimur hodiè.*

Porrò hanc eandem Objectionem poſſent Karraitæ etiam movere circa Fermentatum in Paſchate. Nam ecce omnis Adar (*Februarius*), qui proximus eſt Martio, juxta ſupputationem noſtram perpetuò eſt Cavus: & ibi quoque Viſio Lunæ poſſet tardare, ut ſic concedere deprehenderemur Fermentatum die ſeptimo Paſchatis, propter anticipationem Feſti die uno. Dicendum autem, quòd hoc cavillum feriat Iſraëlitas tantùm qui habitant in habitaculis ſuis (*Hieroſolymæ*). Nam comeſtionis Fermentati in die ſeptimo Paſchatis periculum non comprehendit longè ab Hieroſolyma remotos; quia illi ſolent in ſuis captivitatibus Diem etiam ſecundum Bonum & ſolennem facere, & ſic locum faciunt Diei ſeptimo, atque etiam octavo, ut immunes ſint ab Excidii pœna. Quod autem ad Diem Expiationum attinet, quia ille ubique Unum tantùm Diem habet, omnes Iſraëlitæ ibi comprehenduntur, neque ullus excipitur à reprehenſione illorum, uti exiſtimant; Cùm verò Karraitæ illi, de quibus hîc agitur, non ſint in terra Iſraëlis, ſed extra eam, & redargutio illorum ſit cum illis, qui cum ipſis habitant; reſpectu illorum nihil infertur ſolidi ex verbis illorum, propter alterum illum Diem feſtum, quem ſuperaddere ſolent. Verùm ex paucis quæ hactenus audivi, quam rationem Karraitæ obſervent in figendis ſolennitatibus, eſt, quòd hodieque adhuc id faciant juxta phaſin Lunæ, quiſque pro ratione loci ſui. In quodam enim Præſtantisſimi inter ipſos Scriptoris libro hæc reperiuntur: *Credendum eſt, Legem voluiſſe ut Novilunia ſanctificentur juxta Phaſin. At verò varia ſunt quæ phaſin Lunæ turbant & incertam reddunt; veluti, quòd Arcus apparens ejus variat ratione latitudinis ab Aequatore, ut in uno loco videatur, in alio non videatur;*

videatur; item quando interveniunt Nubes. Et quidem quod ad Variationem Arcus ejus attinet, certum eſt, Iſraëlitas eo tempore, quo Prophetas habuerunt, & è locis ſuis in alia deportati ſunt, conſecraſſe eam juxta phaſin, pro ratione cujusq́; loci, neq; mutationem ſeu variationem illam curaſſe. Neq; etiam curandum eſt, quòd hac ratione quidam illorum eam conſecrent hodiè, alii craſtino. Nam præceptum Sabbathi ipſum, cujus violator de pœna Excidii tenetur, pro diverſo ſitu locorum variat unâ, duabus, vel tribus horis: Præceptum enim dependet à ſitu loci: Idem judicium eſt de Luna. Quod verò attinet ad Impedimentum nubium, quæ phaſin intercipiunt, ſicuti noſtris eſt temporibus, ita fuit quoq; olim tempore Regni; ut ſc. faciant ſeu Novilunium pronuntient על פי ההקרב׳ propè & circiter, probabiliter. *Ita enim probat Lex ut faciamus circa res dubias, uti expoſuimus in libro Præceptorum. Et ſic quoq; ad nos rei hujus obſervandæ ratio devénit.* ע״כ

R. Abraham Aben Eſra in Paraſchâ אמור ſcribit porrò; *Qui Diem Expiationis per Biduum Jejunio obſervant, quid lucrantur iſtâ diei Translatione? nam in anno* גט״רד *(h.e. ſi character Lunaris incurrerit in feriam tertiam ineunte anno communi, ita ut appendices pervenerint ad horas 9. & ſcrupula 204.) juxta Novilunium neceſſe eſt ut jejunent in die octavo, juxta ſupputationem noſtram. Verùm ad quid pervertemus ſupputationem nobis datam, propter annum alium? Et ſic accidit ipſis cum Phaſi Lunæ.* ע״כ *(Ego hæc Aben Eſræ verba non aſſequor: non videntur cohærere. Fortè locus corruptus eſt).* Videtur his Verbis Aben Eſra notaſſe Karræos; & quòd illi duobus diebus jejunare ſoleant in Die Expiationum, ut è dubio Noni & Decimi diei liberentur. Fortasſis fundant ſe in eo quod Scriptura dicit; *Et affligetis animas veſtras, nonâ menſis, in veſperâ*, Levit. 23. 32. Ut ipſorum contra nos Objectio ſit ex eo quod legimus in Tract. Roſch haſſchánah cap. 1. *quòd Legati exiverint in Auguſto propter Novum annum; & in Tiſri* (Septembri) *propter feſta ſtata ſolennia.* Quod Rabbi Salomon ita explicat; *Poſteaquam Domus judicii ſanctificavit Septembrem, Legatos poſtridiè exiviſſe, & progreſſos eſſe quousq; potuerunt usq; ad feſtum, atq; ſignificâſſe, utrum Domus judicii tranſiverit menſem Auguſtum, an verò non! ne dubii & ſolliciti eſſent de Die Expiationum & Tabernaculorum.* Itaque inſtantia ipſorum tantùm fuerit de longinquioribus, ad quos Legati non poterant venire ante Diem Expiationum. Nam juxta Sapientes noſtros jejunabant quandoque die Nono, quando ſc. contigit, ut Domus judicii ipſis inſciis Novilunium transegerint. Et audivi qui dixerunt ſub nomine authoris libri שבילי לקט, ex quodam illius manuſcripto, Morem Karraitarum eſſe, ut ſolo Die

nono

nono jejunent, ex ſenſu literali illius loci quem ſuprà adduxi, & hujus rei cauſâ Sapientes noſtros dixiſſe; *Quicunq; edit die nono, perinde habetur ac ſi jejunaſſet Die nono & decimo (ſic videlicet notum faciens, quòd nihil commune habeat cum Karraitis)*. Et quamvis mihi dictum ſit de Karraitis hodiernis, quòd non niſi uno die jejunent, annon probabile eſt, quòd mutata ſit Lex ipſorum hodiè ab ea quæ fuit olim? Nam pro lubitu & placito ſuo multiplicant Leges.

Cùm ergò Karraitæ rete tetenderint greſſibus Sapientum noſtrorum, æquum eſt ut incurvetur anima ipſorum cum ignominia & pudore, ut qui foderunt illis foveam, in eam ipſi incidant. Et hoc eſt quod hîc dicit Author noſter; *Annon meritò erubeſcere deberent, cùm ipſimet neſciant* &c. *quæ ſequuntur uſq; ad finem paragraphi.* Vult dicere; *Annon pudet eos, quòd infamiâ hac notent Sapientes noſtros? Annon Karraitæ ipſi ignorarent, quiſnam ſit revera menſis Tiſri, ſi non haberent directionem & manuductionem quaſi Sapientum noſtrorum, quæ eſt ipſis vice oculorum? Nullum enim hic à ſeipſis habent conſilium ad hoc ſciendum, inſtar cæcorum in tenebris palpantes ad parietem.*

Ecce enim [*a*] dum intercalant annum, juxta Legem quam eos docuerunt Sapientes noſtri ſecundum conſuetudinem ſuam, inſiſtentes veſtigiis ipſorum, non ex ſua ſapientia ſciunt vel intelligunt an Menſis ille, in cujus diem decimum Jejunium incidit, & ob quem murmurant contra Rabbanitas, An, *inquam*, menſis ille ſit Auguſtus, an September! &c. Hoc eſt; SI in rei veritate Annus ille ſit intercalandus, & ab eis intercaletur, tùm eſt September, & ſic benè dicunt, quando ajunt; *Quomodo jejunatis jejunium diei Expiationum nono Septembris?* SI non ſit intercalandus, tùm Menſis ille, propter quem nobis obmurmurant, ille nempe, in cujus diem decimum incidit Jejunium diei Expiationum, non erit Tiſri ſeu September, ſed Elul ſeu Auguſtus, juxta ſupputationem Anni illius intercalati, & malè dicunt, *Quomodo jejunatis jejunium Diei Expiationis nono Septembris?* Auguſtus quippe eſt, ut dictum: Appellatio Tiſri non competit niſi menſi ſeptimo, in quem incidit Jejunium diei Expiationum: Si enim Annus ille non ſit intercalandus, inveniemus menſem ſeptimum anticipatum menſe uno, & illi competet nomen Tiſri. Illi concedunt eſſe Auguſtum, juxta ſupputationem Anni illius intercalati (*h. e. ſi Annus ille intercaletur, quod faciunt, cùm non deberet fieri*). Sed diſtinctio non quadrat.

[*b*] Sic è contrario; Quando non intercalant, hîc quoq; ſequendo doctrinam

doctrinam Sapientum noſtrorum, tùm, SI annus fuerit ſimplex ſecundum doctrinam illorum (*& ita rectè intercalatione abſtinent*) benè loquuntur Karraitæ, dum menſis Tiſri mentionem faciunt. SI verò Annus ille revera intercalandus ſit, tùm mentiuntur de menſe illo, & dicent id quod non eſt; nam Nomen menſis Septembris tribuent Octobri. Utique enim ſi Annus ille intercaletur, inveniemus menſem ſeptimum menſe circiter poſtpoſitum, & ei competet nomen Tiſri, ut dictum. Et largiuntur quidem, quòd ſit October, juxta ſupputationem ſc. anni ſimplicis tùm apud eos conſueti & ordinarii. Sed nec hæc diſtinctio quadrat. Summa: nihil horum intelligunt, ſed ſunt inſtar cæcorum, qui Videntem ſequuntur. Nam utique ex ore Sapientum noſtrorum illi vivunt. *Hucusq; Muſcatus.*

Abarbenel ad Exod. cap. 12. verſum primum, multis hac de materia etiam contra Karraitas diſputat, è quibus hæc illuſtrantur. Quia verò illa ejus diſſertatio ſatis eſt prolixa, ſub finem hujus libri ſeorſim eam Lectori harum rerum ſtudioſo & avido communicabimus.

Idem ad Levit. 23. v. 2. fol. 261. col. 3. ſcribit: Loquere ad filios Iſraëlis & dic eis, מוֹעֲדֵי ה׳ Solennitates Domini, quas vocabitis מִקְרָאֵי קֹדֶשׁ Convocationes Sanctitatis; *) Vult dicere*; Loquere ad filios Iſraëlis, & dic eis; Solennitates Domini, convocationes ſanctitatis Domini, unaquæque ſc. ſigillatim & ſeorſim. Negotium enim ſolennitatum dependet à Curſu Solis & Lunæ, & ad eas opus eſt Intercalatione, quam faciant Sapientes Iſraëlis. Quæ res olim tradita erat Domui judicii magni (Synedrio magno), qui periti erant temporum. Idcircò dicit, *Solennitates Domini, quas vocabitis Convocationes ſanctitatis.* Nam juxta ipſorum (Synedrorum) vocationem ſeu appellationem erat Sanctitas illarum. Illis quippe mandatum erat, ut per Præconem publicè promulgarent, & Legatos per omnes terminos Iſraëlis mitterent, qui ſignificarent eis Solennitates Domini: Ideò מִקְרָאֵי קֹדֶשׁ erant illæ Solennitates, quas Domus judicii proclamabat & promulgabat, qui Sancti erant. Non enim par eſt ut quivis Iſraëlita de principio Lunæ novæ decernat, & ſibi ipſi feſtum figat, ne Unitas legis Divinæ ſcindatur & dilaceretur in plures, pro arbitrio vel teſtimonio uniuscujusque, ſicut Karraitæ faciunt. Nam Karraitæ habitantes in Ægypto, non celebrant Diem Expiationum eo die, quo Conſtantinopolitani; & qui habitant Damaſci & Hieroſolymis, neque cum his, neque cum illis, conveniunt. Quivis enim illorum Feſtum ſibi ipſi comminiſcitur.

niſcitur. Idcircò tradidit Deus hanc rem Domui judicii magni: & hac ratione Iſraëlitæ concorditer & unà ſerviunt Deo ſuo. *Hactenus Abarbenel.*

לט אמר החבר תורת'ט ק
קשור' בחלכה למשה מסיני
או כן חמקום אשר יבחר ה'
כי מציון תצא תורה ודבר ה'
מירושלם במעמד שופטים
ושוטרי' וכהנים וסנהדרים :
ואנחנו מצווים שנשמע מ
מהשופט הממונה בכל דור
ודור כמו שאמר או אל השופט
אשר יהיה וגו' : וסמך לו
אמרו ועשית על פי התורה
אשר יורוך : לא תסורו מן
הדבר : והאיש אשר יעשה
בזדון לבלתי שמע אל הכהן
ומת האיש ההוא השוה
המרות הכהן והשופט ל
לגדולה שבעבירו' באמרו ו
ובערת הרע מקרבך וסמך לו
וכל העם ישמעו ויראו בעוד
שהסדר נשאר מהעבודה ו
והסנהדרין ושאר הכתות אשר
בהם ישלם הסדר וידבק בהם
הענין האלהי בלי ספק בין
בנבואה בין באומץ והודעה
כאשר היה בבית שני ולא
יתכן לעבור על כמותם ח
ההסכמה מדעתם ובזה

XXXIX. *Judæus*; Lex noſtra alligata eſt vel Traditioni Moſis è monte Sinaj, aut Locoquem elegit Dominus; *Nam è Tzijon egredietur Lex, & verbum Domini ex Hieroſolyma*, Micheæ 4. 2. ſcilicet à Collegio Judicum, Moderatorum, Sacerdotum, & Synedrorum. Et mandatum nobis eſt, ut audiamus Judicem unicuique generationi vel ſæculo præfectum, ſicut dicitur; *Et ad Judicem, qui fuerit in diebus illis, &c.* Deut. 17. 9. ſtatimque ſubjungit; *Et facies juxta verbum, quod indicaverint tibi è Loco illo quem elegerit Dominus* &c. ℣. 10. *Juxta Legem quam docuerint te*, ℣. 11. *Non declinabis à verbo quod dixerint tibi*, ibid. *Vir autem, qui fecerit per ſuperbiam, ut non obediat Sacerdoti* &c. *morietur vir ille*; & æquatur inobedientia, in Sacerdotem aut Judicem commiſſa, Transgreſſioni maximæ, dicendo porrò; *Et auferes malum è medio tui*; & ſtatim ſubjiciendo; *Ut univerſus populus audiat, & timeat*, ℣. 13. Sic, inquam, juſſi ſumus, dum adhuc Ordo cultus Divini, Synedrium, reliquæq; Claſſes, à quibus ordo ille perficiebatur, in flore & vigore eſſent, ipſiſque, ſeu per Prophetiam, ſeu per Robur Divinum (*per Spiritum Sanctum, quem gradum Prophetiâ inferiorem faciunt, & quem aliâs author vocat* העזר האלהי Auxilium Divinum) ſeu per extraordinariam Patefactionem cœleſtem, quæ in Domo ſecunda fuit (*intelligit eam, quam aliâs vocant* בת קול Filiam vocis, *de qua vide Lexicon Talmudicum*) Res Divina adſtitit & adhæſit; neque dici vel ſuſpicio eſſe poteſt, privatam conſpirationem & conſenſum in tanto illorum numero interceſſiſſe (*vide ſup. §. 24. & alibi*) ad ea effingenda (*quæ nobis tradiderant per Cabalam circa explicationem Legis & Præceptorum*). Unde

נתח״יבנו במצות מגלה ופורי׳
ומצות חנוכה ויכולנו לומר על
מקרא מגלה ולהדליק נר
חנוכה ולגמור את ההלל
ולקרא : ועל נטילת ידים
ועל מצות עירוב וזולת זה :
ואלו היה חוקינו יוצאים אחר
הגלות לא היו נקראים
מצות ולא היינו חייבי׳ לברך
עליהם אך היו אומרים בהם
שהם תקנה או מנהג ורוב
מצותינו סמוכות אל משה
הלכ׳ למשה מסיני וכן ראוי
שיהיה עם שלא הוצרכו
לטרוח במזונות ארבעים
שנה ולא כלבוש ולא כדירה
והם כאשר היו מן הרוב ומשה
נמצא עמם והשכינה איננה
זזה מהם והוא כבר צוה אותם
בכללי המצות היעלה בדעת
שלא ישאלו על פרטיהם ו
ומחלוקותם עם השעות
ויעתיקו פירושיהם ומחלוקותם
וכבר אנו רואים והודעתי את
חקי האלקים ואת תורותיו
והוא כבר אמר להם באחרונה

meritò obligati ſumus ad præceptum Megillæ (*libelli & hiſtoriæ Eſther legendæ*) & Feſti Purim (*in quo illa lectio præcepta, vide Synag. Judaic. cap. 24.*), ad præceptum Dedicationis ſeu Encæniorum, (*de qua vide Synag. Judaic. cap. 23.*), & rectè poſſumus dicere, (*ut in aliis Lege præceptis*) *Benedictus ſit &c. qui ſanctificavit nos præceptis ſuis, & præcepit nobis* &c. ſuper Lectione Megillæ ſeu libelli Eſther in feſto Purim; ſuper accenſione candelarum in Feſto Encæniorum; ſuper lectione & abſolutione הַלֵּל Hallel (*quid hoc ſit, vide in Lexico Talmudico in* הַלֵּל); ſuper Lotione manuum, ſuper præcepto עירוב mixtionis terminorum ſeu limitum (*de hoc quoq; vide Lexicon Talmudicum in radice* ערב), & aliis (*non Lege diſertè, ſed à Scribis ſeu Rabbinis præceptis*). Quod ſi eſſent Statuta noſtra, prodeuntia vel condita demùm poſt captivitatem, non vocarentur Præcepta, neque teneremur Benedictionem ſuper illis recitare: ſed dicerentur eſſe *Ordinatio, Conſtitutio*, vel *Conſuetudo*. Maxima verò Præceptorum noſtrorum pars referuntur ad Moſen, & ſunt Traditio Moſis è monte Sinai (*accepta*). Et ſic quoque eſſe decet. Nam, an credibile vel veroſimile eſt, Populum, cui non fuit laborandum pro acquirendis alimentis per quadraginta annos, neque pro veſtimentis, neque pro habitatione, cujus maximus erat numerus, quibus Moſes perpetuò aderat, à quibus Majeſtas Divina nunquam recedebat, quibus deniq; generalia præcepta data fuerunt; an, inquam, credibile aut veroſimile eſt, illos de ſpecialibus & particularibus illorum (*præceptorum*) circumſtantiis non ſubinde, & ſingulis quaſi horis ac momentis, Moſen interrogaſſe & conſuluiſſe, eorumque expoſitiones & particularitates ab ipſo accepiſſe, & acceptas propagaſſe? Huc pertinet quod ſcriptum videmus; *Nota feci ſtatuta Dei, & Leges ejus*, Exod. 18. ℣. 16. Item illud; *Quia hæc eſt ſapientia veſtra, & intelligentia veſtra in oculis*

כי היא חכמתכם ובינתכם ומי שרוצה להכזיב הפסוק הזה יראה ענין הקראים ומי שהוא רוצה להאמין בו יראה חכמת המשנה והתלמוד והם מעט מהרבה מהחכמות הטבעיות והאלהיות והמוסריות והגלגליות ויראה שבאמת ראוי להם להתפאר על כל העמים בחכמתם וקצת מצותינו מן המקום אשר יבחר ה׳ עם התנאים הנזכרים וכבר התמידה הנבואה בבית שני קרוב לארבעים שנה וכבר שבח ירמיהו עד מאד בנבואתו אנשי בית שני וחסידותם וחכמתם ויראתם ואם לא נסמך על אלה על מי נסמוך: וכבר אנו רואים מה שנקבע אחרי משה והיתה מצוה כמו שעשה שלמה שקדש את תוך החצר והעלה עולות בזולת המזבח ועשות החג שבעת ימים ושבעת ימים ומה שכתב דוד ושמואל מסדר המשוררים בבית והיו למצות תמידות ומה שעשה שלמה במה שבנה ומה שהניח ממה שעש׳ משה במדב׳ ומה שהעמיד עזרא בבית שני על קהלו לתת שלישית השקל ומה שהעמיד במקום הארון תכונה שתלו

oculis populorum, Deuteron. 4.6. Hunc verſum qui vult falſitatis arguere, inſpiciat doctrinam Karræorum (*Traditiones orales rejicientium, ſine quibus Sapientia & Gloriatio iſta locum non habent*); qui verò ei vult credere & fidem habere, inſpiciat Miſchnam & Gemáram noſtram, quæ pauca continent è multis, de Scientiis Naturalibus, Divinis, Moralibus, & Mathematicis, videbitque revera illos poſſe gloriari de ſapientia ſua ſuper omnes alios populos. Quædam tamen Præceptorum noſtrorum ſunt, quæ dependent à Loco quem elegit Dominus, accedentibus conditionibus reliquis commemoratis (*ſuprà, ab initio hujus §.*). Etenim continuavit ſeu duravit Prophetia ſub Templo ſecundo per 40. circiter annos. Unde Jeremias in ſua Prophetia valdè celebrat Viros Templi ſecundi, eorumque ſanctitatem, ſapientiam, & timorem Dei. Si his non niti volumus, quibus quæſo nitemur? Numquid videmus, ea quæ poſt Moſen conſtituta ſunt, etiam Præceptorum vim & dignitatem habuiſſe; veluti id quod fecit Salomon, *qui ſanctificavit medium altaris, & holocauſta obtulit non in altari, & ſolennitatem ſeu feſtum ſeptem dierum, & dedicationem ſeptem diebus fecit*, 2. Paralip. 7. ℣. 7, 8. 9. quòd item David & Samuel leguntur fundaſſe & *ordinaſſe Claſſes Cantorum in domo Domini*, 1. Paralip. 9. ℣. 22. 33. quæ in perpetua præcepta abierunt; quæ iterum Salomon feciſſe legitur nova circa fabricam (*Templi, & inſtrumentorum ejus, multa ſuperaddendo*), Moſaicis quibuſdam omiſſis; quòd item Eſras ſub Templo ſecundo conſtituit, tertiam Sicli partem populo imponendo, Nehem. 10. ℣. 32. (*cùm Moſes dimidium tantùm conſtituerit*); quòd denique in locum Arcæ conſtituerint (*vel*, in loco Arcæ conſtituerint), fabricam

לפנית

aliquam coram qua ſuſpenderunt Propitiatorium, quia ſciverunt, (*vel*, ut ſcirent) Arcam illic eſſe occultatam?

XL. *Coſri*; Quomodo verò hæc quadrant cum illo; *Non addes ad eam (Legem) neq; auferes ab ea quicquam*, Deuter. 12. 32?

XLI. *Judæus*; Hoc non dictum eſt niſi ad plebem, ne illi ex proprio ſuo intellectu & ſcientia aliquid innovent, & ſibi ipſis Leges ex ſua ratiocinatione figant & fingant. Monet autem & hortatur, ut audiamus à Prophetis poſt Moſen, & à Sacerdotibus & Judicibus; ſicut dicitur; *Prophetam excitabo eis Deus è medio fratrum ipſorum*, *ſicut te*, &c. Deuter. 18. 18. Et de Sacerdotibus atque Judicibus dicitur, eorum verbis eſſe obediendum (*vide ſup. §. 39.*). Itaque quod dicitur; *Non addetis ad verbum quod ego præcipio vobis*; intelligendum eſt ita; *Non addetis ad id quod ego præcepi vobis*, primò, *per Moſen*, deinde, *per Prophetam è medio tui*, cum conditionibus ad prophetiam requiſitis, ſuprà comemoratis (*i. e. in quo conditiones illæ reperiuntur*), deniq; *ad id ſuper quo congregati fuerunt* (quod unanimiter decreverunt & pronuntiarunt) *Sacerdotes & Judices*, è loco quem elegerit Dominus; quia à Majeſtate Divina ſunt adjuti, neque convenit illis imputare, quòd conſenſuri fuiſſent in rem à Lege diſſentientem, propter illorum multitudinem, vel etiam errorem commiſſuri, propter ampliſſimam ipſorum Sapientiam, tùm hæreditariam (*per Traditionem à Moſe*) tùm naturalem habitualem; prout per traditionem accepimus, de Synedrii aſſeſſoribus præceptum fuiſſe, ut ſcirent omnes Scientias; Inprimis verò, quia nunquam ab ipſis ablata fuit Prophetia, aut ſaltem id, quod in ejus locum ſucceſſit,

לפניה הפרוכת בעבור שידעו
כי הארון גנוז לשם :
מ אמר הכוזרי איך יתכן
זה עם לא תוסיף עליו ולא
תגרע ממנו :
מא אמר החבר לא נאמר
זה אלא להמון כדי שלא יחדשו
משכלם ויתחכמו מדעתם
ויקבעו לעצמם תורות מ
מהקשתם כמו שעושים
הקראים ומזהיר לשמוע מן
הנביאים אחרי משה ומן
הכהנים והשופטים כמו שאמר
נביא אקים להם מקרב אחיהם
כמוך וגומר : ואמר בכהנים
ובשופטים שיהיו דבריהם
נשמעים והיה מאמרו לא
תוסיפו על הדבר אשר אנכי
מצוה אתכם לעשות על מה
שצויתי אתכם על ידי משה
ועל ידי נביא מקרבך מאחיך
על התנאים הנזכרים בנבואה
ומה שנקבצו עליו הכהני'
והשופטים מן המקום אשר
יבחר ה' מפני שהם נעזרי'
בשכינה ולא יתכן לעבור
עליהם שיסכימו בדבר שחולק
על התורה בעבור רובם ולא
תעבור עליהם הטעות ל
לחכמתם הרחבה הירושה
והטבעית הקנויה כאשר
קבלו כי הסנהדרין היו מצווים
לדעת כל החכמות כל שכן
שלא נסתלקה מהם הנבואה
או מה שעומד במקומה מבת

קול חולדת זה ואמיר שלא לחלוק עם הקראים במה שהם טוענים עלינו מן המובן ממחרת השבת שהוא מיום ראשון ואחר כן נאמר שאחד מן הכהנים או השופטים או המלכים הרצוים עם דעת הסנהדרין וכל החכמי׳ ראה כי הכונה מן המספר ההוא לשום חמשים יום בין בכורי קציר שעורים ובכורי קציר חטים ושמירת שבעה שבועות שהם שבע שבתות תמימי׳ ונתן לנו דמיון בתחלת יום מהשבוע לומר אם יהיה החל חרמש בקמה מיום ראשון תגיעו במספר עד יום הראשון להקיש ממנו שאם תהיה ההתחלה מיום שני נגיע עד יום שני והחל הרמש מונח אלינו בכל עת שנראה שהוא ראוי נתחיל בו ונספור בו ו וקבעו אותו שיהיה יום שני של פסח ולא יהיה בזה סתירה לתורה. והתחייבנו לקבלו לתורה מפני שהוא מן המקום אשר יבחר ה׳ עם התנאים הנזכרים ושמא היה זה בנבואה

ſucceſſit Filia vocis, & alia (*intelligit hac voce, juxta Muſcatum, Gradum Spiritus Sancti, quem dicunt medium fuiſſe inter Prophetiam, & Filiam vocis*). Quando contra nos argumentantur Karræi [1.] ex loco Levit. 23. ℣. 15. 16. contendentes, מִמָּחֳרַת הַשַּׁבָּת *Craſtinum Sabbathi*, intelligendum præcisè de *Die primo à Sabbatho*, ſeu, *primo Septimanæ* (*literæ ſc. inſiſtentes, & per* Sabbathum, *intelligentes propriè Sabbathum, in memoriam Creationis inſtitutum*) noli ipſis contradicere, & dic per *Craſtinum Sabbathi*, intelligi *Primum*; Poſtea verò dicito eis, quòd aliquis è Sacerdotibus, aut Judicibus aut Regibus, conſentiente Synedrio & Sapientibus, viderint ac deprehenderint, intentionem Præcepti Numerationis illius (*de qua in illo loco agitur*) eſſe tantùm, conſtituere Quinquaginta dies inter Primitias meſſis hordeorum, & Primitias meſſis tritici, & ut Septem ſeptimanæ obſerventur, quæ habeant Septem Sabbatha integra (*hac enim ratione complebuntur quinquaginta dies*): Exemplum hujus rei præbere nobis Scripturam in Die Septimanæ primo, dicendo; Si incipiat falx immitti in ſegetem à die Primo (*ſeptimanæ*), numerabitis (*50. dies*) donec iterùm pertingatis ad diem primum adæquatè; Si incipiat immitti à Die Secundo, eodem modo numerando progrediendum uſque ad diem ſecundum, (*& ſic de aliis*). Prima enim Immiſſio falcis in ſegetem nobis proponitur, quocunque die vel tempore illa fiat & conſpiciatur, pro Termino à quo incipere & numerare debeamus. Conſtituerunt autem (*Sapientes noſtri priſci*) ut hic dies (*à quo numeratio hæc incipienda*) ſit dies ſecundus Paſchatis, neque hæc conſtitutio Legi contrariatur, & tenemur eam acceptare pro Lege, quia profecta eſt à Loco quem elegit Dominus, & conditiones etiam cæteras requiſitas habet (*quæ videantur §. 38.*) Et fortaſſis factum hoc eſt per Prophetiam

à Deo: quod ſi ſit, prout eſſe poteſt, abſolvemur ab importunitate hominum iſtorum Fanaticorum & inquietorum.

מארת הבורא ויכול להיות ונהיה נקיים מבלבול ה המבלבלים׃

N O T Æ.

[1.] *Levit. 23. v. 10. 11. dicitur:* Quum ingreſſi fueritis terram, quam ego do vobis, & quum meſſueritis meſſem ejus, tunc afferetis Homer primitias meſſis veſtræ ad Sacerdotem: qui agitabit (agitando offeret) Homer coram Domino, ut ſit acceptum pro vobis מִמָּחֳרַת הַשַּׁבָּת *à craſtino Sabbathi* agitabit illud Sacerdos. *Et v. 15. 16.* Numerabitis autem vobis מִמָּחֳרַת הַשַּׁבָּת *à craſtino Sabbathi*, à die quo obtuleritis Homer agitationis, ſeptem hebdomades plenas, עַד מִמָּחֳרַת הַשַּׁבָּת הַשְּׁבִיעִית *Usq; ad craſtinum Sabbathi ſeptimi* numerabitis quinquaginta dies.

Hîc per Sabbathum *intelligunt Karraitæ* Diem Sabbathi propriè ſic dictum, *quem vocant* שבת בראשית, *quòd in memoriam Creationis ſit inſtitus; Per* Craſtinum *primum Septimanæ diem. Rabbanitæ aliter*, proximum ſc. à Paſchate diem, ſive is fuerit ſimul primus dies ſeptimanę, ſive non, *quorum cauſam hîc agit Author noſter. Contra Karraitas diſputat etiam ad hunc locum Abarbenel Comment. in Legem f. 162. col. 1. ex quo nonnulla hîc adducemus:* Quod, *inquit*, dicitur ℣. 11. ממחרת השבת *A craſtino Sabbathi*, ſciendum, Diem feſtum ſolennem primum Paſchatis vocari *Sabbathum*, ſicut & Dies Clangoris vocatur שַׁבָּתוֹן *Sabbathum*. Et quia Dies primus Paſchatis eſt Dies primus feſtorum dierum, ideò à feſto Paſchatis vocatur הַשַּׁבָּת cum He emphatico, q. dicas *Sabbathi illius:* nam in illo die fit prima Solennitatum ſeu feſtorum Quies & ceſſatio ab opere. Nequaquam verò cum Karraitis errantibus dicendum, intelligi præcisè *Craſtinum Diem Sabbathi creationis*, h. e. diem primum Septimanæ. Sic ℣. 15. 16. *Et numerabitis à craſtino Sabbathi:* quia inde debuit fieri numeratio: dicitur enim Deut. 16. 9. *Ex quo cœperit falx eſſe in ſegete*; quocunque demum illud ſeptimanæ die fieri contigerit. Sic dicitur hîc; *Et numerabitis vobis à craſtino Sabbathi.* Cujus Sabbathi? Explicatur id quando dicitur; *A die quo afferetis Homer agitationis.* Ab hoc quippe die debebant incipere numerare ſeptimanas integras, quæ faciunt 50. dies, à die allationis τȣ̃ Homer, ſicut dicitur; *Ex quo cœperit falx eſſe in ſegete, incipies numerare ſeptem hebdomadas.* Si ex. gr. ad meſſem inceperit falx immitti in ſegetem die ſecundo Septimanæ, & ab eo die non inciperent numerare uſq; ad Craſtinum diem Sabbathi proximi, ſex tranſirent dies, & poſtea adhuc ſeptem ſeptimanæ numerandæ, & ſic Dies Septi-

Septimanarum ſeu Pentecoſtes non incideret in quinquageſimum ſed quinquageſimum ſextum diem; Quod ſi non fuerint Septimanæ integræ uſque ad craſtinum Sabbathi ſeptimi, ex quo primùm ſalx cæpit immitti in ſegetem, quando ſc. ille dies fortè inciderit in diem Septimanæ ſextum, tùm non complebuntur 50. dies, ſed duntaxat 49. Quocirca non eſt nobis recedendum à Cabala noſtra Sancta, quam nobis tradiderunt priſci, inde à Moſe Doctore noſtro. Illi enim ſciverunt, quòd *Craſtinus dies Sabbathi* ſit dies Decimus ſextus Niſan ſeu Martii. Dies nempe decimusquintus, qui eſt dies primus Paſchatis, vocatur *Sabbathum*, quia eſt dies ille, quo Opus omne primùm ceſſat in feſtis diebus. Et cur nobis abſurdum videatur Diem ſolennem, per Septenarium numeratum, vocare Sabbathum, cùm Annus intermiſſionis ob hanc rationem nomine *Sabbathi* vocetur? Sapiens ille Rabbinus Regi Coſræo, parte 3. libri ſui, aliam rationem dedit, quæ etiam recta eſt. Ea verò in hoc loco nobis non eſt neceſſaria. *Hæc Abarbenel.*

Videantur & alii Commentatores ad hunc locum, inprimis R. Moſes Nachmanides, ut & R. Muſcatus prolixè.

מב אמר הכוזרי כבר פסקת
כי החבר בכללות האלה אשר
לא אוכל להכחישם מחלקים
היו בלבי מטענ' הקראים
הייתי סבור שאכעיסך בהם ׃
מג אמר החבר כשיתבררו
הכללות אל תתן לבך לחלקים
כי הרבה שיכנס בהם הטעות
ועוד שאין להם תכלית מפני
שהם מסתבכים ולא ימלטו
המדברים מבלבולם וזה כמי
שנתברר אצלו צדק הבורא
ושחכמתו כוללת אינו מביט
למה שהוא נראה בעולם מן
העול וכמו שאמר אם עשק רש
וגזל משפט וצדק תראה ב
במדינה אל תתמה על החפץ

XLII. *Coſri*; Jam ſatisfeciſti mihi, Amice, quoad iſta generalia, quæ ego non poſſum refutare. Quoad particulares quaſdam Karraitarum rationes, quæ in corde meo ſunt (*animo meo inhærent, & aliquem ſcrupulum mihi movent*), vereor, ne moleſtiam tibi crearem (*ſi illas tibi proponerem*).

XLIII. *Judæus*; Si generalia tibi ſint clara & evidentia, ne apponas cor tuum ad Particularia (*ſc. Karræorum dogmata, noli de illis eſſe ſollicitus*), in quibus facilè eſt errare, ac præterea ſunt illa innumera, quia ſunt ita inter ſe perplexa & intricata, ut fieri non poſſit, quin, qui de illis loqui volent, confundantur. Veluti qui perſpectam habet Juſtitiam Dei, & Sapientiam ejus Univerſalem, is non reſpicit ad prava & perverſa quæ in mundo conſpiciuntur, ſicut dicitur; *Si calumnioſam oppreſſionem pauperis, & ſubreptionem judicii & juſtitiæ videris in provincia, ne mireris de voluntate Dei, quia Excelſus, qui eſt ſuper Excelſum, obſervat, & excelſi ſunt ſuper*

nos, Eccleſ. 5.7. Sic cui per demonſtrationem conſtat, Animam, poſt conſumptionem carnis, ſuperſtitem manere, quia non eſt corporea, ſed ſubſtantia à corpore immunis, ſicut Angeli, is non attendit ad id quod cogitatio ipſi objicit vel dictat, à ceſſatione functionum Animæ tempore Somni, vel in morbo cogitationes ſuffocante, vel ab eo, quòd Temperamentum corporis ſequatur, (*ac proinde corpori commixta, & pereunte eo quoq; pereat*) vel ad alias ejuſmodi erroneas cogitationes.

XLIV. *Coſri*; His omnibus mihi non plenè ſatisfactum, donec etiam de Particularibus tecum loquutus fuero, licet fortè hoc nomine reprehenſionem incurrero, cùm jam confeſſus ſim generalia quæ adduxiſti.

XLV. *Judæus*; Dicito quicquid volueris.

XLVI. *Coſri*; Annon Pœna Damni explicata eſt in Lege, ubi dicitur; *Oculum pro oculo, Dentem pro Dente, ſicut dederit vitium in homine, ſic dabitur ei*, Levit. 24. 20? (*Rabbanitæ autem, juxta ſuam Cabalam & Traditiones hoc exponunt non de Oculo vel Dente ipſo, ſed Pretio pro iis perſolvendo: Karraitæ ſecundam literã*).

XLVII. *Judæus*; Et annon dicitur ibidem; *Qui percuſſerit animam jumenti, perſolvet vel compenſabit eam, animam pro anima*, ẏ. 18. (*Sic v. 21. Qui percuſſerit animal, rependet, ſolvet illud*)? Hîc utique intelligitur Pretii ſolutio. Quippe non vult dicere; *Si quis percuſſerit equum tuum, viciſſim percute equum ejus*; ſed dicit; *Accipe equum ejus (& perſolve illum)*: Nullam enim haberes utilitatem ex percuſſione equi illius. Sic ergo, ſi quis tibi ex. gr. manum abſcindat, non dicunt tibi; *Abſcinde viciſſim manum ejus*, quia nullus hinc manaret

וכמי שנתברר אצלו במופת
עמידת הנפש אחר כלות הגוף
בעבור שאינה גשמית אבל
עצם נפרד מהגוף כמלאכים
ואיננו מביט אל מה שתקשהו
המחשבה מהעדר פעולות
הנפש בעת השינ' ועם החולי
שהוא מאבד המחשבה ומה
שהוא הולכת אחרי מזג הגוף
וזולת זה המחשבות ה
המבלבלות׃

מד אמר הכוזרי עם כל זה
אין מספיק לי עד שאשבע מדב'
עמך על החלקים ואם יש
לתפוש עלי בזה אחר אשר
הודיתי בכללים אשר ה
הביאותם׃

מה אמר החבר אמור מה
שתרצה׃

מו אמר הכוזרי הלא עונש
הנזק מפורש בתורה במה
שאמר עין תחת עין וכאשר יתן
מום באדם כן ינתן בו׃

מז אמר החבר והלא נאמר
בו אחר כן ומכה נפש בהמה
ישלמנה נפש תחת נפש הלא
זה הכופר׃ והלא היה אומר מי
שהכה סוסך הכה סוסו אבל
אומר קח סוסו כי אין לך
תועלת בהכות סוסו וכן מי
שכרת ידך אין אומרין לך קח
ידו שאין בזה תועלת בכרות
את ידו כל שכן שהיה נכנס
בדינין האלה מח שסותר אותו

השכל מפצע תחת פצע ׃
וחבורה תחת חבורה איך יוכל
לשער זה שמא ימות אחד מהם
מפצע ולא ימות האחד
כמותו ׃ ואיך נוכל לשער
כמותו ואיך נקח עין ממי שאין
לו אלא עין אחת כופר עין מי
שיש לו שתי עינים וישאר
האחד סומא והשני בעין אחת
והתורה אמרה כאשר יתן
מום באדם כן ינתן בו ומה
צרכי לדבר עמך על אלה
החלקים אחרי אשר הקדמתי
לך צירך הקבלה עם אמתת
המקובל מהם וגדולתם ׃
וחכמתם והשתדלותם ׃

manaret ad te fructus, ſi & ipſi manum abſcinderes: Ut nil dicam, quòd in hujusmodi judiciis multa forent Intellectui ſeu rationi ſanæ contraria, ex; *Fracturapro Fractura*, *Vulnus pro Vulnere*, *Livorem pro Livore*. Quomodo enim hæc exactè poſſemus menſurare & obſervare? Unus fortaſsis ex tali vulnere morietur, alius à ſimili non morietur. Et quomodo exactè quantitatem ejus obſervare poſſemus? Quomodo eripiemus oculum ei, qui nonniſi unum oculum habet, pro λύτρῳ & pretio oculi ejus qui duos habuit oculos? Unus ſic fiet cæcus, alter tantùm monoculus (*ſicq; non erit æqua proportio*). Lex autem dicit; *Quale vitium dederit homini, tale dabitur ei*. Quid verò opus eſt tecum agere de iſtis particularibus, cùm jam antè tibi neceſſitatem Cabalæ & Traditionum probaverim, eorumque à quibus illa profecta eſt, veracitatem, Magnitudinem, Sapientiam, & Induſtriam.

N O T Æ.

Contendit hoc paragrapho contra Karraitas, Legem hanc de Talione, non ad literam, ſed de Pretii perſolutione eſſe accipiendam. Sic enim eam exponunt Talmudici in Talmud, Báva Káma cap. 8. ab initio. Diſputationem quandam ſuper hoc loco, inter R. Saadiam Gáon, & Karraitam quendam, refert Aben Eſra, quæ cum mente Authoris noſtri prorſus convenire videtur: Rabbi Saadias dixit, Non poſſumus explicare hunc verſum (*Oculum pro Oculo &c.*) ad literam. Nam ſi quis percuſſerit Oculum ſocii ſui, ita ut tertiâ parte lucis oculorum ſuorum privetur, quomodo prorſus ſimili & æquali plagâ poterit percuti reus, ut non vel in exceſſu vel defectu peccetur? Fieri enim poterit, ut Viſum ei prorſus adimat. Et gravior adhuc eſt difficultas circa Uſtionem; Vulnus, & Vibicem (*de quibus Exod. 21. v. 25.*): Nam ſi fuerint iſta in loco periculoſo, contingere poterit, ut inde moriatur alter. Objecit ei Ben Sita (*Karræus quidam*); Annon verò in alio loco dicitur; *Quale vitium quis dederit homini*, כֵּן יִנָּתֶן בּוֹ *tale dabitur* בּוֹ *in eo*, Levit. 24. 20! Reſpondit R. Saadias, Sæpè occurrit τὸ ב *Beth* uſurpatum loco עַל *Al* Pro, ut ſenſus ſit; כֵּן יִנָּתֵן עָלָיו עֹנֶשׁ *Talis pro eo ipſi imponatur pœna*. Excepit Ben Sita; Atqui præcedenti ℣. 19. dicitur; *Secundum quod*

dum quod fecit, fiet ei. R. Saadias; Samſon dicit; *Quemadmodum fecerunt mihi, ſic feci eis*, Judic. 15. 11. & tamen non abſtulit eis uxores ipſorum, & eas dedit aliis, ſed retributionem, compenſationem damni accepti rependit eis. Ben Sita regesſit; Si percuſſor fuerit pauper, quomodo pecuniâ puniri vel mulctari poterit? Reſpondit Saadias; Si cæcus excæcaverit oculum videntis, quomodo ille per Talionem puniri poterit? Pauper poteſt fieri dives, & aliquando ſolvere, ſed cæcus in æternum non poteſt vicem rependere. Summa: non poſſumus præcepta Legis perfectè explicare, niſi innitamur verbis Rabbinorum noſtrorum. Quemadmodum enim Legem (*ſcriptam*) accepimus à Patribus: ſic ab iiſdem accepimus Legem oralem, neque inter eas eſt differentia. Itaque verborum horum hic eſt ſenſus; *Oculum pro oculo, niſi detur pretium ejus* &c.

מח אמר הכוזרי עם כל זה טוב הוא בעיני למה צוה השם השמירה מן הטומאה :

XLVIII. *Coſri*; Utut ſit, bonum tamen mihi videtur ſcire, Quare Deus præceperit cavere ſibi ab Immunditia?

N O T A.

Ex reſponſo paragraghi 49. apparet, Regem ideò hanc quæſtionem proponere, quòd Karrai præceptum de Munditia & Immunditia ſecundum ritus & ſtatuta ſua ſtudioſiùs obſervent, quàm Rabbanitæ, ut hoc velit dicere; Annon præcepit Deus cavere ſibi ab immunditia omni? Atqui verò hanc quoque Legem accuratiùs obſervant Karræi, quàm vos Rabbanitæ. Itaque non immeritò dixi §. 22. & 37. illos in cultu Dei longè eſſe vobis ferventiores, & magis devotos.

מט אמר החבר הטומאה והקדושה שני ענינים זה כנגד זה לא ימצא האחד אלא בהמצא השני ומקום שאין קדושה אין טומאה כי ענין הטומאה איננו כי אם דבר שאסר על בעליו לנגוע בדבר בדברי הקדושה ממה שהוא מקודש לאלהי' כמו הכהנים ומאכלם ומלבושם והתרומות והקרבנות ובית המקדש וזולת זה הרבה : וכן ענין הקדוש'

XLIX. *Judæus*; Immunditia & Sanctitas, ſunt duæ res ſe invicem reſpicientes, ita ut non exiſtat una, quin ſimul exiſtat & altera (*inſtar Relatorum*), & ubi non eſt Sanctitas, ibi neque ſit Immunditia. Nam Immunditia nihil aliud eſt quàm Res, quæ dominos ſuos (*h. e. immundos*) vetat, impedit, tangere rem aliquam Sanctam, Deo ſanctificatam & conſecratam, veluti ſunt Sacerdotes, & eorum veſtimenta, Trumæ, Oblationes, Domus Sanctuarii, & alia plura, (*Levit.* 12. 4. *Nullam rem ſacram tanget, & ad ſanctuarium non veniet.* Confer Majem. in More par. 3. cap. 47.): Ita Sanctitas,

דבר שאם׳ על בעליו לנגוע
בדברים רבים ידועים ו
ומפורסמים ורוב מה שהם
תלוים במעמד השכינה וכבר
חסרנו אותה ומה שאצלנו
היום מאסור שכיבת ה
הנדה והיולדת אינו מפני
הטומאה אבל היא מצוה
גרידא מאת הבורא וכן מה
שאצלנו מהרחקת האכילה
עמה ולהשמר מקרבתה אין
זה כי אם מניעות וסייגות שלא
יתגלגל לשכב עמה אבל חובו׳
הטומאה בטלו ממנו מפני
שאנו בחוצה לארץ וכל שכן
מה שאנו משתמשין בו מ
מהקברות והשקצי׳ והמצורעי׳
והזבים והמתים וזולת זה וכן
אסורה עלינו הנבלה ולא מפני
טומאתה אבל מצוה גריד׳
באסור הנבלה ותנאי הטומאה
תוספת ולולי שאמרו עזרא
תקן טבילה לבעלי קריין לא
היינו חייבין בה חובת התורה
אך חיוב טהרה ונקיות ואם הם
מקבלים אותה על עצמם
לענין הנקיות אין גנאי בזה
מבלתי שיקבלוה לתורה ׃ ואם
לא כבר הם מתחכמים
מסכלות מהם ומשנים התורה

ctitas, eſt res quæ vetat Dominos ſuos (*ſanctos*, vel, *ſanctificatos, mundos*) tangere res multas, quæ notæ ſunt. Harum verò major pars dependet à ſede vel loco Majeſtatis Divinæ (*Hieroſolymâ, civitate Dei, ubi ejus ſanctuarium erat &c.*), quâ hodiè caremus. Quòd inter nos hodiè interdictus eſt concubitus cum *Muliere menſtruatâ, & Puerperâ*, id non fit ratione immunditiei, ſed duntaxat propterea quòd ſic à Deo ſit præceptum: ſic quòd hodieque nobis injunctum eſt non edere cum ea (*muliere menſtruatâ vel puerpera*), neq; ad eam accedere, non eſt niſi prohibitio & ſepimentum, ne per hęc (*ſi permiſſa eſſent*) deveniretur ad cubandum cum ea. Obligationes enim vel Reatus immunditiei, ſublati ſunt, vel, deſierunt inter nos (*hodiè*); quia ſumus extra Terram ſanctam (*in terra immunda gentium*) & quidem adeò, ut in ea (*terrâ, in qua ſumus hodiè*) utamur etiam ſepulchris, reptilibus, leproſis, fluxum patientibus, mortuis, & aliis. Sic prohibitum quidem hodiè nobis eſt *Morticinum*, aſt non ratione immunditiei, ſed ſimpliciter ratione præcepti, quo id nobis eſt prohibitum, cui conditio immunditiei eſt annexa (vel, *cujus appendix eſt conditio immunditiei*). Et niſi dixiſſent (*Sapientes noſtri*, in Bava Káma cap. 7.), Eſram ordinaſſe vel ſanciviſſe, ut fluxum nocturnum patientes ſe lavarent, non teneremur de eo propter Legem (*obligatione Legis, Lev.* 15. 17.), ſed ſimpliciter puritatis & munditiei (*corporalis*) causâ. Quod ſi itaque illi (*Karræi*) recipiant eam, (*lotionem ſc. ab immunditie ſuâ*) in ſe, ratione munditiei (*corporalis*), nihil id abſurdi eſt, licet eam non acceptent ut Legem; ſi non (*ita recipiant eam, ſed ut Legem*, vel, *Lege præceptam, quod feciſſe videntur*), jam produnt ſe ſuæ propriæ ſapientiæ inniti præ magna ſtultitia ſua, mutant Legem, & cauſantur hæreſin (*Heb.* מינות,

וגורמים

pro quo in altero exemplari eſt, לאפקורוסות) hoc eſt, diviſionem ſententiarum (*Schiſma*), quod fundamentum eſt Corruptionis populi, & ejus à Lege una & Judicio uno ſeceſſionis, ſeu, apoſtaſiæ. Nam utut nos hodiè eam levem faciamus (*immunditiam ſc. h. e. non ita accuratè eam obſervemus*), ut Karraitæ; atque commoditatis noſtræ causâ receperimus alia, veluti e. g. Commixtionem terminorum in Sabbathis, (*quâ termini, limites, conclavia, domus diverſæ & longiùs à ſe diſtantes commiſcentur & conjunguntur, ac ſi inter ſe unum eſſet corpus, ut in die Sabbatho liceat deferre cibum ex uno in aliud: De hoc videatur Majemon. in* הלכות ערובין, *& alii Rituales*), hæcque res non adeò pulchra & bona videri queat, (*quia Karraitæ eam non obſervant, ſed rejiciunt, ut Bartenóra ſcribit in Commentario ſuper Miſchnajos, Erúvin cap. 2. Miſchnâ ſecundâ*) leve tamen eſt hoc reſpectu Schiſmatum, & hæreſium, quas cauſantur ſententiæ illorum (*Karraitarum, ex propria ſc. opinione excogitatæ & effictæ, non ex authentica Cabala acceptæ*); uſque adeò ut reperias (*inter eos*) in domo una decem perſonas, decem diverſas ſententias habentes. Etenim niſi Præcepta apud nos circumſcripta ſint certis limitibus, quos tranſilire non licet, non immunis erit Lex, quin in eam tùm irrepant quæ non ſunt de ea (*multa aliena*) tùm etiam erepant quæ ſunt de ea, pro cujuſq; ſcilicet ratiocinatione & arbitratu. Leve eſt in oculis Karræorum, uſum percipere ex rebus Idololatricis, veluti, Argento, Auro, Suffimento, Vino, & tamen mors melior eſt quàm hoc facere: Contrà grave ipſis eſt (*peccatum*) uſus *Carnis ſuillæ*, etiam pro Medicina, cùm tamen (*ejus Eſus*) revera ſit ex peccatis levioribus, quæ nonniſi flagellatione puniuntur (מַלְקוּת). Sic levius illi cenſent, ſi *Naziræus* comedat Uvas, ſeu recentes ſeu aridas, quàm ſi inebrietur potu ex Melle vel Pomis confecto, cùm tamen revera

וגורמים למינות רוצה לומר
חלוק הדעות אשר הוא שורש
הפסדת האומה ויציאתה
מתורה אחת ומשפט אחד כי
כל אשר נקל בו אנחנו על ע
עצמנו מהשתמש בשבתות
בבתינו בעירוב ואם נראה
דבר שאינו נאה יקל אצל מה
שתסבב דעתם מהמחלוקת
והמינות עד שיהיה בבי' אחד
עשרה אנשי' בעשרה דעות
ואם לא יהיו המצות אצלנו
קשורות בגבולי' שלא יעברום
לא היה מובטח בהכנס בה מה
שאין ממנה ויוצא ממנה קצת
מה שיש בה בעבור שהוא
לוקח בהקשו וטעמו ויקל בעיני
הקראים הנאת עבודה זרה
מכסף וזהב וקטורת ויין ועל
האמת המות מבלעדי זה טוב ו'
ויקשה בעיניו שיהנה מהחזיר
אפילו ברפואה ועל האמת הוא
מעבירות הקלות חייב בהם
מלקות וכן יקל על הנזיר
אכילת הצמוקים והענבים
יותר מהשכרות משכר הדבש
או שכר התפוחים והאמת
הפך זה כי האסור אינו אלא

במה שיצא מהגפן בלבד ואין
הכונה אסור השכרות כאשר
יעלה במחשבה אבל האלקי'
יודע ונביאיו ובחוריו ולא יתכן
להחזיק בסכלים אנשי הקבלה
או הסברים בזה כי מלת שכר
לאנשי הסברא גלויה וידועה
ויקבלו שיין ושכר האמורה
בנזיר איננו כי אם מעסיס היין
ולמצו' גבולי' מדוקדקים ע
עליהם בחכמה ואם לא יראו
במעשה נא' והזריז ירחק
מהם מבלי שיאסור אותם כמו
בשר כוס כוס אשר היא מותר
בעבור שאינו בטוח במות
הבהמה ההיא ולאומר שיאמר
כי תרפא והותרה והטרפה
שנראית בריאה אסורה
מפני שיש לה חולי ממית מבלי
ספק ולא יתכן שתחיה ממנו
ולא שתרפא ונאסרה ו
ועם הסברא וההתחכמות
ישובו הדינין האלו בהפך:

revera ſit contrarium (*quia ſc. exiſtimant, præceptum ſpectare duntaxat Inebriationem, & reliqua tantùm accidentariè ab ea dependére*); nam Prohibitio (*Numer. 6. 3.*) reſpicit ad ea tantùm quæ egrediuntur è Vite (*vide Talm. Naſir cap. 3.*) neque intentio ejus eſt, prohibere Ebrietatem tantùm vel ſolam, ſicuti primâ fronte videtur: Deus verò, ejusq; Prophetæ & electi norunt (*ſc. ejus ſenſum, & rationem*). Neque vel Viri Cabalæ, vel Illi qui ſuam Opinionem hac in parte ſequuntur (*Karraitæ*) hîc pro ignorantibus vel ſtultis ſunt habendi; Non *hi*; quia ſignificatio vocis שֵׁכָר, quâ eam Karraitæ uſurpant (*pro potu ſc. Inebriante*) utique manifeſta & nota eſt; Non *illi*; quia per Traditionem acceperunt (*Viri Cabalæ*) יַיִן & שֵׁכָר quorum in hac Lege fit mentio de Naſireo, Num. 6. 3. non ſignificare, niſi Succum Vini (*in ſpecie de hoc ſumi & intelligi*). Precepta quippe habent terminos vel limites ſubtiles & ſapienter illis additos & circumductos (*præcepta alia & ſpecialia, lata à Viris Sapientibus, & Spiritu S. actu*), quæ quamvis non videantur opera pulchra (*eximia, magni momenti, ac proinde pro levioribus habentur*), tamen vir diligens elongat ſe (*cavet ſibi*) ab eis; non tamen, quatenus Lege (*Dei*) prohibitis. Hujus generis eſt Caro כוס כוס *Macta, macta* (*ſic vocatur Caro de animali moribundo, de vita periclitante, quod propterea feſtinanter mactare jubent, dicendo*, כוס כוס Macta, macta, *quod eſt Imperativus à radice* כסס *in qua vide Lexicon Talmudicum*) quæ eſt licita, quia non eſt certum, beſtiam illam morituram; imò dici poteſt, illam poſſe ſanari, & licitam fieri; Contrà טְרֵפָה Animal à feris diſcerptum, vel læſum, quod videtur ſanum (*in ſe*), prohibitum eſt, quia ſine dubio morbum habet lethalem à quo neque convaleſcere, neque ſanari poteſt, unde caro ejus vetita. Quod ſi in his noſtram rationem & propriam ſapientiam conſuleremus, prorſus inverterentur hæc judicia, & contrarium pronunciarent, (*Nam ratio videtur potiùs poſtulare, ut moribundum & de vita periclitans prohibeatur, & Diſcerptum, quod*

in ſe eſt ſanum, permittatur). Idcirco in generationibus Præceptorum (*h. e. ut Muſcatus explicat*, In præceptis gignendis & condendis; *vel*, In ſpecialibus præceptorum) non debes ſequi tuam opinionem & ratiocinationem, ne in dubia incidas, quæ te inducant in hæreſin, neque aſſentieris & ſubſcribes ſententiæ ſociorum tuorum in aliquo; quiſque enim homo ſuam propriam habet opinionem; ſed conſiderabis & obſervabis, quænam fundata ſint in Cabala (*Traditione orali*) vel in Scriptura, vel in Conſequentiis & Ratiocinationibus congruentibus cum eo quod per Traditionem accepimus (*non Philoſophicis & Logicis*); ut ſcilicet Generationes (*i.e. ſpecialia*) referantur ad Patres (*ad generalia. Vel*; Ut ſcilicet conſequentiæ fluant ex genuinis ſuis principiis & præmiſſis). Quod ſic elicitur & educitur, illud crede, licet abſurdum videatur opinioni & rationi tuæ. Sic abſurdum videtur Cogitationi & Opinioni noſtræ, non dari *Vacuum*: Rationes autem Intellectuales id evincunt (*ſc. non dari Vacuum*). Sic rejicit Opinio, Corpus poſſe dividi in *Infinitum*; ratiocinatio tamen Intellectualis hoc quoque probat. Sic abſurdum eſt Cogitationi, *Terram eſſe orbicularem, & partem unam ex centum ſexaginta ſex partibus circuli Solis (i.e. quòd Sol terrâ major ſit centies ſexageſies ſex vicibus. Vide Majemonidem in* הלכות יסודי תורה *cap. 3. & in Commentario Miſchnajoth in Præfat. Maſſ.* ארעים *&c. R. Abraham in* צורת הארץ *cap. 9. Sic etiam ſcribit autor inf. part. 4. §. 3 Ptolemeus ponit 170. Hanc differentiam aliis conciliandam relinquimus)*. Sic quæcunque per demonſtrationes Aſtronomicas traduntur, Ratio rejicit & repudiat. Quæ enim Sapientes permiſerunt & prohibuerunt omnia, in iis non ſunt ſequuti privatam ſuam opinionem & ſententiam, ſed concluſiones Sapientiæ hæreditariè ac-

על כן לא תהלך אחר סברתך והקשתך בתולדות המצות פן תפול בספקות יביאוך למינות ולא תסכים דעתך עם חבריך בדבר מהם כי לכל אחד מבני אדם סברא אמנם צריך שתעיין בשרשים מן המקובל והכתוב וההקשות הנוהגות על הסדר המקובל להשיב התולדות אל האבות ומה שיוציאך אליו האמן בו ואם יהיה רחוק אצל סברתך ומחשבתך כאשר ת תרחיק המחשבה והסברא העדר הרקות וההקשות השכליות מחייבות זה וכאשר תרחיק הסברא שיכול ל להתחלק הגוף לאין תכלית וההקשה השכלית מחייבת זה וכאש׳ תרחיק המחשבה שהארץ כדורית ושהיא חלק אחד ממאה וששים פעמים מעגול השמש וכל מה שיש במופתי התכונה ממה ש שתרחיקהו המחשבה כי כל מה שהתירו חכמים לא היה לסברתם ולא במה שנראה לדעתם אך בתולדות החכמה הירושה המקובלת אצלם וכל

מה שאסרו כן ומי שנלאה
לחשיג חכמתם ולקח דבריהם
כטעמו וסברתו יהיו נכרים
בעיניו כאשר הם דברי ה
הטבעים והגלגלים נכרים בעיני
עמי הארץ ; והם כשמדקדקין
בגבולי הדינין ויורו ההיתר
והאיסור באמתת הדין מראים
לך מה שאינו נאה מהגבולים
ההם כאשר הם מגנים אכילת
בשר כוס כוס והוצאת ממון
בתחבולת הדינין והתרת
ההליכה בשבת בתחבולות
מן העירוב ; והתרת הנשים
בתחבולה שהנשואים מותרים
בהם והתרת השבועות והנדרים
במיני הערמות אשר הם
עוברים אצל העיון הדיני מבלתי

riè acceptæ, & per Cabalam & traditionem continuam ad ipſos propagatæ; Hanc ipſorum Sapientiam qui non intelligit & aſſequitur, ſed res accipit juxta ſuum judicium, ſuamque opinionem, in ejus oculis eæ videbuntur peregrinæ & abſurdæ, quemadmodum ea, quæ de Elementis & Sphæris ſcribuntur, peregrina ſunt in oculis hominum plebejorum. Sic quando (*Sapientes noſtri*) ſubtiliter & accuratè determinant Terminos Judiciorum, & docent quid Licitum ſit vel Vetitum ſecundum veritatem judicii, illi (*Karræi ſuæ opinionis ductum ſequuti*) oſtendent tibi quædam in illis Terminis ſeu limitibus, quæ non videntur pulchra (*vel bona, primâ vel externâ fronte, ſi ad rationis noſtræ trutinam expendantur*); Sic carpunt & vituperant comeſtionem carnis כוס כוס (*permiſſæ à Rabbinis, ut viſum ſuprà*): Item, Expenſas quæ fiunt in judiciis multis à Rabbinis excogitatis (*qualis eſt* שודא דדייני, *inquit Muſcatus, quando in cauſa incerta, in qua utriusq; partis rationes ex æquo militant, negotium Judicum arbitrio decidendum committitur; veluti, ſi quis eandem hypothecam duobus eodem die oppignerarit, & de prioritate quæſtio incidit, res committitur* לשודא דדייני Arbitrio judicum: *ſic ſi quis Teſtamento hæredem nominet aliquem, cujus nominis duo ſunt, neq; ille diſtinctè exprimat quem illorum hæredem velit, eſt* שודא דדייני *penes* Arbitrium judicum, *ut illi expenſis circumſtantiis, prout ipſis videtur, pronuntient* &c.) Item Permiſſionem Itionis in Sabbatho, per ſubtilem inventionem Commixtionis terminorum (*excogitatam à Rabbinis*): Permiſſionem item mulierum per inventionem earum rerum, quibus nuptiæ (*cum muliere aliqua antea prohibitâ*) fiunt licitæ (*h. e. quibus uxor legitimè acquiritur; Pecuniâ ſc. Contractu ſcripto, & Concubitu. Videatur noſtra Diſſertatio de Sponſalibus & Divortiis*): Permiſſionem item & ſolutionem Juramentorum ac Votorum ingenioſè & callidè inventam (*videatur Talmud Nedarim cap. 1. 2. & ſeqq.*). Hæc omnia tranſeunt per conſiderationem judiciariam, (*hoc eſt, ut Muſcatus explicat, habentur tanquam ſepes & termini accurati & ſubtiles, Legi à Sapientibus poſiti, ut ea tanto tutius & certius obſervetur*) ſine rigore Legali (*non tan-*

quam

quam Jura Legalia, Lege ipſá mandata. Hinc ſapè dicunt de rebus vetitis vel licitis, quòd quædam ſint מדאורייתא *Lege ipſâ prohibita vel præcepta; alia,* מדרבנן *à Rabbinis. Illa habentur graviora; hæc, leviora).* Ambo verò hæc ſunt conjungenda. Nam ſi ſolâ fueris uſus ſpeculatione Judiciariâ, tranſibunt in ejus terminos inventa innumera (*nam ſi fibula hæc laxetur, & cuivis hîc libertas concedatur, homines temerarii facilè quidvis excogitabunt, ut ſibi aliquid faciant licitum*): ſi terminos illos jurium & judiciorum, qui ſunt Sepes Legis, deſeras, & ſoli ſtudio ac zelo Legis innitaris (*h. e. iis tantùm, quæ præcisè & expreſſè Lex præcepit vel prohibuit, ut Karraitæ faciunt*), tùm hoc cauſabitur hæreſes ac Schiſmata, omniaque perdet (*vide ſup. ab initio hujus §.*).

ההשתדלה התורית: ושני הענינים צריך אליהם כי אם תתיחד העיון הדיני יעברו בגבוליו מינים מתחבולות לא יתכן לספרם ואם תעזב הגבולים של דינים אשר הם סייג התורה ותסמוך על ההשתדלה יהיה סבה למינות ויאבד הכל:

NOTA

Muſcatum monere, hæc ultima verba à; Sic quando &c. *hoc ſenſu poſſe accipi & exponi;* Et illi ipſi (*Sapientes noſtri*) dum accuratè & ſubtiliter verſantur in terminis jurium vel judiciorum (*conſtituendis*), & docent quid licitum & quid vetitum ſit in Veritate judicii (*præcisè*), ſimul tamen etiam oſtendere, quæ ex illis terminis non ſint (*abſolutè & per ſe*) pulchra (*& neceſſariò obſervanda*), prout ipſimet vituperant quoque eſum carnis כוס כוס (*ſicut in Talmud Cholin fol. 37. col. 2. illud Ezech. 4. 14.* Morticinum & raptum non comedi; *explicatur;* Non comédi unquam carnem כוס כוס; Item Expenſas pecuniarias, per artes judicum, vel, ſpecie judicii expreſſas &c.

L. *Coſri*; Si res ita habeat, fateor jam multò majorem eſſe præſtantiam Rabbanitæ, qui iſtos duos modos conjungit, quàm Karraitæ, tùm internè, tùm externè. Hac enim ratione bonus corde (*h. e. lætus, hilaris*) erit in Lege ſua, eò quod certus eſt, illam per Traditionem continuam propagatam eſſe à Sapientibus veracibus, quorum Sapientia à Deo fuit. Quod verò ad Karraitam attinet, licet zelus & fervor ejus ſit ſummus, tamen non poterit lætum & quietum eſſe cor ejus, quia novit zelum ſuum meræ inniti Opinioni

כ אמר הכוזרי כיון שהדבר כן אני מודה לרבני שמקבץ אלה שני הפנים ביתרונו על הקראי בנרא' ובנסתר ויהיה עם זה טוב לב בתורתו בעבור שהיא מקובלת מהחכמים המאומתי' שחכמתם מאת האלקים כי הקראי ואם תגיע השתדלותו מה שתגיע לא ייטב לבו מפני שהוא יודע שהשתדלותו סברא והקשה

ולא ייטיב לבו ולא יבטח
שהמעשה ההוא הוא הנרצה
אצל הבורא וידע כי בעמים
הרבה אנשים משתדלים
יותר מהשתדלותו אבל נשאר
לי לשאול אותך בערוב והוא
קלות במצות השבת איך יתיר
מה שאסרו הבורא בתחבולה
ההיא הנקלה והפחותה :

נא אמר החבר חס ושלו׳
שיסכימו המון חסידים וחכמים
על מה שיתיר קשר מקשרי
התורה אך הם מורזים
ואומרים עשו ס״ג לתורה
ומן הסייגות שהשיגו שאסרו
ההוצאה וההכנסה מרשות
היחיד לרשות הרבים ובהפך
מה שלא אסרה זה התורה
ואחר כן גלגלו בס״ג ההוא
גלגול להרוחה כדי שלא
תחשב לעמל השתדלם בתורה
ושיהיה לו ריוח לבני אדם
בהשתמשם ולא יגיעו אל
הריוח ההוא אלא ברשות
והרשות הוא עשות הערוב
כדי שתהיה הכרה בין המותר
לגמרי ובין האסור ובין הס״ג :

nioni & Ratiocinationi, unde nec hilari poteſt eſſe animo, neque certam fiduciam habere, Opus illud ſuum Deo eſſe gratum; quia etiam novit, inter alios populos multos reperiri longè majori zelo præditos & ductos, quàm ipſe. Sed reſtat mihi adhuc, ut te interrogem *de Commixtione terminorum (cujus in præced. §. facta mentio)*, quæ eſt de levioribus præceptis Sabbathi; Quomodo videlicet id, quod Deus prohibuit, per illam levem inventionem & vafritiem, poſſit fieri licitum?

LI. *Judæus*; Abſit ut turba Virorum Sanctorum & Sapientum noſtrorum conſentiat in aliquid quod diſſolvat vinculum (*officium, debitum*) aliquod Legis. Accinguntilli ſe duntaxat, & dicunt; *Facite ſepem Legi*. Ex illis ſepimentis quæ fecerunt eſt, quòd prohibuerunt aliquid (*Sabbatho*) efferre vel inferre è poteſtate unius (*è loco privato*), in poteſtatem plurium (*h.e. in locum publicum*), & contrà; quod Lex non prohibuit: poſtea devolverunt (*inſeruerunt, addiderunt*) in ſepimentum iſtud devolutionem (*i.e. aliquid aliud*) ad dilatationem (*mitigationem, nempe* הָעֵרוּב *Commixtionem terminorum, per quam licitum fit, aliquid ita transferre, quia per eam diverſa & vicina loca conjunguntur, ut pro uno habeantur, & ſic aliquid de loco uno in alium transferre licitum fiat*), ne moleſtum haberetur hoc ipſorum circa legem ſtudium, & ut recreationem vel relaxationem haberent ex illius (*mitigationis*) uſu, neque ad eam pervenirent (*ejus compotes fierent*) niſi legitimè acceptâ facultate, quam licentiam nanciſcuntur faciendo עירוב Commixtionem, ut diſcernatur inter Licitum & Vetitum abſolutè, & inter Sepem. (*Ad hæc intelligenda conſulendi ſunt qui de Hebræorum juribus & Ritibus ſcripſerunt, in Ritibus Sabbathi & Commixtionum, veluti Majemonides in parte primâ, in* הלכות שבת *&* עירובין*, Arba túrim, Schylchan aruch, & alii*).

נב אמר הכוזרי כבר הספיק לי זה אבל לא חזקה אצלי מלאכת הערוב עד שתהיה מחברת בין שתי רשויות :

נג אמר החבר אם כן לא חזקה אצלך המצוה כלה החזק בעיניך התר׳ הנכס׳ והממון והעבדים בלקיחת הקנין והצואה והתרת האשה ואסורה אחר שהיתה מותרת באמרו תהא לי מקודשת והתרתה אחר שהיתה אסורה באמרו כתבו וחתמו ותנו גט : וכל מה שיש בתורת כהנים ממה שהשלמתם תלוי במעשה מן המעשים או בדבר מן הדברים וצרעת הבגד והבית התלויה במאמר הכהן טמא או טהור וכל המשכנה לא חלה הקדושה עליה אלא בהקמת משה את המשכן והמשיחה בשמן המשח וכן הכהני׳ לא חלה הקדושה עליהם אלא במלואים ובתנופה והלוים בטהרה והתנופה : וטהר הטמאים במי נדה שבו אפר

LII. *Coſri*; Hæc mihi hactenus ſuffi-ciunt; ſed nondum mihi ſatis conſtat, Quomodo ערוב Commixtio hæc conjungat duas poteſtates, (*nullam video rationem, per quam fiat, ut duo diverſa loca, privatus & publicus, ea poſſint conjungi, ut pro uno loco habeantur & cenſeantur*)?

LIII. *Judæus*; Si ſic (*velis ratiocinari, & rationem Intellectus ſufficientem vel ſatisfacientem quærere ſingulorum*); nullum Præceptum firmum conſiſtet. Num conſtat tibi ratio, cur permittantur (*ſc. alteri, vel, quomodo acquirantur*) Bona (*immobilia, fundi*)? Pecunia (*bona mobilia*) & ſervi, per contractum ſeu emptionem cum apprehenſione lintei vel panni (*Heb.* קִנְיַן סוּדָר *vel* הַקְנָאַת; *cujus rationem vide in Lexico Talmudico in voce* סוּדָר), & per Teſtamentum? Cur fœmina fiat licita, &, *quæ licita fuit cuivis antea*, omnibus ſit prohibita, poſteaquam quis ad eam dixit; *Eſto mihi deſponſata*? & cur iterum aliis licita fiat, poſteaquam illicita fuit, ſi maritus dixerit; *Scribite, obſignate, & date ei libellum repudii*? Et ſic de omnibus aliis in Lege Sacerdotum (*in Levitico*), quorum conſummatio (*exequutio*) dependet vel ab aliqua Actione, vel à Verbo aliquo. Sic *Lepra veſtimentorum & ædium* dependebat ex Sententia Sacerdotis, & juxta eam habebatur pro munda vel immunda (*Levit.* 13.): Sic in *Opere Tabernaculi* non requievit Sanctitas, niſi poſteaquam Moſes Tabernaculum erexiſſet, & Oleo unctionis unxiſſet (*Exod.* 40.): Sic ſuper Sacerdotibus non requievit Sanctitas, niſi per *Impletiones* (*manuum eorum*) & *Agitationem* (*videndum caput octavum Levitici, & de his duobus in ſpecie v.* 27.) & ſuper Levitis per Purificationem (*vide Numeror.* 8. 7. Sic autem facies eis, ut purifices eos &c.) & Agitationem (*ibid. v.* 11. Et agitabit Aharon Levitas agitatione coram Domino). Huc refer *Purificationem immundorum per Aquam ſeparationis*, in qua

הפרה ואזוב ושני תולעת ועץ ארז וחטוי הבית בשני צפרים חיות והמלאכה ההיא: וכפור העונות ביום הכפורים וטהרת מקדש מהטמאות בשעיר עזאזל עם המעשי' התלוים בו וברכת בני ישראל בנשוא אהרן את ידיו ובאמור יברכך ה' והיה חל עם כל המעשה מהמעשים האלה הענין האלקי כי התורה כהויות הטבעיות כלם משוערות מאת הבורא ואין שיעורם ביכולת בשר ודם כאשר תראה ההויות הטבעיות משתערות ומתאזנות ונערכות בהמזגם מן הטבעי' הארבע' ובמעט דבר ישלמו ויתכנו ותחול בהם הצורה אשר היא ראויה להם מחיים וצמחים ויהיה לכל מזג הצורה שהיא ראויה לו ובמעט דבר יפסד הלא תראה הביצה שיפסידה מקרה מעט מחום גדול או קור או תנועה ולא תקבל צורת האפרוח וישלימנה חמום התרנגולת אותה שלשה שבועות ותחול בו הצורה על השלמות ומי זה אשר יוכל לשער המעשים עד שיחול בהם הענין האלקי כי אם האלקים לבדו: וכמו זה טעו בעלי הכמיא והרוחניים

in qua erat de cinere Juvencæ, hyſſopus, coccus vermiculi, & lignum cedrinum, (*Numer. cap.* 19.); *Purificationem domus, per duos paſſeres vivos*, (*Levit.* 14. 49. *& ſeqq.*) & quæ præterea illic agenda præcipiuntur; *Expiationem iniquitatum* in die Expiationum (*Levit.* 16.); *Mundationem Sanctuarii* ab immunditiis per Hircum Aſaſel, (*ibid. ab initio capitis*), cum reliquis quæ eò ſpectabant; *Benedictionem filiorum Iſraëlis*, dum Aharon manus ſuas elevaret, ac diceba; *Benedicat tibi Dominus* &c. (*Numer.* 6. 24. *&c.*); quas Actiones omnes comitata & ſubſequuta eſt Res Divina (*Effectus Divinus, & præſentiæ ejus demonſtratio*). Actiones enim hæ Legales, ut Generationes Naturales omnes, moderantur & diſpenſantur à Deo, neque earum moderatio & diſpenſatio eſt in poteſtate Carnis & Sanguinis (*hominis, confer ſup.* §. 23.); Prout vides, ea quæ naturaliter generantur, menſurari, ponderari, diſponi (*h. e. menſuram, numerum, & pondus ſuum habere*) per certam mixtionem quatuor Elementorum & qualitatum è quibus conſtant, facillimeq; deinde & exiguâ vel levi re perfici, ut accipiant formam ſibi convenientem, Plantæ ſc. vel Animalis, unumquodq; pro ratione mixtionis ſuæ; exiguâ etiam & levi re corrumpi (*ut formam ſuam non accipiant*): Sic Ovum leve aliquod accidens nimii vel caloris, vel frigoris, vel motûs, corrumpere poteſt, ut non accipiat formam Pulli; perficit autem illud (*ovum*) calor naturalis Gallinæ ſpacio trium ſeptimanarum, ut perfecte forma illa ei inſit. Itaque (*ſi ſc. ita ſit comparatum in Rebus naturalibus*) quis eſſe poſſit alius, qui ita menſuret Actiones (*Legales*), ut eas ſubſequatur Res Divina, quàm Deus ipſe? Qua in re errant Alchymiſtæ (*qui ſibi perſuadent, ſe poſſe Cuprum transfor-*

הכמ'א

mare in Aurum), & Fabricatores Imaginum ſpiritualium (*de quibus jam ſuprà aliquoties*). *Alchymiſtæ* enim exiſtimant, ſe Ignem naturalem temperaturos, ut per eum efficiant quicquid voluerint, & ſubſtantias eodem modo permutent quo id facit Calor naturalis in Animalibus, in quibus Cibus mutatur in ſanguinem, carnem, oſſa, & reliqua membra; magnopere laborantes ejuſmodi Ignem invenire, ſeducti quibuſdam rebus per experientiam comprobatis, quas invenerunt ex accidenti, non quòd menſuram & proportionem illarum ſint aſſequuti: Quemadmodum e.g experientiâ videmus Hominem generari ex ſemine immiſſo in uterum. *Imaginum ſpiritualium fabricatores*, audientes, quæ, inde ab Adamo uſque ad filios Iſraëlis, per Oblationes facta ſint ſigna & miracula Divina, cogitarunt, Principium hujus rei fortaſſis eſſe naturale & ingenio humano perſcrutabile, & Prophetas magnos ac peritos fuiſſe Philoſophos, qui effecerint miracula illa ratiocinatione ſuâ; ac proinde ſperarunt, ſe quoque excogitaturos Oblationes ſimiles, certis temporibus, & ſyderum aſpectibus faciendas, ſecundum opinionis ſuæ dictamen, unà cum certis quibuſdam actionibus, & ſuffimentis; ita ut Libros integros de Stellis conſcripſerint, de rebus, quas in medium proferre eſt prohibitum. Sic *qui Nominibus (Dei, ſc. Angelorum, Magicis, vide par. 4. §. 25.) utuntur (& vim atq; efficaciam eis tribuunt)*, cùm de Propheta aliquo audiunt, quòd illi, hæc vel illa dicenti, miraculum factum ſit, exiſtimarunt, illum ſermonem, vel, illa verba cauſam fuiſſe illius miraculi. At verò quod per tales actiones (*Legales*) fit, longè aliter ſe habet, quàm quod naturaliter fit. Nam Actionum Le-

הכמים חשבו שישערו האש הטבעית במשקליהם עד שיהורה הענין להם מה שירצו ותהפך להם העצמי' כאשר תעשה אש החום הטבעי בחיים אשר יהפך המזון לדם ובשר ועצם ושאר האיברים ומזרחים למצוא כאש הזאת והתעו אותם נסיונות שמצאו אותם במקרה לא משעורם כאשר נמצא האדם נהיה מהנחת השכבת זרע ברחם והרוחני' כאשר שמעו מאדם עד בני ישראל מה שהיה להם מהקרבנות מהראות האותות האלקיות חשבו כי ההתחלה אמנם הי' מהמחקר והחפוש ושהנביאים אמנם היו חכמים מחוכמים: מחשבים הפלאות ההם בהקשותם וקוו שישערו הם גם כן קרבנות בעתים ידועים ומבטים כוכביים כפי מה שהביאה אליו סברתם עם מעשים וקטורת עד שעושין ספרים לכוכבים וזולת זה ממה שספורו אסור : ואלה בעלי השמות כאשר שמעו על נביא ונביא שדבר בכה וכה ונעש' לו הפלא שנעשה חשבו כי הדבור ההוא הוא סבה בפלא ההוא ואין הנעשה כמוטבע כי המעשים התוריים שהם דומים לטבעיים אינך יודע

תנועותם ותחשבם תוהו עד
שתראה התולדה ותרומם
מנהיגם ומניעם ותיחד לו
היכולת כאשר אם לא היית
שומע מעולם משגל ולא ידעתו
ולא ידעת התולדה ממנו
ותרא' עצמך נזקק אל הכעור
שבאיברי האשה ואתה יודע
מה שיש בקרבתה מהפחיתות
ומה שיש בכניעות אל האשה
מהגריעות היית נפלא ואומר
אין התנועות האלה אלא תהו
ושגעון עד שתראה דמיונך
נולד מן האשה יראך חבר
ותחשוב כי אתה עזרת היצירה
ושהיוצר כיון בך ישוב העולם :
וכן הם המעשים התוריים
המשוערים מאת האלקים
תשחט הכבש על חדמין ו
ותלכלך בדמו והפשטתו ו
וברחיצת מעיו והדחתו ונתוחו
וזריקת דמו ועריכת עציו
והקדת אשו ואלו לא היה
במצות אלקים היית לועג
למעשים האלה והיית חשוב
כי הם מרחיקים מן האלקים
לא מקרבים עד שכאשר ישלם
כראוי ותראה האש או תמצא
בעצמך רוח אחרת לא היית
רגיל בה או חלומות אמתיות
או גדולות. תדע כי הם תולדת
מה שהקדמת והדבר הגדול
אשר בו דבקת אליו הגעת
ואל יקשה בעיניך אם תמו'
אחרי אשר דבקת בו כי אין

num Legalium, quæ ſimiles ſunt Naturalibus, motus ignoras, easque exiſtimas eſſe inanes, donec effecta vides, illarumque Directorem & Motorem laudibus extollis, eique ſoli vim ac potentiam illam adſcribis. Quemadmodum ſi nihil unquam audiviſſes de Concubitu maritali, neq; ſcires quid ex eo gigneretur, & videres te ita commiſcentem cum membrorum muliebrium fœdiſſimo, & inde cognoſceres, quanta inſit huic actioni turpitudo, quantaque levitas ſit in ſubactione mulieris; in admirationem raperéris, & diceres; Iſti motus nil ſunt niſi mera inſania & amentia, donec videres, ſimilem tui naſci ex muliere; tùm demum utique cognoſceres, & cogitares, te Formationem (*fœtus illius*) adjuviſſe, & Creatorem conſtituiſſe mundum ſic conſervare: Eodem planè modo comparatæ ſunt Actiones Legales, & menſurantur à Deo, Ex. Gr. Mactas agnum, & conſpurcas te ejus ſanguine, excoriatione, lotione inteſtinorum, ablutione, diſſectione, ſanguinis ejus aſperſione, lignorum exſtructione, & ignis accenſione; quæ omnia niſi faceres ex præcepto Dei, irrideres & ludibrio haberes ea, exiſtimaresque illa potius à Deo elongare, quàm ad ipſum adducere, donec, decenter omnibus confectis, Ignem (*cœlitùs deſcendentem & ſacrificium illud acceptantem*) vides, vel in teipſo alium excitatum ſentis Spiritum, hactenus tibi inſuetum, aut ſomnia veracia, aut motus heroicos; ex quibus cognoſcis, hæc eſſe effecta eorum quæ antea feciſti, & per ea ad rem illam magnam cui adhæſiſti (*ad quam aſpiraſti*) te perveniſſe. Neq; durum ſit in oculis tuis (*neq; te moveat*), quòd moriendum tibi ſit, poſteaquam

ei adhæſiſti (*ei es unitus*): Mors enim tua nihil eſt niſi conſumptio Corporis duntaxat: Anima verò, quæ ad illam dignitatem & faſtigium illud pertigit, nunquam ab eo deſcendit, neque à gradu illo dimovetur. Ex quibus liquet, non poſſe ad Deum acceſſum haberi, niſi per præcepta Dei; præcepta autem Dei ſciri non poſſe, niſi per Prophetiam, non per ratiocinia & opinionem. Inter nos autem, & res illas (*quæ à Prophetis ſunt habendæ*) non datur alia propinquitas (*communio*) niſi per Cabalam fidam (*quia non omnibus ſæculis Prophetæ exiſtunt*). Qui verò Præcepta illa nobis tradiderunt, non fuerunt quidam ſingulares & pauci, ſed multi, iique Sapientes magni, qui Prophetas attigerunt (*h. e. illorum tempore vixerunt, ſic par.* 4. *§.* 3.), licet non fuerint niſi Sacerdotes, Levitæ, & Seniores, legem accipientes continuâ traditione (*orali*) ſine interruptione inde à Moſe.

LIV. *Coſri*; Attamen de Viris Templi ſecundi invenio, quòd illi obliti fuerint Legis! Præceptum enim Tabernaculorum (*quòd ſc. eo feſto in Tabernaculis habitare debeant*) non ſciverunt, uſque dum illud invenerunt in Lege ſcriptum. Sic nec Præceptum illud ſciverunt; *Non ingredietur Ammonita & Moabita in congregationem Domini* (Deut. 23. 3. Nehem. 13. 1.) [1.] Dicitur enim de illis; *Et invenerunt ſcriptum in Lege* Nehem. 8. 13; unde arguitur, Legem tùm inter illos periiſſe (*& interruptam fuiſſe illam catenam Cabaliſticam*).

מותך כי אם כלות הגוף בלבד אבל הנפש שהגיעה אל ה המעלה ההיא אין לה ירידה ממנה ולא רוחק מן המדרגה ההיא: ונתבאר מזה כי אין קורבה אל האלקים אלא במצות האלקים ואי אפשר לדעת מצות אלקים אלא מדרך נבואה לא בהקשה ולא בסברא: ואין בינינו ובין הדברים ההם קורבה אלא בקבלה הנאמנה: ואשר מסרו לנו המצות ההם לא היו יחידים אבל היו רבי׳ וחכמים גדולים שהגיעו הנביאים ואפילו לא היו כי אם הכהנים והלוים והזקנים אשר היו נושאים התורה ולא פסקו ממשה:

כד אמר הכוזרי לא ראיתי אנשי בית שני אלא שכבר שכחו התורה ולא ידעו מצות הסוכה עד שמצאוה כתובה בתור׳ וכן מצות לא יבא עמוני ומאבי ונאמר בהם וימצאו כתוב בתורה וזה ראיה על אבדן התורה:

N O T Æ.

[1.] *De Præcepto Tabernaculorum tantùm dicitur*, וַיִּמְצְאוּ כָּתוּב Et invenerunt ſcriptum, loco allegato; *De altero præcepto dicitur*; וְנִמְצָא כָּתוּב Et inventum eſt ſcriptum in eo, ſcil. libro Legis. Hic verò prius ad utrumque locum applicat.

LV. *Ju-*

נה אמר החבר אם כן אנחנו היום חכמים ויודעים יותר מהם שאנחנו יודעים התורה כלה כפי מחשבתנו ׃

LV. *Judæus*; Si ita ſit, nos ergo hodiè ſapientiores illis erimus, & plura ſcimus, quia nos, opinione noſtrâ, ſcimus Legem totam!

נו אמר הכוזרי כן אני אומר ׃

LVI. *Coſri*; Ita ajo.

נז אמר החבר אם היינו היום מצויים להקריב קרבנות ההיינו יודעים איך נשחטם ולאיזה צד וקבול דמו והפשטו ונתוחו ולכמה נתחים ינתח ואיך נקריב ואיך נזרוק הדם ומנחתו ונסכו ׃ והשיר הראוי לומר עליו ומה שהכהני׳ חייבים בו מקדושה וטהרה ומשיחה ובגדים ותכונות ׃ ואיך אוכלין הכהנים הקדשים חמניהם ומקומותם וזולת זה ממה שיארך ספורו ׃

LVII. *Judæus*; Si hodiè nobis eſſent faciendæ Oblationes vel Sacrificia, an ſciremus, quomodo illa eſſent mactanda! verſus quod latus! (*quam plagam mundi*)! quomodo ſanguis excipiendus, excoriatio facienda! quâ ratione, & in quot partes ſint dividenda & diſſecanda? quomodo item offerenda, ſanguis ſpargendus, quæ mincha cum eo facienda, quomodo libandum, quis hymnus ſuper eo recitandus, ſanctitatem & puritatem à Sacerdotibus requiſitam, Unctionem, Veſtimenta, &c. quomodo Sacerdotes comedere debeant res ſanctas, quibus temporibus, quibusvé locis! & alia, quæ recitare prolixum nimis foret!

נח אמר הכוזרי לא נדע זה אלא מכהן או נביא ׃

LVIII. *Coſri*; Hæc non poſſemus ſcire, niſi à Sacerdote, aut Propheta.

נט אמר החבר הלא ראית אנשי בית שני איך בנו המזבח עד שעזרם האלהים על בנין הבית ואחר כן בנין החומה התחשוב שהיו מקריבים מבלי סדר כפי שיזדמן ׃

LIX. *Judæus*; Annon verò vidiſti, (vel, *legiſti*) quòd Viri Templi ſecundi exſtruxerint Altare (*ſtatim cùm aſcendiſſent, antequam Templum ædificaſſent, & ſuper eo holocauſta obtulerint &c. & poſtea holocauſtum juge &c. Eſræ 3. v. 1. 2. & ſeqq.*) donec Deus ipſos adjuvit, ut Templum etiam ædificarint, & poſt hoc Muros (*urbis*) inſtaurarint (*Nehem. 2.*)? An exiſtimas illos obtuliſſe ſacrificia ſine ordine, pro lubitu & arbitrio?

ס אמר הכוזרי לא יתכן שתהיה עולה אשה ריח ניחוח והיא מצוה שאינה שכלית עד שישלמו כל חלקיה ברשות הבורא ובמצותו ׃

LX. *Coſri*; Non poteſt Holocauſtum eſſe Ignitum odoris grati, (*Levit. 1. v. 9.*) niſi fiat accuratè ſecundum Dei præſcriptum ordinem & præceptum; quia non eſt præceptum Intellectuale (*Intellectus enim id non docet vel dictat., ac proinde nec formas aut circumſtantias ejus docere poteſt*).

LXI. *Judæus*; Qui verò has ſubtiles & accuratas Legis rationes novit, an illum latebit, Facienda eſſe Tabernacula, &, Non admittendum eſſe Ammonitam & Moabitam in congregationem Domini? [1.] Maximè cùm non ignorârint Præceptum Diei Expiationum, & quæ majora ſunt Tabernaculorum præcepto, ad quæ omnia requiritur Sapientia excellentisſima, & Doctoris alicujus præſentia.

סא אמר החבר ומי שיודע
אלה הדקדוקי' בתור' היעלם
ממנו עשות הסוכה ומצות לא
יבא עמוני ומואבי ׃ כל שכן
שכבר ידעו מצות יום הכפורים
ומה שהוא גדול מהסוכה וכלם
צריכות לחכמה מופלאה
ומלמד מזומן ׃

[1.] *Nota hæc verba*, כל שכן Maximè cùm &c. *usq; ad finem paragraphi in utraq; editione Hebraâ contineri paragrapho 60. ſub Regis perſona. Cùm verò illis Viri Templi ſecundi commendentur, quòd Legis fuerint periti, & id Rex impugnet, aut ſaltem in dubium vocet, tam in præc. quàm ſequenti etiam paragrapho, hinc Muſcatus exiſtimat, errorem hîc commiſſum eſſe, & Judæo in hoc paragrapho meliùs ea attribui, eo quo nos illa potuimus loco & modo.*

Deinde quòd ait, illos non ignoraſſe præceptum Diei Expiationum; *ideò illud fieri notat Muſcatus, quia de eo nihil in Scriptura invenitur, quòd id eis fuerit ignotum, ſicut de feſto Tabernaculorum. Quòd Eſra 3.4. dicitur*, illos feciſſe feſtum Tabernaculorum, ſicut ſcriptum eſt, & holocauſta per ſingulos dies, *unde non credibile ſit, illos ita ſubitò ejus oblitos fuiſſe, putat ita conciliandum, ut dicatur, hoc intelligendum eſſe de Oblationibus & ſacrificiis illius feſti: quòd Nehemiæ 8.13. dicitur, de habitatione in tabernaculis; hoc nimirum ipſis excidiſſe, quòd in Tabernaculis habitare debeant: hinc dici*; Et invenerunt in Lege ſcriptum &c. אֲשֶׁר יֵשְׁבוּ quòd habitare debeant filii Iſraëlis in tabernaculis &c.

LXII. *Coſri*; Si res ita habet, quid ergo dicemus de eo, quod de illis Nehem. 8. dicitur; *Et invenerunt ſcriptum in Lege?*

סב אמר הכוזרי אם כן מה
נאמר בוימצאו כתוב בתור' ׃

LXIII. *Judæus*; Clarum & evidens eſt, Scriptores Sacros non voluiſſe ſcripto prodere arcana, ſed vulgò nota & perſpecta. Neq; enim de ſapientia Joſuæ, quam à Deo accepit & à Moſe, quicquam referunt: ſed duntaxat narrat e. g. Hiſtoriam ſiccati Jordanis (*Joſ. cap. 3.*) retenti Curſûs Solis (*Joſ. cap. 10.*) Circumciſionis, (*Joſ. 5.*) quia hæc in vulgus nota erant. Sic (*in libro Judicum & reliquis hiſtoricis*) in

סג אמר החבר הטעם הברור
הוא שכותב המקרא לא
הרגיש לנסתרות אבל כתב
המפורסמות הגלויות ולא
העתיק מיהושע מחכמתו ש
שקבל מאלהים וממשה דבר ׃
אבל זכר יום עמידת הירדן
ויום עמיד' השמש ויום המילה
בעבור פרסומם אצל ההמון ׃

historia

וכן מספורי שמשון ודבורה וגדעון ושמואל ודוד ושלמה לא זכר מחכמתם ולא ממה שהיה להם מהמעשים בתורה דבר ׃ אבל זכר מדברי שלמה סעודותיו הגדולות ועשרו הגדול ולא זכר מכל חכמותיו הנפלאות חוץ מאז תבואנה שתים נשי׳ זונות בעבור שהיה הדבר במעמד ההמון ׃ אבל חכמתו עם מלכת שבא חולתה לא זכר כי לא היתה כונת הכותב לזכור כי אם הדבר המפורסם בהמון אשר נשאוהו כל העם ׃ אך הדברים המיוחדים אשר מנשאים אותם היחידים כלם אבדו ממנו אלא המעט מהם או המליצות הצחות מהנבוא׳ שערבו לבני אדם ללמדם ליקרת עניניהם וצחות דבריהם ׃ וכן לא כתב מדברי עזרא ונחמיה אלא המפורסם בהמון והיה יום עשות הסוכה יום מפורסם בכה שחרדו העם ועלו להרים בעבור עלי זית ועלי הדס ועלי תמרים ועלי עץ עבות ׃ ומה שאמר וימצאו כתוב ר״ל ש ששמעו עם הארץ וההמון וחרדו לעשות הסוכות אבל היחידים לא אבדה מהם מצוה קלה כל שכן גדולה וכיון הכותב להגדיל ענין היום

hiſtoria Samſonis, Deboræ, Gedeonis, Samuelis, Salomonis, nihil quicquam commemoratur de illorum ſapientia, vel quas actiones Legales habuerint: Deſcribuntur Salomonis magna convivia, & ampliſſimæ Divitiæ, de omni ejus Sapientia admirandâ altum ſilentium, excepto eo quod de duabus mulieribus meretricibus coram eo litigantibus proditum eſt, quia res illa geſta. fuit in publico cætu (*1. Reg. 3. à ver. 16. & ſeqq.*) Sapientia ejus cum Regina Saba (*ejus colloquia cum illa Regina*) & alia, non exponuntur; quia Intentio Scriptoris non fuit niſi ea recenſére, quæ vulgo nota; & ejus quoque captui congrua fuerunt: Res verò ſingulares, quibus illi ſingulares & eximii viri excelluerunt (*per notitiam Legis oralis, & diſciplinarum*), eæ omnes inter nos perierunt, exceptis quibuſdam paucis (*vide par. 4. §. 31.*), & Orationibus vel Concionibus nonnullis elegantibus Prophetarum, quas cum voluptate diſcere poterant homines, propter rerum præſtantiam, & verborum ſeu ſermonis venuſtatem. Sic de Eſræ & Nehemiæ rebus nihil memoriæ proditum eſt, niſi quod in vulgo notum erat: Dies autem Tabernaculorum faciendorum erat Dies omnibus notus, dum trepidè & feſtinanter populus excurrit & aſcendit in montes, ad conquirenda folia Olivæ, Myrti, Palmarum, & Arboris denſæ vel nemoroſæ, (*Nehem. 18. 15.*). Quod dicitur; *Et invenerunt ſcriptum*, id intelligitur de Populo terræ & plebe promiſcua, quòd illi, hæc audientes, pavidi concurrerint ad facienda tabernacula; Quòd verò ad ſingulares & præſtantiores attinet, illis non exciderat vel minimum præceptum, nedum magnum aliquod. Et nihil aliud intendit Scriptor illius libri,

ההוא כאשר כוון ביום שגרשו העמונִיו׳ והמואביות מפני שהיה יום מעשה גדול לגרש העם את אמות בניהם והוא דבר קשה עד מאד ואינני סבור שאומה מן האומות תקבל כעבודה הזאת לאלהיה זולתי הסגולה הזאת ועל פרסום המעמד הזה אמר וימצאו כתוב רל כי כאשר הגיע הקורא על עם הארץ לא יבא עמוני ומואבי חרדו העם והיתה חרדה גדולה ביום ההוא :

quam hiſtoriam Diei illius (*tùm celebrati*) magnificè exaggerare. Quemadmodum idem intendit, in commemorando die illo, quo ejecerunt Ammonitidas & Moabiticas mulieres, quia Dies notabilis, & Actio memorabilis fuit, quo Populus expulit matres filiorum ſuorum. Res quippe dura valdè eſt, neque exiſtimo, facilè inventum iri populum alium & Idololatricum, qui hujuſmodi cultum in gratiam Dei ſui in ſe recipiat, excepto populo hoc peculiari. Et de publici hujus cætus notitia dicitur; [1.] *Et invenerunt ſcriptum*, h. e. Cùm Lector (*in lectione Legis*) perveniſſet ad hunc verſum; *Non ingredietur Ammonita & Moabita in congregationem Domini*; vehementer conſternatus fuit populus, maximaque conſternatio eos invaſit in die illa.

N O T A.

[1.] *De hac actione non dicitur*; Et invenerunt ſcriptum; *ſed*; Et inventum eſt ſcriptum, *ut ſuprà viſum §. 54. Id vel ideò factum, quia utriusq; phraſis eundem ſenſum eſſe exiſtimavit*, ac proindè non curæ ipſi fuit, ipſa verba allegare; vel error eſt *μνημονευτικὸς*, cujus ſimiles & alii in Rabbinorum ſcriptis occurrunt, quòd ſuæ memoriæ nimiùm fiderent, ut ipſe Muſcatus agnovit. Sic notat, in More hannevóchim par.1. cap.19. talem errorem extare, quando allegatur, מלא העומר לאחד. ubi dicit duo loca eſſe conflata. Vide Exod. 16.22. & 32. Sic dicit, R. Levi ben Gerſon ſæpè erraſſe in libro מלחמות ה׳ veluti cùm Davidi attribuit dictum Eſaiæ, אוֹדְךָ ה׳ כִּי אָנַפְתָּ בִּי, Eſa. 12. 1.

סד אמר הכוזרי רוצה אני שתביא לי טעם מאיכות הקבלה המורה על אמתתה :

LXIV. *Coſri*; Velim te mihi pauca quędam delibare de Ratione Cabalæ (*ejus continuatione & ſerie*), quæ mihi illius veritatem oſtendant.

סה אמר החבר כי הנבואה התמידה עם אנשי בית שני ארבעים שנה מהזקנים הנעזרי׳ בכח השכינה שהיתה בבית ראשון שהנבואה הנקנית

LXV. *Judæus*; Prophetia duravit inter Viros Templi ſecundi per quadraginta annos in Senioribus, qui adjuti (*inſtructi*) fuerunt virtute Præſentiæ Divinæ, quæ fuit (*inter ipſos*) ſub Templo primo; quia Prophetia habitualis ſublata eſt, ſub-

נסתלקה בהסתלק השכינה
ולא היו מקוים לה אלא בעת
מופלא ובעבור כח גדול כמו
אברהם ומשה והמשיח ש
שאנחנו מקוי' אליהו והדומי
להם אשר הם בעצמ' מעון
לשכינ' ובהמצאם יקנו ה
הנמצאי' מדרגת הנבואה
ונשאר לעם כשובם אל הבית
חגי זכריה ועזרא וזולתם
ואחר הארבעים שנה היה
המון החכמים הנקראים אנשי
כנסת הגדולה ולא יספרו מרוב
והם שעלו עם זרובבל סמכו
קבלתם אל הנביאים כאשר
אמרו ונביאים מסרוה לאנשי
כנסת הגדולה : ואחריהם
דור שמעון הצדיק כהן גדול
ומי שהיו בסיעתו מתלמידים
וחברים :

eſt, ſublatâ præſentiâ Majeſtatis Divinæ; neque ea exſpectanda iterum eſt, niſi Tempore miraculoſo, & per virtutem magnam (*h. e. in hominibus ſummâ virtute & ſanctitate præditis*), qualis fuit in Abrahamo, Moſe, Meſsiâ quem exſpectamus, Eliâ, & ſimilibus, qui per ſeipſos ſunt habitaculum Majeſtatis Divinæ, adeò ut ſi tales inveniantur & exiſtant, illi gradum Prophetiæ acquirant:

Superſtites ex illis (*ſenioribus antè commemoratis*), cùm ad Templum reverterentur (*ex Babylonia*) fuerunt, *Haggeus*, *Zacharias*, *Eſras*, & alii; (*hi ſunt illi* Seniores, *quorum ab initio §. fecit mentionem*).

Poſt quadraginta annos fuit (*continuavit*) multitudo illa Sapientum, qui vocantur *Viri Synagogæ magnæ*, qui præ multitudine non numerari poſſunt: hi, qui aſcenderunt (*Hieroſolymam cum Zorobabele*) retulerunt Cabalam ſuam ad Prophetas, ſicuti ajunt; *Et Prophetæ tradiderunt eam Viris Synagogæ magnæ.*

Hos ſequuta eſt generatio *Simeonis Juſti*, Sacerdotis magni, & Diſcipuli ac Socii, qui de collegio ejus fuerunt.

N O T Æ.

Quòd hic videtur velle, Viros Synagogæ magnæ demùm 40. annis poſt exſtructum Templum ſecundum fuiſſe, & Simeonem Juſtum ponere poſt Viros Synagogæ Magnæ, diſſentit à communi Rabbinorum ſententia, qui initium illorum referunt ad initium ipſius Templi, & iſtum Simeonem etiam de illo Concilio fuiſſe volunt, ac ultimum reliquis omnibus ſupervixiſſe. Hinc R. Aſarias in Meor Enájim f. 116. b. exiſtimat, errorem hîc irrepſiſſe in libro Coſri, quem ille non Scribis, ſed Interpreti, ceu minus fido & accurato, adſcribit. R. Muſcatus autem conatur & Authorem & Interpretem ab hac culpa vindicare, & ita mentem illorum exponit: Non, inquit, vult dicere, quòd poſt 40. annos fuerit initium Virorum Synagogæ magnæ, & poſt illorum occaſum demùm exorta fuerit lux Simeonis Juſti, rejiciendo ſic initium illorum in quadrageſimum ab exſtructo Templo annum. Neminem enim latet, primarios Synagogæ illius magnę Viros fuiſſe ex illis ipſis qui aſcenderunt è Babele ſtatim ab initio Do-

tio Domûs ſecundæ, quorum partim in Scriptura, partim apud Rabbinos noſtros ſit mentio, & apud Majemonidem *&c:* Sed intentio ejus eſt docére, quòd poſteaquàm è medio ſublati fuerunt Prophetæ *(Haggeus, Zacharias, Eſras &c.)* Viri Synagogæ magnæ adhuc continuârint, qui antea jam inceperant. Sic quùm dicit, *Poſt illos ſequutam eſſe generationem Simeonis Juſti*, vult dicere, quòd propter longævitatem ſuam ipſis ſupervixerit, vel quòd eſſet ætate junior adhuc, cùm ille cœtus congregaretur. Et ſic ceſſat hîc reprehenſio R. Aſariæ in Meor enájim, quâ invehitur tum in Authorem, tùm in Translatorem illius libri. Interpres enim R. Jehudah Aben Tybbon, fuit eximius, fidus, & accuratus, & mentem authoris dextrè exprimens, ut in Præfat. hujus libri diximus &c. *De Viris Synagogæ magnæ conſulatur Tiberias Parentis mei.*

ואחריו אנטיגנוס איש סוכו מפורסם ומתלמידיו צדוק וביתוס שהיו שורש למינים ובהם נקראו הצדוקים ו והביתוסים : ואחריו יוסף בן יועזר חסיד שבכהונה ויוסף בן יוחנן וחביריהם ובו אמרו משמרת יוסף בן יועזר בטלו האשכולות שנא' אין אשכול לאכול מפני שלא ידעו לו עון מנעוריו עד יום מותו : ו ואחריו יהושע בן פרחיה דברו מפורסם וישו הנוצרי היה מתלמידיו ונתאי הארבלי היה בדורו : ואחריו יהודה בן טבאי ושמעון בן שטח וחביריהם ובימיהם התחילה דעת הקראות בעבור מה שאירע לחכמים עם ינאי המלך והיה כהן והיתה אמו חשודה שהיא

Poſt hunc *Antigonus* Sochitanus, celebris, è cujus diſcipulis fuerunt *Zadok* & *Bajethos*, qui fuerunt radix Hæreticorum, unde Sadducæi & Bajthoſei nomen acceperunt.

Poſt hunc, *Joſeph filius Joëſeris*, ſanctus Sacerdos, & *Joſeph filius Johannis*, eorumque ſocii. De hoc ajunt; *Ex quo mortuus eſt Joſeph ben Joëſer, ceſſaverunt botri (id eſt, viri ſolidæ & maturæ doctrinæ, Talm. Sota cap. ult. in Miſchna. De* אשכול *vide Lex. Talm. in litera Aleph p.235.), ſicut dicitur*; Non eſt botrus ad comedendum, Mich. 7.1. quia nullius argui potuit peccati inde à juventute ſua, uſque ad diem mortis ſuæ.

Poſt hunc *Joſua ben Perachjah*, cujus hiſtoria nota eſt. Hujus diſcipulus fuit *Jeſus Nazarenus (hæc verba in ſecunda editione ſunt omiſſa. Scribitur autem hoc idem in Cabala Abrahami bar Dior, & poſt eum ab aliis, vide iterum Voſſium ad Tzemach David, f.267.)*: hujus quoq; ſeculo fuit *Nethaj Arbelita*.

Poſt hunc, *Jehudah ben Tabbaj, & Simeon ben Schetach*, eorumq; Collegæ. Horum temporibus incepit ſecta *Karræorum*, propter quidpiam quod contigit inter Sapientes & Jannæum Regem *(Alexandrum)*, qui fuit è Sacerdotibus *(Haſmonæorum)*, & matrem habuit ſuſpectam, quaſi eſſet חללה ex illegitimo conjugio nata *(quid hac voce* חֲלָלָה *Hebræi intelligant,*

חללה ורמז אליו אחד מן ה
החכמים שאמר לו ינאי המלך
רב לכם כתר מלכות והנח
כתר כהונ' לזרעו של אהרן
ויעצוהו חביריו להבאיש ב
בחכמים ולכלותם ולהגלותם
ולהמיתם : ואמר להם כאשר
נאבד החכמים ממי נלמוד
התור' אמרו לו הרי תורה
שבכתב כל הרוצה יבוא
וילמוד ואל תרגיש בתורה
שבעל פה : והאמין להם
ושמע דבריהם והגלה החכמים
ובכללם שמעון בן שטח והיה
חתנו ונתקלקלה הרבנות זמן
מועט וטרחו להחזיק התורה
בשקול דעתם והקשותם
ונלאו ולא יכולו עד שהושב
שמעון בן שטח ותלמידיו מ
מאלכסנדריא ושבה הקבלה
לאיתנה : וכבר השרישו ה
הקראין שורש עם אנשי'
שהיו דוחי' תורה שבעל פה
ומתחכמים בטענות כאשר
אתה רואה שעושין היום
אבל הצדוקים והביתוסים אינם
כי אם מינים אפיקרוסים
מכחשים העולם הבא והם
המיני' שאנו מתפללים על זה
בתפלתנו המומרים הנכנסים
בתורת המעמידית הטבולים
בירדן : אך הקראים הם
משתדלים בשרשים ומתחכמים
בתולדות : ואפשר שיגיע
הפסד

telligant, vide in Diſſertatione noſtra de Sponſalibus, ſect. 29.) Hoc ei quidam è Sapientibus tacitè exprobrans, dixit ad eum; *Jannaj Rex, ſufficiat tibi Corona Regni, relinque Coronam Sacerdotii ſemini Aharonis.* Unde conſuluerunt ipſi ſocii & collegæ ejus, malis afficere Sapientes, eos perdere, in exilium relegare, & occidere. Quibus ille; *Quum Sapientes perdiderimus, à quo diſcemus Legem?* Illi regeſſerunt; *Ecce habetur Lex ſcripta, qui vult, veniat & diſcat: neq; eſt quod ſollicitus ſis de Lege orali.* Itaq; aſſenſit, & morem geſſit verbis ipſorum, in exilium relegando Sapientes, inter quos etiam fuit Simeon filius Schétach, qui fuit ejus gener (*vel affinis, uxoris frater, ut alii volunt. Hiſtoria hæc extat in Talm. Kiddúſchin cap.* 3. *prolixè*). Sic Rabbinorum dignitas deſtructa fuit ad tempus aliquod, laboraruntque conſervare Legem ſuo ingenio & ſuis ratiocinationibus, ſed non potuerunt, donec ex Alexandria revocatus fuit Simeon ben Schétach, ejusque diſcipuli, & cum eo Cabala ſeu Traditio oralis priſtinum ſuum vigorem recuperavit. Radices autem egerunt & Karræi & ſe corroborarunt, conjungentes ſe cum aliis Legem oralem rejicientibus, & rationibus ac argumentis ingenioſis ac ſpecioſis ſuam ſententiam confirmabant, ſicuti eos vides etiamnum hodiè facientes. Sadducæi & Bajethoſæi ſunt Hæretici, negantes ſæculum futurum, (*vitam æternam*), & ſunt illi ipſi המינים hæretici, contra quos in Precatione quadam noſtra oramus; [1.] *Apoſtatas, qui amplectuntur Legem ſeu ritum Baptiſmi, & tinguntur in Jordane*: Karraitæ autem accurati ſunt circa radices ſeu fundamenta Legis, ſed ingenio ſuo indulgent circa particularia & eam conſequentia: Et fieri poteſt ut corrumpantur

etiam quandoque radices ſeu fundamenta, non quidem ex ipſorum intentione, ſed ex ſtoliditate & ignorantia eorum (*vide ſup. §. 49.*).

הפסד אל השרשים רק מ
מסכלותם לא בכונה מהם ו

NOTÆ.

[1.] *Prolixiùs hæc omnia enarrata videantur apud Muſcatum, & Abarbenelem in* נחלת אבות; *cap. 1. fol. 31. p. 2. & ſeq. Ex illis apparet, initium Karræorum referri ab eis ad tempora Joſuæ ben Perachja, & Simeonis ben Schetach.*

Quod ad Precationem illã attinet; המומרים הנכנסים בתורת המעמודית הטבולים בירדן; *in ea prima vox omiſſa, unde ſpacium vacuum relictum: ea alicubi in libris Precum quærenda, & ſupplenda:* deinde *pro* הנכנסים *erat* הנסנסים, *quod ego erroneum eſſe puto, pro* הנכנסים; tertiò *vox* מעמודית *prorſus eſt inſolens in Rabbinorum libris, nec mihi, quod meminerim, alibi occurrit. Uſitata autem eſt apud Syros pro* Baptiſmo, Ablutione: quartò *notandum, verba iſta,* והם המינים, *usq; ad* הירדן *in ſecunda editione eſſe omiſſa. Manifeſtè autem ſatis patet, eam eſſe directam contra eos, qui deſerto Judaiſmo, fidei Chriſtianæ per Baptiſmum inſeruntur, & olim tempore Chriſti & Apoſtolorum in Jordane per immerſionem baptizati fuerunt. Aut an* תורת מעמודית *erit pro* מוחמדית *Lex Mahummetica, Turcica! Prius mihi videtur probabilius. De voce* מינים *videatur Lexicon Talmud. in* מין. *De precatione, quâ Judæi utuntur contra hæreticos hos & Apoſtatas, ibid. & in radice* שמד.

Poſt hunc fuêre *Schemájah, & Abtalion,* è quorum diſcipulis fuêre Hillel & Schammaj: Quod ad Hillelem attinet, nota & celebrata eſt ejus ſapientia & manſuetudo (*vide Talm. Schab. cap. 2.*); fuit ex ſemine Davidis (*vide Majem. præf. in Miſchnájoth, cap. 3. ubi dicit, eum fuiſſe è filiis Schephatjah, filii Avital, filii Davidis*), vixitque 120. annos (*ſic tradit Abraham ben Dior in ſua Kabbalah, & in fine libri Siphre, ubi comparatio inter Moſen inſtituitur, qui etiam 120. annis vixit, & Hillelem*), & habuit aliquot [1.] millia diſcipulorum, de quorum ſelectisſimis dicebant; *Octoaginta diſcipulos habuit Hillel ſenex, è quibus triginta digni fuerunt, ſuper quibus habitaret Majeſtas Divina; triginta, ad intercalandos annos; viginti, intermedii; maximus omnium fuit* Jonathan filius Uzielis; *minimus*, Rabban Jochanan, filius Saccæi ſeu Za-

ואחריו היה שמעיה ואבטליון ומתלמידיהם הלל ושמאי והיה מענין הלל מה שהוא מפורסם מחכמתו וענותנותו והוא מזרע דוד וחיה מאה ועשרים שנה והית לו כמה אלפים תלמידים ובמובחרים מהם אמרו שמנים תלמידים היו לו להלל הזקן שלשים מהם ראויים שתשרה שכינה עליהם ושלשים מהם ראויים לעבר השנים ועשרים בינוני׳ גדול שבהם יונתן בן עוזיאל קטן שבהם רבן יוחנן בן זכאי שלא הניח מקרא ומשנה

ותלמוד והלכות והגדות וכל
מדות חכמים וכל מדות
סופרים וכל דבר ודבר שהוא
מדברי תורה שלא למדו ׃
ואמרו עליו שלא שח שיחת
חולין מימיו ולא הניח אדם
בבית המדרש ולא ישן בבית
המדרש לא שינת קבע ולא
שינת עראי ׃ ולא הלך ארבע
אמות בלא תורה ובלא תפלין
ולא מצאו אדם יושב ודומם
אלא יושב ודורש ׃ ולא פתח
אדם לתלמידיו אלא הוא ׃
ולא אמ' דבר שלא שמע מפי
רבו ולא אמר הגיע עת לעמוד
בבית המדרש ׃

ſeu Zachæi, *qui nihil omiſit ex Miſchna, Gemara, Ritibus, Haggadoth, ex omnibus obſervationibus Sapientum, & Scribarum, ut & verbis Legis, quod non didicerit* (*vide Maſſech. Succa cap.2. & Bava baſra cap.* 8. *Avoth R. Nathan cap.* 14.). De eo dicunt etiam, *quòd nullum ſermonem prophanum ex ore ſuo emiſerit omnibus diebus vitæ ſuæ, neminem in Synagoga reliquerit* (ſed ultimus ſemper ipſe fuerit), *nunquam in ea dormiverit, neq; ordinariè, neq; extraordinariè & accidentaliter: nunquam vel ad quatuor cubitos ivit ſine Lege & Tephillin; nemo unquam eum invenit ſedentem & tacentem, ſed ſedentem & diſſerentem vel concionantem; nemo diſcipulis ejus aperuit, niſi ipſe; nihil dixit, quod non audiverit ex ore Præceptoris ſui*; nunquam dixit Adeſt tempus ſurgendi & abeundi è Synagoga (*vide Avoth R. Nathan, cap.* 14.).

N O T A.

[1.] *Muſcatus ſcribit:* Definitum numerum diſcipulorum ejus equidem non audivimus: non dubitandum verò eſt, quin fuerit maximus. Nam R. Akiva, qui fuit è diſcipulis diſcipulorum ejus, habuit 24000. diſcipulorum, uti traditur in Talm. Ketubh. cap. 5. fol. 63. 1. Et eodem Tractatu cap. 13. fol. 106. col. 1. legimus: Quando Rabbini noſtri dimittebantur è Schola ſeu Auditorio Eliſæ, remanſerunt 2200. qui cum ipſo prandebant: Quando exibant ex Schola τοῦ Raf, itidem 2200. cum ipſo manſerunt: Ex Schola Raf Hunæ 800. Hic Raf Huna, quando legit, legit coram 13. Amoræis (*hi deinde quæ ab ipſo audiverunt, antè & ponè, ad dexteram & ſiniſtram, referebant aliis: quia propter multitudinem ipſummet non omnes audire poterant*): Quando ſurgebant finitâ Lectione è Schola Raf Hunæ, & pallia ſua excutiebant, tantus excitabatur pulvis, ut Dies, & Sol ipſe obtenebraretur: Quando diſcedebant ex auditorio Rabbæ, & Raf Joſephi, remanebant cum ipſo 200. Rabbini, qui ſe (*ob paucitatem*) vocabant יתמי *Pupillos*, è domo ſeu Schola Avaj, vel ut alii volunt, Raf Papæ, vel ut alii, Raf Aſſæ, remanebant cum ipſo 200. Rabbini, qui ſe vocabant (*eandem ob cauſam*) יתמי דיתמי *Pupillos pupillorum. Hactenus in Talmud. Addit Muſcatus*; Si hi tantum diſcipulorum numerum

numerum habuerunt, quanto magis credibile, diſcipulos R. Hillelis fuiſſe inſtar arenæ maris?

Veſtigiis ejus inſiſtebat R. *Eliéſer*, ejus diſcipulus: Rabbi Jochanan ben Saccaj autem ille vixit centum viginti annos, ſicut ejus præceptor (*vide Talm. Roſch haſſchána cap.* 4.). floruitque tempore vaſtationis Templi ſecundi (*vide Talm. Gittin, cap.* 5.). Ex diſcipulis etiam ejus fuit *R. Eliéſer filius Hyrcani*, de quo habemus *Pirke R. Eliéſer*, h. e. Capitula R. Elieſeris, celebrata ab eruditione Aſtronomiæ, proprietatum Sphærarum ſeu orbium cœleſtium, & terræ, omnique adeò re rarâ & admirandâ Scientiæ Planetarum. Ex ejus inſuper diſcipulis fuit *R. Iſmaël ben Eliſcha*, Sacerdos magnus, & hic eſt Rabbi Iſmaël, author היכלות *Templorum* (*libri ſic appellati*) הכרת פנים Phyſiognomiæ, & Operis Mercávah; quia ſecreta horum omnium noverat, ita ut proximè ad gradum Propheticum acceſſerit. Idem eſt, qui aliquando dicebat; *Vice quadam ingreſſus ad adolendum ſuffitum, vidi Achtarielem, Jah, Dominum Exercituum*, & quæ reliqua ibi habentur (*Talm. Beráchoth cap.* 1.) Præterea etiam ex diſcipulis ejus fuit *R. Jehoſuah*, cum quo & Rabban Gamaliele contigerunt ea quæ nota ſunt (*in Beráchoth cap.* 4.): item *R. Joſeh*, & *R. Eliéſer ben Erech*, de quo dixerunt; *Si eſſent omnes ſapientes Iſraëlis in lance ſtatéræ una, & R. Eliéſer ben Erech in lance altera, præponderaret omnibus*, (*Avoth cap.* 2.).

Illis ſeculis, præter iſtos laudatos, & alios plures Sapientes, Sacerdotes, & Levitas, quorum ἔργον fuit Lex ipſorum, non defuerunt unquam Septuaginta aſſeſſores Synedrii, & Sapientia in ipſis requiſita. Juxta horum os (*ſententiam*) conſtituebant præfectos, & removebant

וכן היה רבי אליעזר תלמידו נוהג
אחריו וזה רבן יוחנן בן זכאי חיה
מאה ועשרים שנה כרבו והיה
בחורבן בית שני ומתלמידיו
רבי אליעזר בן הורקנוס ש
שיש לו פרקי ר' אליעזר ה
המפורסמים בתכונה ומדות
הגלגלים והארץ וכל דבר
מופלא כחכמת הכוכבי' ו
ומתלמידיו רבי ישמעאל בן
אלישע כהן גדול והוא רבי
ישמעאל של היכלות והכרת
פנים ומעשה מרכבה כי ידע
סודותיהם עד שהיה ראוי
למדרגה קרובה מהנבואה
והוא האומ' פעם אחת
נכנסתי להקטיר קטורת ו
וראיתי אכתריאל יה יי' צבאות
ושאר הענין ומתלמידיו רבי
יהושע שארעו לו עם רבן
גמליאל הדברים הידועים :
ורבי יוסי ורבי אלעז' בן ערך
שאמרו עליו אם יהיו כל חכמי
ישראל בכף מאזנים ורבי א
אלעזר בן ערך בכף שנייה
מכריע את כלם : ובאל[illegible]
הדורות זולתי אלו המפורסמים
וזולת המון החכמים וזולת
הכהני' והלוי' שהיתה תורתם
אומנותם לא פסקו השבעי'
סנהדרין וחכמתם על פיהם
היו ממנים הממונה ומעבירין
המועבר כמו שאמרו אר ש
שמעון בן יוחאי כך מקובל אני

מפי שבעי' זקנים ביום ש
שהושיבו את ר' אליע' ב
בישיבה ונמשכים אחר
השבעי' מאות שלא היו
כמותם ונמשכים אחר המאות
אלפים אחר שלא יתכן להוצ"א
שבעים אלא ממאו' שהם
למטה מהם וכן על ההדרגה
ואחרי אלה ר' עקיב' ור' טרפון
וחביריה' וכולם אחר החורבן
והגיע רבי עקיבא אל גבול
קרוב כהנבואה עד שהיה
משתמש בעולם הרוחניים
כאשר אמרו עליו ארבעה
נכנסו לפרדס אחד הציץ ומת
אחד הציץ ונפגע אחד הציץ
וקצץ בנטיעו' אחד בא בשלום
ויצא בשלום ומנו רבי עקיבא :
והיה המת מי שלא סבל ראית
העולם ההוא עד שנתקה
הרכבתו : והשני נפגע ו
ונטרפה דעתו הטירוף האלקי
ולא הועילו בו בני אדם :
והשלישי הפסיד המעשים מפני
שהשקיף על השכלים אמר
אלה המעשים הם כלים
ומשתמשים מגיעים אל ה
ההדרג' הזאת הרוחנית ואני
כבר הגעתי אליה ולא ארגיש
על מעשה התורה : ונפסד
והפסיד ותעה והתעה : ורבי
עקיבה היה משתמש בשני

movebant rejiciendos, ſicut ajunt; *Dixit R. Simeon ben Jochaj; Sic per traditionem edoctus ſum ex ore ſeptuaginta ſeniorum, eo die quo præfecerunt R. Elieſerum Academiæ*, (caput Synagogæ conſtituerunt, remoto ab ea dignitate Rabban Gamaliele, vide Berách. cap. 4.).

Poſt hos ſeptuaginta fuerunt centeni, non ſicut ipſi (*illis inferiores*): & poſt hos centenos Mille, centenis inferiores. Non enim eliciuntur vel eliguntur ſeptuaginta, niſi è centum, qui proximè illis ſunt inferiores; & ſic gradatim, vel, conſequenter (*Videatur Talm. Sanhed. cap.* 4.).

Poſt hos fuerunt *R. Akiva*, & *R. Tarphon*, eorumque Collegæ, omnes poſt vaſtationem Templi. Hic R. Akiva proximè acceſſit ad terminum (*gradum*) Propheticum, uſuſque fuit mundo creaturarum ſpiritualium (*Angelis, quos ad ſuum nutum præſlò & paratos habuit*), juxta id quod de eo dixerunt; *Quatuor ingreſſi ſunt in Paradiſum; Unus eorum curioſiùs inſpexit, & mortuus eſt; Alter, quamprimùm inſpexit, mente captus*, vel, *in ecſtaſin raptus fuit; tertius inſpexit, & abſcidit plantas* (paradiſi, h. e. negavit fundamenta, hæreticus factus eſt); *quartus ingreſſus eſt in pace, & egreſſus eſt in pace* (ſalvus & incolumis); *quiſnam autem ille fuit? R. Akiva* (Talm. Chagigah cap. 2.) *Mortuus*, fuit ille qui non ſufferre potuit viſionem mundi illius; *Secundus, cujus mens abrepta fuit ecſtaſi divinâ*, nihil profuit hominibus; *Tertius*, corrupit opera ſua, quia reſpiciens ad Intelligentias, dixit; *Iſta opera ſunt inſtrumenta & media, quæ pertingere faciunt ad gradum iſtum ſpiritualem; ego verò jam ad eum pervéni* (jam eum attigi): *Itaq, non curo opera Legis*; & ſic corruptus fuit ipſe, & corrupit alios; erravit ipſe, & in errorem ſeduxit alios. R. Akiva autem uſus fuit utroque mundo (*ſuperioribus*, & *inferioribus*),

neque ullum inde damnum ſenſit, unde de eo dictum fuit; *Dignus erat, ſuper quo habitaret Majeſtas Divina perinde ut Moſes; ſed hora, ſeu tempus, non comparatum erat ad hoc* (non favit ei). Idem fuit ex Decem Interfectis Regni (*qui propter ſalutem Regni publicam, & gloriam Dei, ſponte morti ſe objecerunt. Vide Lex. Talm. in* הרג), & eâ horâ, quâ interficiendus erat, quæſivit ex diſcipulis ſuis; *num tempus eſſet legendi lectionem* שמע Audi Iſraël &c.? qui reſponderunt ei, *Magiſter noſter, hucusq;!* (an nondum remittis de tuo zelo, & huc uſque perſeveras in eo?) Ille viciſſim; *Omnibus*, inquit, *diebus meis ſollicitus & anxius fui de his Scripturæ verbis*; בכל נפשך Totâ animâ tuâ (*diliges Dominum Deum tuum*); nimirum, *etiamſi auferat animam tuam; jam ergò, cùm hoc mihi contingit* (ut ſc. velit à me tollere animam meam), *annon impleam illud?* Itaque vocem אֶחָד (*in lectione illa*; Audi Iſraël, Dominus Deus tuus eſt Deus אֶחָד *Unus*) protrahebat, donec evolaſſet anima ejus (*extant hæc in Talm. Beráchoth cap. 9.*).

העולמות מבלי נזק שהשיגו וכבר נאמר עליו ראוי הוא שתשרה עליו שכינה כמשה אלא שאין השעה ראויה לכך והוא מעשרה הרוגי מלכות והוא בשעה שהרגוהו היה שואל תלמידיו אם הוא עת קרית שמע לקרא אותה אמרו לו תלמידיו רבינו עד כאן אמר להם כל ימי הייתי מצטער על מקרא זה בכל נפשך אפילו נוטל את נפשך עכשיו שבא לידי לא אקיימנו והיה מאריך באחד עד שיצאתה נשמתו :

NOTÆ.

Ceterùm quod ad hanc Catenam Cabaliſticam attinet, notandum illam non plenè, ſed fruſtillatim hîc ab authore eſſe contextam, præcipuos duntaxat nominando, quandoq; etiam ordinem ab aliis obſervatum invertit. Qui plura de illa volet, & de ſingulis ejus membris, conſulat Talm. in Pirke avoth cap. 1. Præf. Abarbenelis in Nachalas avos, prolixè, Præfat. R. Moſis Majemonidis in librum Jad, R. Abraham Bar Dior in Sepher hakkabbálah, Tzemach David, Juchaſin, Halichos ólam, & alios. È Chriſtianis, Johannem Moltherum in Malleo obſtinationis Judaicæ, in Catalogo præcipuorum Judaicæ gentis Doctorum, Julium Conradum Otthonem in Gale raſaja, ſeu Occultorum detectione, Gerardum Johannem Voſſium ad Tzémach David fol. 213. & ſeqq. Obſervationes Joſephi de Voiſin ad Pugionem fidei, in Proœmio pag. 9. & ſeqq.

LXVI. *Coſri*; Talis homo Vitam agit jucundam, & Morte moritur jucundâ; & poſt eam Vitâ fruetur æternâ, cum Voluptate æterna!

סו אמר הכוזרי בזה יהיו החיים הערבים וימות המיתה הערבה ואחר כן יחיה החיים התמידיים בתענוג כתמיד :

LXVII. *Ju-*

סז אמר החבר ואחריהם
בדור אחר רבי מאיר ורבי
יהודה ורבי יוסי ורבי שמעון
בן עזאי ורבי חנניא בן תרדיון
וחבריהם ואחרי אלה רבי
והוא רבינו הקדוש והוא רבי
יהודה הנשיא ועמו רבי נתן
ורבי יהושע בן קרחה וזולתם
רבים ואחריהם בעלי המשנה
הנקראים תנאים : ואין
אחריהם אלא האמוראים
והם בעלי התלמוד : וחבר
רבי המשנה בשנת תקל
לשטרות והוא שנת קן
לחורבן בית שני אחר חמש
מאות ושלשים שנה להפסק
הנבואה נתגלגל בה כל מה
שזכרנו אלה מעט מהרב'
מדבריה' וממעשיהם : והשתדלו
במשנה בהשתדלותם ב
בתורה מחברים אותה :
וסדורה ומספר סדריה ופרקית
והלכותיה והזהרם בשמועות
מה שהוא רחוק מהדעת
שיהיה דבר מוסכם עליו
ונתגלגל בה מצחות הלשון
העברית מה שאיננו נגזר
מלשון המקרא. הרבה : אבל
קצור דבריה ויופי חבורה ונוי
ערכה וכלול אופני הטניני'
עם הפסק בלי ספק בעניין

LXVII. *Judæus*; Poſt ſuperiores, ſeculo alio fuerunt, *R. Meir*, *R. Jehúdah*, *R. Joſe*, *R. Simeon ben Aſſaj*, *R. Chanínah ben Tardijon*, & Collegæ eorum;

poſt hos, *Rabbi*, ſeu *R. Jehúdah Hakkádoſch* (ſanctus) ſeu *R. Jehúdah hannáſi* (princeps) & cum eo *R. Nathan*, *R. Jehoſua ben Corchah*, aliique multi:

poſt hos, *Doctores Miſchnici*, qui vocantur TANNAIM:

poſt hos nulli fuerunt niſi AMORAIM, qui ſunt *Authores Gemaræ*. R. Jehudah (*Hakkádoſch*) collegit Miſchnam Anno 530. juxta Æram Contractuum (*de hac vide Lexicon Talmudicum in radice* שטר, *& Tzémach David par. 1. fol. 27. a.*) qui fuit Annus 150. vaſtationis Templi ſecundi, quingentis triginta annis poſteaquam deſiit Prophetia. Et in eâ (*Miſchnâ*) continentur omnia quæ hactenus (*de ſerie & propagatione Cabalæ*) diximus, quæ pauca ſunt è multis, de illorum Verbis & Actionibus.

Quod autem ad Miſchnam atinet, facilè liquet ex ejus Compoſitione tota, Digeſtione (*in certos Tractatus & libros*) & Numero Sedárim ſeu partium (*quæ ſunt ſex*), Diviſione in capita, Juribus, & Ritibus, Nominatione item Authorum à quibus ſingula audiverunt & acceperunt, ſtudium hoc fuiſſe tale, de quo non cogitari poſſit, quòd ex conſenſu (*humano, ſine extraordinario auxilio Divino*) prodierit; unà tamen cum puritate & elegantia Linguæ Hebrææ (*quæ in ea enitet*) inſerta ſunt multa quæ non ſunt de phraſi Biblica (*quod verò neceſſariò faciendum erat ad res exprimendas, de quo videatur Rambam in Præfatione Commentarii in Miſchnam*). Sanè brevitas ſermonis, elegantia compoſitionis, ornata diſpoſitio, modus rerum tractandarum, & diſtinctio; hæc omnia, ſi Lector oculo vero & recto ea aſpexerit,

שיראה

fatebitur ſine dubio eſſe talia, quorum ſimi-
lia Caro & Sanguis concinnare nequeat, ſed
ſingulari ope & auxilio Divinâ opus ha-
beant: neque eam odit, niſi qui non intel-
ligit, ejus ſtudio nunquam incubuit, neque
eam legit. Talis, ſi fortè quædam Sapien-
tum illorum dicta, ſermones, doctrinas au-
dit, accidentaliter vel perfunctoriè & impe-
ritè de illis judicat, quemadmodum de ho-
mine aliquo imperfectè judicat ſibi fortuitò
obvio, quem aliâs non novit, cujuſque con-
ſuetudine & familiaritate non diu uſus eſt.
Pro exemplo, quòd Traditiones illorum
fundatæ ſint in Prophetia (*h. e. quòd eas in-
de à Prophetis acceperint*) ſit quod Nahum
Scriba dixit (*in Miſchna Peah cap. 2.*): *Tra-
ditione accepi ex ore Rabbi Miaſa, qui accepit ab
Abba, qui accepit à paribus ſapientum* (à duobus,
vel binis, *Heb.* מֵהַזּוּגוֹת, vide Lexicon Tal-
mud. in voce זוג, & Pirke avoth cap. 1.),
*qui acceperunt à Prophetis, Traditio Moſis è monte
Sinaj &c.* Quòd ſibi caverint, ne Doctrinam
vel Traditionem aliquam accipiant à ſin-
gulari & unico, apparet ex eo, quod quidam
illorum ad filium ſuum dixit, ſic eum mo-
riturus exhortans; *Mi fili, cautus eſto de qua-
tuor rebus, quas dicturus ſum tibi. Dixit ei* (fi-
lius); *& quare tu non cautus fuiſti de eis? Re-
ſpondit* (pater); *Ego audivi ex ore plurium, &
illi audiverant ex ore plurium; ego perſtiti in au-
ditione mea, & illi perſtiterunt in auditione ſuâ;
Tu, ſi audias aliquid ex ore unici, ſatius eſt ut re-
linquas verbum unici, & amplectaris verba plu-
rium* (vide Talmud Edújoth cap. 5.). Hæc pauca ſunto è multis, in-
ſtar guttulæ è mari, pro probanda dignitate & præſtantia auditionum
(*h. e. Traditionum*) Miſchnicarum. Quod verò attinet ad auditiones
(*traditiones*) Gemaræ, & authorum illius, prolixum nimis foret, de illis,
de illo-

שיראה המעיין בעין האמת כי
בשר ודם יקצר מחבר כמותה
אלא בעזר אלהי : ואין שונא
אותה אלא מי שאינו מבינה
ולא מתעסק בלמודה. וקריאת
וישמע מדברי החכמים ה
השיחות והדרשות רגזור
עליהם בדרך מקרה ובחסרון
כאשר גוזר על האדם בחסרון
מי שיפגענו מבלי מבחן :
ואורך חברה : ומדמיוני
סמיכתם על הנבואה מה
שאמרו אמר נחום הלבלר
מקובל אני מפי רבי מאשה
שקבל מאבא שקבל מהזוגות
שקבלו מהנביאים הלכה
למשה מסיני ומהזהרם בקבלת
היחידים מה שאמר אחד
מהם לבנו שצוהו בעת מותו
בני חזר לך בארבעה דברים
שהייתי אומר לך אמר לו :
ואתה למה לא חזרת לך אמר
לו אני שמעתי מפי רבים והם
שמעו מפי רבים : אני עמדתי
בשמועתי והם עמדו בשמועתם
אתה שמעת מפי יחיד מוטב
שתניח דברי יחיד ולאחוז דברי
רבים : אלה מעט מהרבה
כטפה מן הים מן הראיות על
מעלת שמועות המשנה : אבל
שמועות התלמוד והמקבלים
אותו יארכו הדברים בהם
ובדרכיהם ובדבריהם :

ובמשליהם ואם יש בהם מה שאינו היום משובח כבר היה בדורות ההם נהוג ומשובח ׃

אמר הכוזרי כן אני רואה בחלקי דבריה' מה שסותר המסופר מכללותיהם מ מהוצאתם פסוקי התורה אל פנ'ם שמרחקת אותם ההקשה ותעיד הנפש כי לא היתה הכונה בפסוק ההוא מה שזכרו פעם בדינין פעם בדרשות ׃ וכן מה שיש להם מהגדות ומעשים רבי' ממה שמרחיק אותם השכל ׃ סח

de illorum diſputandi modis, de illorum rebus (*hiſtoriis*) & parabolis hîc agere. Si quid ſit, quod hodiè minùs laudabile videtur, ſcire licet, illis ſæculis ita conſuetū & in laude fuiſſe (*Conf. More nevóchim par.3.§.43.*).

LXVIII. *Coſri*; Imò ſic video ex particularibus quibuſdam eorum verbis, quæ deſtruunt ea, quæ hactenus generaliter in eorum laudem dixiſti, dum ſc. educunt quoſdam Legis verſus (*ex literali ſuo ſenſu per varias allegorias & expoſitiones*) ita ut Ratio ſana eorum expoſitionem non capiat & admittat, quin potiùs animus teſtetur (*dictet*) intentionem illorum verſuum aliam fuiſſe, quàm illi dixerunt. Quod occurrit aliquando in *Juribus* [1.] ſeu *ritibus*, aliquando in *Dráſchos* ſeu *Allegoriis*; *Aggada* etiam, & *Hiſtoria* illorum quas referunt, ſæpè multa habent, quæ Intellectui abſurda videntur.

N O T Æ.

[1.] דִּינִים *Sunt jura & judicia, ad explicationem & obſervationem Præceptorum pertinentia, quæ prætendunt eſſe* הלכה למשה מסיני *Traditionem Moſis è monte Sinaj acceptam, atq; ad ipſos* πατροπαραδότως *propagatam:* דְּרָשׁוֹת *ſunt expoſitiones Scripturæ allegoricæ & myſticæ, ſymbolicæ, quas præter ſenſum literalem adjiciunt, quia credunt unumquemq; locum habere duplicem ſenſum, Externum & Literalem; Internum & ſpiritualem, & ſic pluribus modis unum eundemq; locum exponi poſſe, juxta illud* Jerem. 23. 29. Nonne ſic eſt verbum meum, tanquam ignis, & veluti malleus qui conterit petram? *ad quem locum in Talm. Sanhed. cap. 4. legitur:* Dixit Avaj; מקרא אחד יוצא לכמה טעמים ואין טעם אחד יוצא משני מקראות Locus Scripturæ unus plures admittit ſenſus: è duobus verò locis Scripturæ non elicitur ſenſus unus; Qui de diſciplina R. Iſmaelis fuerunt, tradiderunt; *Verbum Domini eſt veluti Malleus, qui conterit petram:* Quemadmodum enim ictus mallei unus dividitur & diſpergitur in plures ſcintillas: ſic unus Scripturæ locus egreditur in plures ſenſus: Quemadmodum malleus unus dividitur in innumeras ſcintillas, אף כל דבור ודבור שיצא מפי הק'בה נהפך לע' לשון ſic unumquodque verbum, quod egreditur ex ore Dei, convertitur in 70. linguas, (*h.e. ſeptuaginta modis exponi poteſt*). אַגָּדוֹת Aggadæ,

Aggadæ, *ſunt enarrationes & explicationes, vel applicationes potiùs Scripturæ, diſtinctæ à ſenſu literali & allegorico, ad animum lectoris vel ad Pietatem, Virtutem, & Actiones laudabiles excitantes & accendentes, vel ad fugam vitiorum & peccatorum permoventes, vel etiam dogma aliquod & doctrinam ſymbolicè, & ſuaviter inſtillantes, & ad animum ei revocantes. Sic* אַגָּדָה *dicitur vel ab* הִגִּיד *Hebræo, quòd jucundè, lepidè, & ſuaviter rem* indicet *& repræſentet: vel à Chaldaica verbi* נְגַד *ſignificatione, quòd animum Lectoris talis enarratio & diſcurſus efficaciter quocunq; vult,* trahat, *& permoveat. Videantur de his R. Aſarias in Meór enájim, fol. 77. 1. & R. Iſaac Avúhaf, Hiſpanus, in libro Menóras hammáor ab initio, Majemon. in More hannevóchim par. 3. cap. 43. Caphtor Vaphérach, in Præfatione.* מַעֲשִׂים *ſunt* Hiſtoriæ, *quæ in Talmud & Medráſchim inſeruntur paſſim, ita comparata, ut ſæpè ſabulis potiùs, quàm rebus verè geſtis ſint ſimiliores,* R. Obadias de Bartenóra, *in* Comment. *ſuper Miſchnâjoth, Nedar. cap. 4. ad §. 3. ſcribit:* מִדְרָשׁ ſunt libri Siphra & Siphre, continentes מדרש הפסוקים expoſitiones allegoricas ſcripturarum: הֲלָכוֹת, ſunt הלכה למשה מסיני Traditiones à Moſe acceptæ; אַגָּדוֹת ſunt דִּבְרֵי חֲכָמִים שֶׁהִסְמִיכוּם עַל הַפְּסוּקִים verba Sapientum, quæ fundant in Scripturis (*non quòd ſenſum Scripturæ eum eſſe putent, ſed quòd verba illa Scripturæ ſic ingenioſè ad ſuum inſtitutum applicent & accommodent*).

LXIX. *Judæus*; Vidiſtine, vel, Obſervaſtine, quàm accurati & ſubtiles illi ſint in explicatione Miſchnæ & Barajetæ, & quomodo in ea ſupremum eruditionis & perſpicuitatis gradum aſſecuti ſint, ut ne quidem in verbis eorum quidquam vel redundet, vel deſit, nedum in rebus!

סט אמר החבר הראית מה שיש להם מהדייקות והדקדוק בפירוש המשנה והברייתא ומה שמגיעים בה מן המחקר והבירור מבלי יתור וחסור ב במלה כל שכן בענין ׃

LXX. Vidi eos ſuperare totam artem Topicam (*h. e. illorum argumenta non eſſe topica, probabilia, dialectica, & incerta*) ſed demonſtrativa eſſe omnia, ad quæ nihil excipi vel reſponderi poſſit.

ע אמר הכוזרי ראיתי מה שה' למעלה מכל חכמת הנצחון אבל הוא המופת אשר אין להשיב עליו ׃

LXXI. *Judæus*; An ergo exiſtimas, eos, qui ita accuratè omnia illa tractarunt, Scripturam Sacram non intellexiſſe, vel nos eam meliùs, quàm illi, intelligere?

עא אמר החבר הנחשוב על מי שידקדק הדקדוק ההוא שאינו ידע מהפסוק מה שנדעהו ׃

עב אמר הכוזרי זה אי אפשר אך הדב' על אחד משני פנים שנהיה אנחנו לא נדע דברי

LXXII. *Coſri*; Hoc fieri non poteſt, ſed res ita eſt; Vel dicendum, nos non intelligere ipſorum rationem explicandi Legem,

Vel Ex-

פירושם לתורה או שמפרשי ההלכה אינם מפרשי התורה ׃ ואלה הפנים השנים אי אפשר ומעט הוא שנראה להם פסוק שמסכים להקש' ולנראה מהמלות כאשר אין אנחנו רואים להם כלל פירוש הלכה אלא בתכלית ההסכמה להקשה ׃

עג אמר החבר אבל נאמר אחד משני דברי' יכול שיהיה להם סודות נעלמו' ממנו בדרך פירוש התורה היו אצלם בקבלה בהנהגת שלש עשרה מדות או שיהיה הבאתם לפסוקים על דרך אסמכת' שהם שמים אותה כסימן לקבלתם כאשר שמו פסוק ויצו ה' אלדים על האדם לאמר סימן לשבע מצות שנצטוו בני נח ויצו אלו הדינין ה' זה ברכת השם אלדים זו עבודה זרה על האדם זו שפיכות דמים לאמר זו גלוי עריו' מכל עץ הגן זה גזל אכל תאכל זה אבר מן החי כמה רחוק בין אלו הענינים ובין הפסוק הזה אך אצל העם קבלה ששבע המצות האלה סומכין אותה בפסוק הזה בסימן שמיקל עליהם זכרם ושמא השני פנים יחדו יש להם בפירוש הפסוקים או שיש שם פנים אחרים נעלמו ממנו

Vel Expoſitores illos jurium (*Doctores Miſchnicos*) non eſſe Expoſitores & Interpretes Legis. At verò hoc ſecundum dici non poteſt; rarò enim videmus eos explicare Scripturam juxta rationem, & literam verborum, prout nullam Juris alicujus expoſitionem ab eis videmus factam, quæ non ſummè cum ratione conveniat.

LXXIII. *Judæus*; Imò dicemus potiùs, unum eſſe ex his duobus; *Vel* fieri poſſe, ut habuerint arcana quædam nos latentia circa modum explicandi Legem, quæ ipſi acceperint per Cabalam, per tredecim modos explicandi Legem (*de quibus vide Wilhelmi Schickhardi Bechinat happerúſchim, & quædam etiam in Lexico Talmudico in radice* כלל); *Vel*, quòd quoſdam allegent ſæpè verſus על דרך אסמכתא propter accidentariam aliquam rationem, ſeu pro ſubſidio memoriæ, vel pro ſigno memoriali traditionis ipſorum (*vide More nevóchim, par. 3. cap. 43.*): Sic verſum iſtum; וַיְצַו יי' אֱלֹהִים עַל הָאָדָם לֵאמֹר *Et præcepit Dominus Deus ſuper hominem, dicendo*, Geneſ. 2.16. conſtituerunt Signum memoriale Septem præceptorum, quæ data fuerunt filiis Noæ; nimirum dixerunt; ויצו *Et præcepit*, ſunt הדינים *Jura*; ה', *eſt Benedictio Dei, ejus laudatio & celebratio*; אלהים *eſt Cultus alienus, Idololatria*; על האדם eſt *Effuſio ſanguinis*; לאמר *eſt revelatio nuditatis, Scortatio*; מכל עץ הגן *eſt Rapina*; אכל תאכל *eſt Membrum de animali vivo*; Quanta verò eſt diſtantia inter res iſtas, & inter verſum illum? Verùm ita populo traditum eſt, ut Septem illa præcepta ſuper hunc verſum eſſent fundata pro Signo, ad juvandam & ſublevandam ipſorum memoriam. Fieri etiam poteſt, ut utrumque ſimul ſit circa rationem ipſorum exponendi Scripturæ locos, vel etiam alios modos adhuc ha-

buerint, nobis ignotos. Æquum autem eſt, ut illis innitamur & fidem habeamus, quandoquidem de illorum Sapientia, Pietate, & Diligentia, ſatis ſuperque nobis conſtat, ut & de illorum Multitudine, quæ tanta eſt, ut de conſenſu inter ipſos hac in re facto nulla poſſit eſſe ſuſpicio. Itaque non ſuſpecta nobis debent eſſe illorum verba, ſed noſtra potiùs intelligentia, prout in Lege ipſa facimus, in qua multa ſunt, quæ mens noſtra non aſſequitur, eique non videntur recta & conſona, nec tamen vel minimum in ea ſuſpectum habemus, ſed defectum ſeu vitium omne mentibus noſtris adſcribimus.

Quod verò attinet ad Aggádas, ſeu Tropologias, illæ diverſæ ſunt. Quædam illarum ſunt veluti principia & fundamenta ad rem, quam diligenter inculcare & confirmare volunt; ut cùm dicunt, *Quando deſcendit Dominus mundi in Aegyptum*; (*ita loquuntur*) ad confirmandam fidem, quòd Exitus ex Ægypto factus ſit ex intentione Dei, non per accidens aut fortuitò, neq; per media ab ingenio hominum profecta, vel per Spiritualitatem, h.e. virtutem Aſtrorum, Angelorum, Dæmonum, vel alterius cujuſcunque rei, quæ excogitari poſſit, ſed verbo Dei ſolo (*voluntate ejus ſolâ*). Unde in his & ſimilibus dicunt quandoq;, כביכול, h.e. *Si* [illegible] *eſſe poſſet*, tùm ita foret vel fuiſſet (*De* כביכול *conſule Lexicon Talmudicum*). Et quamvis dictum (*illud allegatum*) non extet in Gemára, ſed tantum in quibuſdam Medráſchim (*ſcriptis Allegoricis*), quando tamen hujus generis quædam invenies, huc referenda erunt, ſicut cùm Michas dixit ad Achabum; *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium ſuum, atq; univerſum exercitum cœli ſtantem* &c. 2.Chron.18.18. Item; *Dixit Dominus, Quis pelliciet Achabum, ut aſcendat* &c. *Et egreſſus eſt Spi-*

ומן הדין שנסמוך עליהם מאחר שנתבררה חכמתם חסידותם והשתדלותם ו והמונם הגדול אשר לא יתכן בו שום הסכמה ואין להשוד לדבריהם אבל נחשוד הבנתינו כאשר נעשה בתורה ומה שנכלל בה ממה שלא יתישב בנפשותינו ואין חשד אצלנו בדבר ממנו אבל נתלה חקצור בנפשנו אך ההגדות מהם שנוהגים דרך הצעה ו והקדמה לענין שרוצים לנחצו ולאמצו כמו שאמרו כשירד רבון העולמים למצרים לנחץ האמונה שיציאת מצרים היתה בכונה מאת האלקים יתברך לא במקרים ולא במצועים מתחבולות בני אדם וברוחניות כוכבים ומלאכים ושדי׳ וכל אשר יעבור בלב מחשב אבל בדבר האלקים לבדו ואמרו על דרך מה שהם אומרים כביכול רוצה לומר אם היה יכול להיות כך היה כך וכך ׃ ואף על פי שאין זה נמצא בתלמוד ולא יבצא כי אם בקצת הסדורי׳ אך בעת שתמצ׳ כמוהו אל הענין הזה הוא נוטה כמו שאמר מיכיהו לאחאב ר ראיתי את ה׳ יושב על כסאו וצבא השמים וגומר ויאמ׳ מי

יפתה את אחאב ויעל ויצא
הרוח ושאר הענין ולא היה
העקר יותר מאמרו הנה נתן
ה' רוח שקר בפי כל נביאיך
אלה וזולת זה הקדמה והצעת
הלצית מנחצת הדבר הזה כי
הוא אמת ומהם ספורים
ממראות רוחניות ראום ואין
זאת פליאה על החסידים החם
שיראו צורו' מהם דמיוני'
בעבור גדל מחשבותם וזכות
דעותם ומהם צורות שיש
להם ממש אמתי מחוץ כאשר
ראו אותם הנביאים וכן בת
קול שלא פסקה מהם בבית
שני והיא מדרגה למטה
ממדרגת החזון והדבור ואל
יהיה רחוק אצלך מה שאמר
רבי ישמעאל שמעתי בת קול
שמנהמת כיונה וזולת זה
שכבר נתבאר ממעמד משה
ואליהו מה שישים זה באפשר
וכאשר יבא בקבלה הנאמנה
מהדין לקבלו ונאמר במה
שאמר אוי לי שחרבתי את
ביתי כאשר נאמ' ווינחם ה'
ויתעצב אל לבו : ומהם מה
שהם משלים מובאים על סודות
החכמות נמנע גלותם מפני
שאין להמון תועלת מהם והם
מונחים לחקור ולחפש ל
ליחידים : בשיגיע אליהם

eſt Spiritus &c. ℣. 19. 20. Nihil enim aliud voluit his dicere, quàm id quod mox ſubjungitur; *Nunc ergo dedit Dominus Spiritũ mendacii in ore omnium Prophetarum*, ℣. 22. Hæc, & ſimilia, nihil aliud ſunt quàm præparatio & ratio quædam loquendi oratoria (*figurata*) ad confirmandum, rem hanc eſſe veram. *Quædam (Aggadæ)* ſunt Narrationes Viſionum ſpiritualium, quas viderunt. Neque hoc mirum videri debet, quòd Viri illi Sancti viderint tales formas (*tales viſiones habuerint*): Illarum enim aliæ fuerunt Imaginariæ, propter magnitudinem ſeu fortitudinem cogitationum, & puritatem animæ ipſorum; aliæ reverà & realiter extrinſecùs ipſis fuerunt oblatæ, ſicuti eas olim viderunt Prophetæ: habuerunt enim illi (*Prophetiæ loco*) Filiam vocis, quæ ſub Templo ſecundo nunquam ceſſavit, & Gradus eſt proximè infra gradum Viſionis, & Sermonis Prophetici. Neq; tibi abſurdum videatur, quod dixit R. Iſmael; *Audivi Filiam vocis, quæ gemebat inſtar columbæ*, & ſimilia (*quæ de Rabbinis leguntur*). Nam ex Statione, h. e. Apparitione Moſis (*Moſi factâ*, *Exod.* 34.) & Eliæ (1. *Reg.* 19.) liquet, rem hanc eſſe poſſibilem: & cùm inſuper de eâ habetur Cabala fide digna, æquum eſt ut eam recipiamus. Quòd verò ibidem porrò additur, quòd dixerit (*Filia vocis*); *Væ mihi, quia vaſtavi domum meam*; illud accipiendum, ſicut quod in Lege dicitur; *Et pœnituit Dominum, & doluit in corde ſuo*, Geneſ. 6. 6. (*ſc. per ἀνθρωποπάθειαν*). Aliæ rurſus (*Aggadæ*) ſunt Parabolæ, quæ adducuntur propter ſecreta quædam Scientiarum & Diſciplinarum, quæ non ſunt promiſcuè omnibus revelandæ, quia vulgus nullam ex illis capere poteſt utilitatem, ſed relictæ ſunt indagandæ & ſcrutandæ præ-

ſtantioribus,quando nanciſcuntur aliquem idoneum & capacem,quorum vix unus ſingulis ſeculis reperitur. Quædam denique illarum ſunt, quæ primo intuitu videntur falſæ, quarum tamen ſenſus,ſi paululum diligentiæ & ſtudii adhibeatur,fit manifeſtus, veluti cùm dicunt; *Septem res creatæ ſunt ante Mundum*; *Hortus Edénus*, *Lex*, *Juſti*, *Iſraëlitæ*, *Solium gloriæ*, *Hieroſolyma*, *& Meſſias filius Davidis*. Quod convenit cum eo quod Philoſophi dicunt; *Primum in cogitatione,ultimum eſt in opere*. Cùm ergo Intentio Sapientiæ (*Dei*) in creatione mundi fuerit *Lex*,quæ eſt Corpus Sapientiæ: Portantes eam (*ſubjectum ejus*) ſint *Juſti*; inter hos autem ſit *Solium gloriæ*; Juſti veri nulli ſint niſi de peculio (*populo Dei peculiari*), qui ſunt *Iſraëlitæ*; his nullus locus dignus ſit, niſi peculium locorum (*omnium præſtantiſſimus locus*), quod eſt *Hieroſolyma*; nemo eos poſſit conjungere, niſi creaturarum omnium præſtantisſima, qui eſt *Meſſias filius Davidis*; illorumque finis ſit futurus in *Horto Edenis*; jure merito conſtituuntur iſtæ creaturæ in potentia, ante creatum mundum. Ex illis etiam, quæ falſa primo intuitu videntur, eſt id quod dicunt, *Decem res creatæ ſunt inter Soles* (*ſub finem diei ſexti, ſeu, in veſpera Sabbathi creationis, ſeu primi, perfecto opere creationis, quod tempus eſt q. intermedium inter Sex dies creationis, & inter ſequens tempus exiſtentiæ illorum*); *Os terræ* (*Num.* 16. 32.), *Os putei* (*Exod.* 17.), *Os aſinæ* (*Numer.* 22.) &c. (vide Pirke ávoth cap. 5. ubi hoc dictum extat) (h. e. *quòd tùm decreverit Deus illa certo tempore creare*; *Vel,ut Rabbini aliquot in locis ſcribunt, quòd ſub finem creationis quaſi pactus ſit cum illis Deus, quòd perpetuò naturam ſuam debeant retinere, & ſecundum eam operationes ſuas edere, exceptis illis temporibus, quo illarum naturam & naturales operationes ſiſtere & mutare Deus decrevit. Vide de hoc aliquid in More nevóchim par.* 2. *cap.* 29.). Dixerunt autem hoc ad conciliationem q. inſtituendam inter Legem

(h. e. *inter*

מי שהוא ראוי להם אחד בדור או בדורות : ומהם מה שנראים בשקר ויתבאר ענינם עם מעט עיון כמו שאמרו שבעה דברים נבראו קודם העולם גן עדן ותורה וצדיקים וישראל וכסא הכבוד וירושלם ומשיח בן דוד : דומה למה שאמרו החכמי' תחלת המחשבה סוף המעשה : וכאשר היתה כונת החכמה בבריאת העולם התורה שהיא גוף החכמה ונושאה הם הצדיקים וביניהם כסא הכבוד והצדיקי' באמת לא יהיו כי אם מהסגלה והם ישראל : ואין ראוי להם כי אם הסגלה מהמקומות והיא ירושלם ולא יחברם כי אם החשוב שבברואים והוא משיח בן דוד : ואחריתם אל גן עדן היה בדין שיושמו אלה ברואים בכח קודם העולם : ומהנראים עוד שקר מה שאמרו עשרה דברים נבראו בין השמשות פי הארץ ופי הבאר ופי האתון וכו' להפיק בין התורה והטבע כי הטבע

(h. c. *inter ſigna & miracula ſeu prodigia, præter vel contra ordinarium naturæ*

אומר במנהג ׃ והתורה אומרת
בשנוי המנהג ׃ וההפקר
ביניהם כי המנהגים שנשתנו
הם בטבע מפני שהיה ב
בחפץ הקדמון מותנה בהם
ומוסכם עליהם מששת ימי
בראשית ׃ ואני מודה לך מלך
כוזר שבתלמוד דברים שאינני
יכול להטעימך בהם טעמים
מספיקי' ולא להביאם בקשר
ענין והם שהכניסו אותם
התלמידים בתלמוד מהשתדלם
מפני שהיה אצלם ששיחת
החכמים צריכה תלמוד ׃ ומה
שהיו נזהרין במה ששמעו
מרבותיהם עם השתדלותם
שיחברו כל מה ששמעו מהם
והיו נזהרים שיאמרו אותם
במלותם בעצמם ואפשר שלא
היו מבינים ענינו ׃ ויאמרו כך
וכך שמענו וקבלנו ואפשר
שהיה לרבותיה' במאמר ההוא
ענינים נעלמו מהתלמידים
והגיע הדבר אלינו והקלנו בו
מפני שלא ידענו ענינו ׃ אך
כל זה במה שאינו במותר
ובאסור על כן לא נרגיש אליו
ולא יפחות החבור עם הפנים
אשר זכרתים ׃

curſum facta, & in Lege ſeu Scripturâ commemorata) & inter Naturam (*creationem, in qua ſingulis ſua eſt natura & vis naturalis indita*): Per Naturam intelligitur Conſuetudo (*ordinaria*); per Legem, Mutatio conſuetudinis (*ordinariæ, veluti cùm Ignis non habuit vim urendi, cùm Aſina loquuta eſt* &c.). Conciliatio inter ea eſt, quòd Conſuetudines mutatæ (*mutationes naturæ rerum miraculosè factæ*) etiam ſint naturales, quia fiunt Voluntate (*Dei*) æternâ, qui ita cum ſingulis pactus eſt & contraxit (*ut, his vel illis temporibus, has vel illas miraculoſas operationes ederent*).

Cæterùm fateor tibi, Rex Coſar, in Gemára eſſe multa, de quibus ego nullas tibi poſſem rationes reddere ſufficientes, neque ea (*explicatione ſolidâ & concinnâ*) cum ſerie rerum & verborum conciliare (vel, *neq; ea ad convenientem ſenſum redigere*). Talia ſunt, quæ Diſcipuli (*Sapientum*) Gemaræ inſeruerunt magno pietatis (*erga Præceptores ſuos*) zelo. Habuerunt enim hoc fundamentum, quemvis Sapientum ſermonem ſuam debere habere doctrinam, unde diligentes admodùm fuerunt in obſervandis iis, quæ à Præceptoribus ſuis audiverunt, ſtudioſi ut ea annotarent & in chartas referrent, & quidem illis ipſis verbis, quibus audiverunt, exprimerent, quamvis non ſemper illorum ſenſum intelligerent. Sic dicunt ſæpè; *Sic & ſic audivimus & accepimus*; ubi fieri poteſt, ut quandoque in dictis nonnullis Magiſtri eorum ſenſus habuerint diſcipulis ignotos & abſconditos, & nos ipſi quoque, poſteaquam ad nos uſque pervenerunt, ea non magnifaciamus, quia illorum ſenſum neſcimus. Nihil tamen horum eſt circa Licita & Vetita; ideò ea non curamus, neque propter illos modos commemoratos totus liber rejiciendus.

LXXIV. *Coſri*; Exhilaraſti animum meum, & confirmaſti fidem meam in Cabalam. Velim nunc, ut pauca quędam mihi delibes & oſtendas de Sapientiis (*de artibus & diſciplinis Philoſophicis*) illorum; poſteaquam tamen priùs quędam addideris *De Nominibus Dei*, & paulò latiùs illa mihi explicueris.

עד אמר הכוזרי כבר הטיבות לבי וחזקת אמונתי בקבלה ורצוני עתה שתרא' לי טעם מחכמותם אחר שתוסיף לי באור בשמות האלקים יתברך ותרחיב לי בענין מעט בעזרת אלקים׃

FINIS TERTIAE PARTIS.

PARS QVARTA.

המאמר הרביעי

I. IUdæus; Nomen אֱלֹהִים ELOHIM eſt Epitheton quod ſignificat *Dominatorem* in rem aliquã, & *Judicem*; & quidem aliquando *Univerſalem*, quando ſumitur de Dominatore totius mundi; aliquando *Particularem*, quando attribuitur vel Virtuti alicui cœleſti, vel Naturæ (*aut naturali proprietati & virtuti*) alicui, vel Judici humano. Numero autem plurali effertur hoc Nomen, propter conſuetudinem gentium Idololatricarum. Faciebant enim illi Imagines, & credebant in unaquaque illarum reſidere כחות Virtutes cœleſtes (*orbium cœleſtium*), & ſimiles; & unaquæque illarum habebatur ab ipſis pro Deo (אֱלוֹהַּ), omnes verò in univerſum vocabant אֱלֹהִים Deos, & per eas jurabant, quaſi eſſent Dominatores illorum (*De hujusmodi Imaginibus vide Lexic. Talmud. in voce* טלסם). Præterea multiplicabant Virtutes, (הכחות), juxta multitudinem

א אמר החבר אלהים תואר למושל בדבר מן הדברים ולדיין ויש שיהיה בכל כשהוא רוצה בו מושל בעולם כלו׃ ויש שיהיה בחלק כשהוא רוצה כח מכחות הגלגל או טבע מן הטבעי' או דיין מבני אדם׃ ונבנה השם הזה בלשון קבוץ בעבור מה שהיה נוהג בין האומות שהיו עושים צלמים והיו מאמינים שכל אחד מהם יחולו בו כחות הגלגלים ומה שדומה לזה וכל אחד מהם אצלם אלה והיו קורא' כללם אלהים נשבעים בהם ובאלו הם מושלי' בהם והם מתרבים ברבוי הכחות המנהיגים את

הגוף ׃ והכחות המנהיגים
את העולם כי הכחות
כנוי לסבות התנועות כי כל
תנועה היא באה מכח זולתי
כח התנועה האחרת כי גלגל
השמש וגלגל הירח אינם רצי'
בכח אחד אבל בכחות מ
מתחלפין ולא פנו אל הכח
הראשון אשר ממנו באו כל
הכחות האלה אם בעבור שלא
הודו בו וטענו כי קבוץ הכחות
האלה הוא המכונה אלוה
ושהנפש גם כן אינה כי אם
קבוץ הכחות המנהיגים את
הגוף או שהודו באלקים אך
היה רחוק בעיניהם שתועיל
עבודתו ׃ וחשבו כי הוא נעלה
ומרומם שידענו כל שכן
שישגיח בנו חלילה לאל מ
מדבריהם ׃ על כן לא היו
עובדי' דבר אחד אך רבים
שקוראין אותם אלקים כלל
שכולל הסבות מאין חלוק ׃
והדיקות והמעלה היתיר' אינה
כי אם בשם הנכבד יוד הא וו
הא ית' הוא שם נודע רמוז
אליו במדות לא במקום אחד
אשר לא היה נודע ׃ כי היה
נקרא אלקים בכלל ונקרא יי'
בהתיחד' כי אלו שאל השואל
אי זה אלוה ראוי לעבוד השמש
או הירח או השמים או המזלות

dinem Virtutum ſeu facultatum quę regunt corpus, & earum quæ regunt Mundum; *ita ut his omnibus nomen* אלהים *competat*). Nam nomen כחות (*Virtutes, Facultates*) ſignificat Cauſas motuum: Omnis enim motus provenit à facultate diverſa motûs alterius (*propriâ & peculiari*): Sic Orbis Solis, & Orbis Lunæ non currunt (*moventur*) à facultate unâ, ſed à diverſis. Verùm non reſpiciebant ad Virtutem ſeu Facultatem primam, à qua omnes illæ facultates prodeunt; *ſive* quòd illam non agnoverint, & aſſeruerint, Virtutes illas plures cognominari אלוה Deum, & Animam quoque nihil aliud eſſe quàm congregationem & complexum facultatum corpus regentium; *ſive* quòd Deum quidem agnoverint, ſed abſurdum ipſis viſum ſit, ejus Cultum prodeſſe, ſeu, utilitatem habere, exiſtimantes, Ipſius ſublimitati non convenire, ut ſciat res noſtras, nedum ut curet & gubernet nos; quod ſine blaſphemia de Deo dictum ſit, juxta eorum verba. Hinc non coluerunt Rem aliquam Unam, ſed Plures, quas vocabant אלהים in genere, quod complectitur vel ſignificat Cauſas in genere, ſine differentia (*Nos verò, vult dicere, hoc nomine intelligimus & indigitamus Virtutem virtutum, à quo ſunt omnia dominia*). Accuratisſimum verò, proprium, & excellentisſimum Dei Nomen, eſt Nomen illud glorioſum יהוה; [1.] Nomen ſc. jam noti ex reliquis ejus proprietatibus (*quæ recenſentur Exod. 34. 6. 7. & aliis, vel ex apparitionibus quibus ſe notum fecit populo ſuo*), non verò antea vel abſque eo Ignoti. Nam ELOHIM vocatur in genere vel communiter, ſed יהוה I. H. V. H. ſingulariter & propriè; ut, ſi quis quærat; Quisnam eſt ille Deus, qui colendus eſt? Solne, an Luna, an Cœlum, an Sydera, vel Stella aliqua, vel Ignis,

Aër, Angeli ſpirituales, an aliquid aliud; quia unumquodque horum certam habet vim & dominium (*in Natura*); unumquodque etiam illorum eſt Cauſa generationis & corruptionis? Reſpondendum ſit; יהוה; ſicut e. g. hunc vel illum hominem nomine ſuo noto appellas, Rubenem, vel Simeonem; quia ex nomine Rubenis & Simeonis intelligitur veritas eſſentiæ ipſorum (*quinam re vera ſint*).

או אחד הכוכבים או האש או הרוח או המלאכים הרוחניי' או זולתם כי לכל אחד מהם מעשה וממשלה וכל אחד מהם סבה בהויה ובהפסד ותהיה התשובה יי' כמו שאתה אומר פלוני בשם נודע כראובן ו ושמעון אחרי אשר יובן מכילת ראובן ושמעון אמתת עצמיהם:

N O T A.

[1.] *Verba hæc*, הוא שם נודע רמז אליו במדות לא במקום אחד אשר לא היה נודע *ſunt ſatis obſcura & ambigua, in quibus explicandis ſe torquet Muſcatus. Senſum autem eſſe puto quem expreſſimus, quòd Nomen hoc proprium* יהוה *Dei naturam & eſſentiam explicet & notam faciat, non ei cui Deus eſt ignotus, ſed ei qui aliunde etiam, veluti ex verbo ipſius, & aliis proprietatibus, in eo expoſitis, notitiam ejus habet. Nam qui Deum prorſus ignorat, ex hoc Nomine ſolo eum non cognoſcet, ſicut Pharao dixit*; Quis eſt יהוה DOMINUS, ut paream voci ejus? non novi יהוה DOMINUM, Exod. 5. 2. *Sic ſi quis de homine aliquo quærat*, Quis eſt iſte? *& reſpondeatur*; Eſt Simeon, Aharon; *hinc non addiſcet quis ille ſit, niſi vel ante ipſi ſit notus, vel aliæ ejus deſcriptiones addantur. Vel ita exponi poſſunt*; Nomen hoc יהוה eſt Nomen notum & proprium ejus qui eo vocatur, cujus natura nobis jam peculiariter eſt nota facta per auditionem verborum & præceptorum ejus, & ad hoc Nomen ſingulariter & in ſpecie reſpicitur in reliquis Nominibus & proprietatibus, quibus eum appellamus. Iis enim non deſignamus ipſum communiter, ut alii populi, tanquam אלהים, quod nomen pluribus attribuunt, ſed ſingulariter & propriè, tanquam illum יהוה, qui nobis ſe in verbo ſuo patefecit &c. *Hinc etiam olim apud veteres Hebræos nomen hoc per alia plura fuit expoſitum, veluti per Nomen 12. item 42. & 72. literarum, quibus tùm vis hujus nominis, tùm Natura Dei, prolixiùs explicabatur*, de quibus videatur Lexicon Patris mei Hebræum, in Radice הוה.

II. *Coſri*; Quomodo verò Nomine (*proprio*) inſignire poſſum Eum, de quo nullum extat indicium (*cujus eſſentiam nec oculis corporis videre, vel oſtendere, nec acie animi & mentis, aſſequi & cognoſcere poſſumus*), ſed cujus aliquam tantùm probationem habemus ex Ipſius operibus?

ג אמר הכוזרי ואיך אודיע בשם מה שאין עליו רמז אך הראיה עליו ממעשיו:

III, Ju-

ג אמר החבר אבל רומזים
אליו ברמיזה הנבואית ובראיה
הרוחנית : כי הראיות מתעים
ומן הראיות יבא האדם ל
לאפיקורסות ולדעות
המופסדו' וכי מי הביא המשנים
לאמר בשתי סבות קדומו'
אלה ראיות וכן אנשי ה
הקדמות מי הביאם לאמר
בקדמות הגלגל ושהוא סבת
עצמו וסבת זולתו אלא ה
הראיות וכן עובדי השמש
ועובדי האש הראיות הביאו
אותם אל זה אך דרכי הראיות
נחלקו מהם מתקדקות עד
תכלית ומהם מקוצרות
והמדוקדק שבהם הפילוסופיא
ודרכי הראיות הביאום לאמר
באלקים שלא יועילנו ולא
יזיקנו ולא ידע תפלתנו ו
וקרבנותנו ולא עבודתנו ו
ולא מרינו ושהעולם קדמון
בקדמותו ואין אצל אחד מהם
שם נודע שרומזין אליו אך
אצל מי ששמע דבריו וצוויו
והזהרתו וגמולו על העבודה
וענשו על העבירה והוא קורא
אותו בשם נודע כנוי לזה
שדבר עמו ואמת אצלו שהוא
בורא את העולם אחר שלא
היה ותחלתם אדם לא היה
יודע י' לולי דברו עמו וגמול

III. *Judæus*; At habentur ejus indicia Prophetica, & Viſiones ſpirituales (*dum ſe tùm per Verbùm & ſermonem ſuum, tùm variis Viſionibus ſanctis Dei viris oblatis, revelavit, & videndum quaſi & palpandum exhibuit*). Rationes (*Intellectuales, Intellectus noſtri*) ſunt fallaces, & ex (*hujusmodi*) ratiocinationibus delabitur homo ad Epicureiſmum (*in hæreſin*), & ad dogmata pernicioſa. Quid enim induxit illos qui duos Deos ſtatuunt (*Manichæos*), ut dicerent, duas eſſe Cauſas æternas, niſi Rationes (*intellectuales*)? Quid Æternitatis Mundi patronos permovit, ut dicerent Sphæram cœleſtem eſſe æternam, & tùm ſui ipſius, tùm aliorum cauſam, quàm Rationes? Cultores Solis, & Cultores Ignis, ad hos cultus perpulerunt Rationes. Rationes verò tales ſunt differentes & diverſæ; Aliæ ſunt accuratisſimæ & abſolutisſimæ (*veluti Mathematicæ, & Logicæ demonſtrationes, conf. par. 5. §. 14.*); aliæ ſunt imperfectiores, quarum (*imperfectiorum*) accuratiores ſunt Philoſophicæ (*Ariſtotelis, & ſimilium*). Hujuſmodi ratiocinandi modi induxerunt eos, ut dicerent de Deo, quòd nobis neque proſit, neque obſit; quòd neq; noſtras vel orationes, vel oblationes, vel cultus, vel peccata, ſciat; quod item Mundus ſit æternus, ut ipſe (*Deus*) æternus eſt. Penes nullum horum extat Nomen aliquod proprium quo eum (*Deum*) deſignent. Apud eos verò, qui Ejus Verba, Præcepta, Prohibitiones, Præmia pietatis, & Pœnas transgresſionum audiverunt, extat. Hi vocant eum Nomine noto & proprio, quod ex colloquio cum Eo didicerunt. & apud hos verum & certum eſt, Deum creaſſe mundum, cum antea non fuiſſet. Horum primus fuit *Adamus*, qui, niſi Deus cum ipſo loquutus fuiſſet, ignoraſſet Deum,

Ejus præmia & pœnas, & quòd Evam ex una coſtarum ejus creaverit; hinc etiam manifeſtum ei factum eſt, quòd Ipſe creârit mundum: Hunc, qui in Verbo, & Similitudine (*h.e. Sermone, Colloquio, & apparitionibus ac viſionibus*) ſe ei patefecit, deſignavit & vocavit Nomine יהוה. Abſq; his enim ſubſtitiſſet in Nomine אלהים, per quod non clarum eſt, quid Deus ſit, an unus, an plures uno, an ſciat particularia, an verò non! Poſt hunc *Cain* & *Abel* cognoverunt eum per Viſionem Propheticam, poſteaquam priùs per Cabalam edocti eſſent à Patre ſuo: poſt hos *Noach*, exinde *Abraham*, *Iſaac*, & *Jacob*, uſque ad *Moſen*, & reliquos *Prophetas* qui poſt ipſum fuerunt, qui omnes vocarunt eum יהוה ex Viſione quam acceperunt; Populus verò, qui ab illis hoc per Cabalam acceperunt, eum vocarunt יהוה ex fide, quia illis (*Prophetis*) crediderunt, Verbum & Gubernationem ejus adhærere hominibus, & eos quibus ea adhærent, per hoc eſſe Peculium Dei inter homines; adeò ut eum viderint per Medium aliquod, quod vocatur *Gloria*, *Majeſtas vel Præſentia Divina* (שכינה), *Regnum*, *Ignis*, *Nubes*, *Imago* (צלם), *Similitudo* (תמונה) *Viſio Arcus*, vel, *Iridis* (מראה הקשת), quæ omnia ipſis confirmabant, Verbum ad ipſos factum eſſe à Deo; unde vocarunt illud (*Medium*) כבוד יהוה *Gloriam* DOMINI (*Nomine Tetragrammato*); quidam etiam vocarunt illud abſolutè יהוה (*Nomine Tetragrammato ſolo*, *Legatum ſc. Nomine Legantis*); quinimò etiam Arcam vocarunt יהוה, ſicut dicebant; *Surge* יהוה DOMINE: *Et cùm quieſcebat, iterùm dicebant*, *Revertere* יהוה DOMINE: Numer. 10. 35. Item; *Aſcendit* יהוה DOMINUS *cum clangore*, יהוה DOMINUS *cum voce tubæ*; intelligentes, יהוה ארון *Arcam Domini*, Pſal. 47. 5. Sunt quoque, qui conjunctio-

וענשו ושברא לו חוה מצלעותיו
ונתברר לו שהוא בורא העולם
ורמז לו בדבר ובדמות וקרא
אותו ה׳ ולולי זה היה נשאר
על שם אלקים שאין מתברר
מה הוא אם הוא אחד או יותר
מאחד אם הוא יודע החלקים
אם לא ; ואחר כן קין והבל
ידעוהו אחר שקבלוהו מ
מאביהם בראיה הנבואית
ואחר כן נח ואחר כן אברהם
יצחק ויעקב עד משה ומי שהיה
אחריו מהנביאים וקראוהו
הם ה׳ בראיתם וקראוהו העם
המקבלים מהם בהאמנתם
אותם ה׳ בעבור שהיה דברו
והנהגתו דבק בבני אדם והיו
דבקים הסגלה מבני אדם בו ו
עד שהיו רואים אותו באמצע
מה נקרא כבוד ושכינה
ומלכות ואש וענן וצלם
ותמונה ומראה הקשת וזולת
זה ממה שהיה ראיה להם
שהדבור עמם מאצלו וקוראים
אותו כבוד ה׳ ; ויש ש
שקראוהו י״י ויש שיקראו ה
הארון ה׳ כמו שהיו אומרי׳ ב
בנסעו קומה ה׳ ושובה
ה׳ בנוחה ועלה אלקי׳ ב
בתרוע׳ ה׳ בקול שופר והם

היו' רוצים ארון ה' ויש ש
שיקראו היחס שיש בין בני
ישראל ובינו בהצטרף יי' :
ובזה כאמר הלא משנאיך ה'
אשנא ואיבי ה' רוצים שם
ה' או ברית ה' או תירת ה'
כי אין צרוף בינו ובין אומה
מהאומות עכום כי איננו אוצל
אורו כי אם על הסגלה והם
מקובלים ממנו והוא מקובל
מהם וכן נקרא אלקי ישראל
ונקראים הם עם ה' ועם
אלקי אברהם ואמור שקצת
האומות הלכו אחריו ועבדו
אותו משמע וקבלה איה קבלו
אותם והדבקו בהם ורצותו
בעבודתם וקצפו בהמרותם :
אך אנחנו רואים אותם
נעזבים אל הטבע והמקרה
טובתם ורעתם כפיהם לא
בענין מתברר שהוא בדבר
אלקי לבדו וכן ייחד אותנו
באמרו ה' בדד ינחנו ואין
עמו אל נכר והיה השם
הזה מיוחד בנו שאין אחר
ידע אותו אמתת ידיעתו
זולתנו והוא שם נודע לא
יסבול הא הידיעה כאשר היא
נוספת על אלקים ויאמר
האלקים והשם הזה מכלל

conjunctionem, vel relationem illam, quæ eſt inter Filios Iſraël, & Deum, propter mutuum reſpectum, vocent יהוה. Hoc ſenſu dicitur; *An non odio habentes te Dominum* יהוה, *odio habeo?* Pſal. 139. 21. Item איבי יהוה *Inimici Domini*; intelligunt enim per יהוה, vel שם יי *Nomen* DOMINI, vel ברית יי *Fœdus* DOMINI, vel תורת יי *Legem* DOMINI. Nulla enim talis eſt relatio inter Ipſum & populum aliquem Idololatricum: quippe non emanat Lux ejus, niſi ſuper Peculium & ſuper Sectatores Legis veræ; hi ſoli recipiuntur ab eo (*grati habentur ab eo*) & Ille viciſſim recipitur ab ipſis (*juxta illud*; Dominum exaltaſti tu hodiè, ut ſit tibi in Deum, & Dominus exaltavit te, ut ſis ei in populum peculiarem, Deut. 26. 17. 18.) Hinc Ille vocatur *Deus Iſraelis*, ipſi verò, *Populus* DOMINI; *Populus Dei Abrahami*. Dices; at gentes aliquæ ſequuti ſunt, & coluerunt eum, ex auditu & traditione (*quia de Eo audiverunt, ſponte in ſe ſuſceperunt timorem ejus*)! At verò ubi Ille (*Deus*) eos acceptavit, eis adhæſit, cultum eorum gratum & acceptum habuit, vel peccatis eorum iratum ſe exhibuit? quinimò videmus eſſe derelictos vel expoſitos Naturæ & Accidenti, horumque nutu bona & mala eorum ferri (*conf. par. 2. §. 32.*); non verò à re aliqua, de qua evidenter conſtet, quòd ſit per verbum Dei ſolum (*quòd quicquid ipſis boni & mali accidit, a Deo ſolo ſit*). Quod nobis peculiariter attribuitur, ſicut dicitur: יהוה DOMINUS *ſolus deduxit illum, & non eſt cum eo Deus alius*, Deuter. 32. 12. Nomen etiam hoc יהוה peculiari privilegio notum eſt, nec quiſquam alius veram ejus notitiam habet, præter nos: eſtque Nomen Dei proprium, quod non recipit *He hæedi[illegible]* H emphaticum, ſicut illud additur Nomini אלהים *Elohim*, ut dicitur האלהים; Eſt item ex illis dignitatibus & prærogati-

vis, quibus nos peculiariter inſigniti ſumus (*ut præ aliis numeremur*), cujus Secretum nobis eſt abſconditum (*cujus veram, propriam, & formalem vim & ſignificationem ignoramus*). Proprietas tamen & præſtantia literarum ſingularum (*ex quibus conſtat*) loquitur (*teſtatur*) de eo: Sunt enim literæ אהוי, quæ cauſæ ſunt apparitionis (*h.e. pronunciationis*) omnium literarum: nullam quippe literam eloqui poſſumus, ſi non adhibeatur illi aliqua iſtarum (*quia ſunt matres lectionis, quæ loco vocalium ſerviunt, & ſubjecta pronunciationis ipſarum vocalium: nulla litera vel conſona poteſt efferri ſine vocali; nulla vocalis, ſive aliqua quatuor harum literarum: itaq; ad cujusq; conſonæ pronunciationem requiruntur*): nam (*Vocalis*) Pathach (*ſub quo intelligit & Kametz, hoc eſt*, A) propria eſt literæ א & ה; Kametz (*hoc eſt, Cholem & Schurek*) literæ Vav; Chirek (*& Tzere*), literæ Jod, unde ſunt veluti Spiritus, & cæteræ literæ inſtar Corporum (*Vide de his appellationibus punctorum, ſuprà par. 2. §. 80.*).

Huic (*Nomini Tetragrammato*) affine eſt Nomen יה (*Eſſentiam denotans, & ex his quoque literis conſtans*). Sed אֶהְיֶה poteſt eſſe ab hoc Nomine (יה) vel derivatum à Verbo היה, ut eo ſignificetur, Non eſſe cogitandum de veritate eſſentiæ ejus, cujus cognitio eſt impoſſibilis; ſicut cùm ex Eo (*Deo*) quæreret (*Moſes*) & diceret; *Et dicent mihi, quod eſt Nomen ejus?* Exod. 3. 13. reſpondit ei (*Deus*) dicendo; *Quid eſt* (*Non eſt*) *quod quærant de eo, quod non poſſunt aſſequi*, ſicut olim Angelus (*ad Manoah*) dixit; *Ut quid interrogas de Nomine meo, quod eſt occultum?* Judic. 13. 18. Itaque dicito eis, אהיה, *cujus expoſitio eſt*, אשר אהיה; h. e. *Qui inveniar*, (vel *Qui eſt*), *quia inveniar ab eis* (vel; *Quia ero cum eis*) *quando me quæſituri ſunt: ne quærant rationem majorem, quàm quòd inveniar vel ad futurus ſim eis* (ſufficiat eis hoc quod &c.), *& ſic me recipiant. Itaq;*

המעלות הטובות אשר יחדנו בהם וסודו נסתר: אך מעלות האותיות המיוחדות לו הם המדברות מפני שהם אותיות אהוי אשר הם עלת הראות כל האותיות שאין מדברים באות מהאותיות בעוד שלא תמצא אלה רוצה לומר הפתחא לאלף וההא והקמוץ לואו והשבר ליוד והם כרוחות ושאר האותיות כגופות: ויה כמוהו אבל אהיה אפשר שיהיה מן השם הזה ואפשר שיהיה נגזר מהיה ורצה בו למנוע מחשוב באמתות העצם אשר ידיעתו נמנעת וכאשר שאלו ואמר ואמרו לי מה שמו ענהו לאמר מה להם לבקש מה שלא יוכלו להשיגו דומה למה שאמר המלאך למה זה תשאל לשמי והוא פלאי אך אמור להם אהיה ופירושו אשר אהיה והטעם הנמצ' אשר אמצא להם בעת שיבקשוני אל יבקשו ראיה גדולה מהמצאי עמהם ויקבלוני כן ואמור אהיה שלחני אליכם וכבר קדם

dic eis

ושם מופתו למשה בזה באמרו
כי אהיה עמך וזה לך האות
כי אנכי שלחתיך ׃ והאות
הוא שאמצא לך בכל מקום
וכמך לו מה שדומה לזה
באמרו אלקי אבותיכם שלחני
אליכם אלקי אברהם אלקי
יצחק ואלקי יעקב המפורסמים
בהמצא הענין האלקי עמם
תמיד ׃ ואלקי האלקים כנוי
בעבור שכל הכוחות הפועלים
צריכים אליו יתברך יסדרם
וינהיגם ׃ ואדני האדנים כמוהו
אבל אל נגזר מאילות וממנו
יצאו כל הכחו׳ והוא מרומם
להתדמות להם וכשר לומר כי
כמוך באלקים קבוץ אל ׃
קדוש כנוי שהוא נקדש ומרומ׳
מהשתוות לו מדה ממדות
הברואים ואם יקרא בהם הוא
דרך העברה ׃ ועל כן שמע
ישעיהו קדוש קדוש קדוש עד
אין תכלית ׃ והטעם שהוא
נקדש ומרומם משתשיגהו
מאומה מטומאו׳ העם אשר
ישכון כבודו בניה׳ וכן ראה
אותו על כסא רם ונשא
ומכוין בקדוש הרוחני אשר לא
יתגשם ולא יתלה בו דבר

dic eis porrò, אהיה *miſit me ad vos.* Hujus rei argumentum, & demonſtratio ibidem jam antè Moſi facta eſt, dum ad eum dicebat; *Quia* אהיה *ero tecum, & hoc eſt tibi ſignum, quòd ego miſerim te*; Exod. 3. 12. id eſt, *& hoc eſto tibi ſignum, quòd ego inveniar & adfuturus ſim tibi in omni loco.* Cui mox ſubjungitur quod ſimile ei eſt, & eodem tendit; *Deus Patrum veſtrorum miſit me ad vos*, ℣. 13. *Deus Abrahami, Deus Iſaaci, & Deus Jacobi*, ℣. 15. de quibus palàm conſtat, quòd Res Divina jugiter cum illis fuerit.

אֱלֹהֵי הָאֱלֹהִים *Deus Deorum*, Cognomen eſt ſignificans, Omnes Virtutes & Facultates agentes indigere Deo Benedicto, ut ab eo ordinentur & gubernentur (h.e. *ſignificat Dominum omnium virtutum & operationum*).

אֲדֹנֵי הָאֲדֹנִים *Dominus Dominorum*, ei ſimile eſt.

Sed אֵל derivatum eſt ab אֱיָלוּת *Fortitudine* (h.e. ſignificat *Fortem, Deum fortem*). Nam ab ipſo egrediuntur omnes Virtutes; Ipſe autem longe ſublimior & eminentior eſt, quàm ut illis aſſimiletur, ut rectè de Eo dici poſſit; *Quis ſicut tu* בָּאֵלִים *in fortibus?* Exod. 15. 11. quod eſt plurale ab אֵל.

קָדוֹשׁ *Sanctus*, Cognomen eſt, quo ſignificatur, Ipſum Sanctiorem eſſe & Sublimiorem, quàm ut Proprietas aliqua Creaturarum ei adæquari poſſit, &, ſi illis appelletur, id fieri per translationem ſeu metaphorice (*conf. par. 3. §. 17.*). Ideo audivit Eſajas innumeris vicibus ingeminari, קָדוֹשׁ קדוש קדוש *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, Eſa. 6. 3. Ratio, quia Ipſe Sanctior & Sublimior eſt, quàm ut immunditia aliqua populi illius, inter quos Gloria ejus habitat, eum poſſit comprehendere. Hinc vidit Eum (*ibidem*) *ſuper Solio excelſo & elevato*, verſ. 1. Per *τὸ* קָדוֹשׁ *Sanctus* enim intelligitur *Spiritualis*, qui non poteſt incorporari, & in quo nihil eorum exiſtit, quæ in corpori-

כמה

bus exiſtunt, ut Sapientes noſtri ajunt. קדוש ישראל *Sanctus Iſraelis* Cognomen eſt Rei Divinæ quæ ei (*Iſraëli ſeu Jacobo*) adhæſit, & poſt eum in toto ſemine ejus, adhæſione intellectuali & regiminis, non adhæſione contactus. Neque enim cuivis pro lubitu licet dicere, אֱלֹהַי *Deus mi*, קְדוֹשִׁי *Sancte mi*, niſi improprie, quatenus Deitatem ejus in ſe recepit; ſed Vere id nemo dicere poteſt, niſi Propheta, vel Sanctus aliquis, cui Res Divina adhæret. Hinc dixerunt olim ad Prophetam; *Deprecare quæſo faciem Dei tui*, 1. Reg. 13. 6. Intentio autem hujus appellationis eſt, ut tanta conſtituatur præcellentia populi Iſraëlis ſuper alios populos Idololatricos, quanta eſt Regis præ communi plebe, ſicut dicitur; *Sancti eſtote, quia Sanctus ego, Dominus Deus veſter*, Levit. 19. 2.

Sed אֲדֹנָי ADONAJ, quod ſcribitur per *Aleph, Daleth, Nun, Jod*, eſt quaſi Indicatio certa ad eum (*ſc. Deum; h. e. eum quaſi coram poſitum deſignat, ut Deum hoc nomine appellans, videatur eum quaſi exerto digito monſtrare, & ante ſe videre, quod fit, vel per aut propter Viſionem aut apparitionem aliquam Divinam externam, vel per Conceptionem Dei præſentiæ mentalem; quia hoc Nomen adjunctum habet pronomen primæ perſonæ, & ſignificat*, Domine mi). [1.] Indicium autem illud fit in latus ſine latere (*h. e. intendit quidem, Deum per medium aliquod creatum & ſenſibile ſibi apparentem ita compellans, ad latus illud vel locum illum, in quo medium illud comparet; ita tamen, ut in eo non ſubſiſtat & terminetur, ſed per illud mens & conceptus ejus ad Deum ipſum evehatur*).

ממה שיתלה בנשמים ויאמר קדוש ישראל כנוי לענין האלקי הדבק בו ׃ ואחריו בהמון זרעו דבקות המחשבה והנהגה לא דבקות נגיעה ואין מותר לכל מי שירצה שיאמר אלהי וקדושי אלא דרך העבר׳ בדרך הקבלה אך על דרך האמת לא יאמר אותו כי אם נביא או חסיד שידבק בו הענ׳ האלקי ועל כן אמרו לנביא חל נא את פני ה׳ אלקיך והכונ׳ היתה באומה הזאת שיהיה ערכם מן האומו׳ עכום ערך המלך מן העם כמו שאמר קדושים תהיו כי קדוש אני ה׳ אלקיכם ׃ אבל אדני הנכתב באלף דלת נון יוד הוא כרמז אליו כי הרמז הוא לצד מבלתי צד ׃

N O T Æ.

[1.] *Placet hic ex Muſcato quædam ulteriùs ad horum verborum explicationem & illuſtrationem addere*: Intentio, *inquit*, authoris eſt dicere, quòd Indicium ad Deum fiat per medium rei creatæ ſenſu apprehenſæ & perceptæ, quæ à Deo immediate regitur, quodque ad hanc ſe extollat apprehendens, quando dicit אדני *Domine mi*; non quaſi ultimum ejus objectum feratur ad rem illam creatam, ſed quòd per eam feratur ad deſignandum Deum ipſum, cui locus ille quaſi pro habitaculo Divinitatis

nitatis attribuitur metaphoricè, quemadmodum hoc ipſum docet author mox inferius. Simile quid ſcribit etiam Author libri עקרים *Ikkarim* par. 2. cap. 28. Summa huc redit; Eſſe hîc duas ſpecies Deſignationum; *Una*, quando loquens deſignat rem illam creatam coram qua ſtat: *Secunda*, quâ deſignat (mente) Scintillam vel ſplendorem illum Divinum, qui habitat in illa re, quæ deſignatio eſt præcipua: nam huc unicè omnes oculi reſpiciunt, & ad hunc in rei veritate refertur quod dicitur אדני *Domine mi*. Aliàs enim rem creatam agnoſceret & reciperet pro Domino & Patrono ſuo, quod abſit! Res quippe illa nihil aliud Prophetis erat, quàm probatio & argumentum, quòd Deus ipſis appareat, ſicut ſuprà dictum fuit, Prophetas vidiſſe Deum per medium aliquod, quod vocatur Gloria, Habitatio, Regnum, Ignis, Nubes, Imago, Similitudo, Viſio arcus &c. quatenus ſcilicet hæc ipſis probabant & confirmabant, quòd Sermo ad eos fiat &c. Simile quid etiam habetur ſup. par. 1. §. 97. & par. 2. §. 4. Summa; totus hic paragraphus uſque ad finem circa hunc cardinem vertitur per varias parabolas & ſimilitudines, uti videbimus, & apparet, mentem ejus eſſe, quòd ad medium hoc, per quod ipſis apparet & elucet Res Divina, reſpexerint & digitum quaſi intenderint, quando dixerunt אדני *Domine mi*, & per illud deſignarunt Deum ipſum, & neminem alium, ac ſi Ille ibi loco circumſcriptus eſſet, quod quidem abſit ut quis dicat vel cogitet; Nam Deus eſt locus Mundi, non verò Mundus locus ipſius. Deſignatio illa ſit, ut dictum על דרך העברה metaphoricè, quòd res illa ſenſibilis ſit inſtrumentum ac medium Dei voluntati ſoli ſerviens, vel, Dei voluntate ſolâ productum, ſine aliis cauſis intermediis. Et hoc eſt, quod author dicit כרמז *Quaſi Indicium*, cum nota ſimilitudinis: revera enim non poteſt indicari vel oſtendi id, quod nullo loco terminatur, ſicut porrò rem hanc ſimilibus aptis illuſtrat &c. *Et mox*. Juxta mentem itaque Authoris, Nomen אדני alloquutionem & deſignationem continet Dei quaſi præſentis & coràm ſtantis, per medium aliquod ſine medio, ſolâ Dei voluntate productum, ex quo Prophetæ arguebant, Deum ſecum loqui: Quod ad alios attinet, qui non pertingunt ad gradum Propheticum, & hoc Nomine utuntur, illi reſpiciunt eo ad eum, quem ſibi determinant in fide ſua, quâ credunt Prophetis illis, qui Viſiones Divinas habuerunt, ſicut ſuprà dixit §. 3. mox ab initio; *Et vocarunt eum ita, quòd ſic acceperint à Prophetis, quibus crediderint*; Traditio autem continua à Prophetis, eſt inſtar Viſionis ocularis,

ocularis, ſicut docet par. 1. §. 95. Præterea, quia totus populus vidit Columnam Ignis & Nubis, Arcam item, coram qua Deum alloquebantur, uti dixit par. 1. & mox iterùm dicet. Quin & Cœlum ipſum ex illis eſt (*medíis, Deum q. præſentem nobis ſiſtentibus*) apud eum, qui fide perfectâ juxta doctrinam Prophetarum credit, quòd ſint inſtrumentum ſerviens ſoli Dei voluntati, ut mox dicet. Et hac ratione quovis tempore & loco ſuffimentum purum poteſt Deo offerri, & Deus tanquam præſens ſiſti & deſignari, juxta ea quæ docuimus. Porrò nota, quemadmodum Res illa Divina ſenſibilis excitabat Prophetam ad apprehenſionem Dei ipſius; ſic appellatio Dei per nomina idem nobis præſtat. Nam nomen אֲדֹנָי nos dirigit ad conſiderationem Nominis Tetragrammati, juxta illud Exod. 3. ℣. 15. זֶה שְּׁמִי *Hoc eſt nomen meum*, וְזֶה זִכְרִי *& hoc eſt memoriale meum*, ſc. nomen אדני, quia ratione impoſitionis ſuæ docet de medio aliquo, per quod Deus ſe patefacit, ut dictum. *Hactenus Muſcatus. Cujus ſumma huc redit; 1. Nomine* אדני *compellari Deum velut coràm præſentem & adſtantem, 2. Prophetas & alios Viros ſanctos hac nominatione uſos eſſe, propter apparitiones Divinas ſenſibus apprehenſibiles, ſibi per Viſiones oblatas, & immediatè à Deo productas, per quas ipſis conſtiterit, Deum ſibi in illis præſentem ſe ſiſtere & ſecum loqui. 3. Per ſolas hujuſmodi Viſiones & apparitiones Divinas, immediatè à Deo productas & motas, licere Deum mediatè colere & invocare: 4. Sublatâ Prophetiâ, & ceſſantibus his apparitionibus, Pios Dei cultores hoc nomine Deum compellare ad imitationem Virorum Propheticorum, quòd fide illas amplectantur, & ſic Deum illum, qui olim Patribus ipſorum hac ratione apparuit, & coràm loquutus eſt, ſibi jam fide præſentem ſiſtant, & adeſſe credant. Quando ipſius Dei Nomine uſi fuerunt circa id quod viſibiliter apparuit, illos non retuliſſe illud Nomen ad ſpeciem illam externam, ſed ad Deum ipſum, qui illic indubitatò præſens erat, & ſpeciem illam immediatè tùm excitabat, tùm movebat. 5. Non licere hominibus ſibi ipſis hujuſmodi media ſenſibilia effingere & Divinitatem eis affingere, quod ſup. Par. 1. §. 97. exemplo Iſraëlitarum, vitulum ſibi hoc conſilio fabricantium, oſtendit, contra Dei præceptum. Sed hæc ex iis, quæ in ipſo Authore nunc ſequuntur, ulterius patebunt & illuſtrabuntur.*

Sunt etiam quidam, qui (*hoc nomine*) innuunt ad res Dei operatione effectas, eique primò (*proximè, ſine cauſis intermediis*) ſervientes; Sic Intellectum quaſi oſtendunt, quando dicunt, quòd ſit *In corde*, vel *In cerebro*; vel, *Intellectus hic*, aut,

כי יש שירמזו אל הדברים
הנפעלים מאתו המשמשים לו
שמוש ראשון כאשר ירמזו אל
השכל ויאמרו שהוא בלב או

Intellectus

במוח ויאמרו השכל הזה או
השכל הלזה ואין רמז באמת
אל מה שאיננו נגבל במקום ׃
ואף על פי שכל האיברים
משמשים לשכל ושמוש ההוא
הוא במצוע הלב או המוח וכליו
הראשונים רומזים אליהם
שהשכל שמו כן רומזים אל
השמים מפני שהוא כלי משמש
בחפצו גרידא מבלתי סבות
אחרות אמצעיות בניהם ואין
רומזין אל דבר מהמורכבות
מפני שהם כלים משמשים
במצוע סבות אחרות מ
משתלשלים אליו ית' שהוא
סיבת הסבות ואמר היושבי
בשמים ׃ כי האלקים
בשמים ׃ ויש שאמר על דרך
העברה יראת שמים ירא
שמים ׃ ומן שמים ירוחמו ׃ וכן
רומזים אל עמוד האש ועמוד
הענן ומשתחוים נכחו ואומרים
כי האלהים שמה כי העמוד
ההו' משמש כחפצו לבד ואיננו
כאשר העננים והאשים
הנקרים באויר כסבות אחרות
וכן אל אש אוכלת בראש ההר
אשר ראוה המון העם ואל
הצור' הרוחנית אשר ראוה
האצילים ׃ ותחת רגליו
כמעשה לבנת הספיר וקראו
אותה אלקי ישראל ׃ וכן
רומזים אל ארון הברית
ואומרין עליו אדון כל הארץ
בעבור הראות הפלאות

Intellectus iſte; cùm tamen revera non poſſit deſignari vel indicium fieri ad id, quod loco nullo determinatur (*ſed illud fit metaphorice*). & licet omnia membra utantur Intellectu, (vel, *ſerviant Intellectui, ejus ſc. juſſa, vel conceptus exequentia*,) illud tamen fit mediante Corde vel Cerebro, ejusque Organis, in quibus dicunt eſſe Intellectum. Sic innuunt, vel nutu q. deſignant & monſtrant aliquando *Cœlum* (*quando Deum vel divinam aliquam Virtutem aut operationem deſignare volunt*), quia Cœlum eſt Inſtrumentum ſerviens voluntati Ejus abſolutè, ſine aliis cauſis intermediis vel ſecundis; non autem aliquod compoſitum, quia illa (*compoſita*) ſunt inſtrumenta ſervientia mediantibus & intervenientibus cauſis aliis, inter ſe q. concatenatis, uſque ad Deum, qui eſt Cauſa cauſarum. Sic dicitur; *Qui ſedes vel habitas in Cœlis* (*Pſal.* 123. 1.): Item; *Quia Deus eſt in cœlis* (*Eccl* 5. 1.) Imò eſt qui dicit per modum translationis; *Timor cœli: Timens cœli*; Item; *De cœlo miſericordiam conſequantur.* Sic innuebant olim, vel reſpiciebant ad *Columnam Ignis*, & *Columnam Nubis*, coramque eâ ſe incurvabant, dicentes, Deum eſſe illic; quia Columna illa ſerviebat voluntati ejus ſolùm, neq; erat ſicut cæteræ Nubes & Ignes, quæ ſunt in Aere ex cauſis aliis: Sic ad *ignem conſumentem in vertice montis*, quem multitudo populi viderunt (*Exod.* 24. 17.), & ad *Figuram* illam *ſpiritualem*, quam Optimates viderunt, de qua dictum; *Et ſub pedibus ejus velut opus pavimentationis Saphiri*, vocaruntque eum, *Deum Iſraëlis* (*ibid. v.* 10.). Sic innuebant vel reſpiciebant ad *Arcam Fœderis*, & dicebant de ea, אדון כל הארץ *Dominus totius terræ*, Joſ. 3. *v.* 11. quia varia conſpiciebantur mira-

בהמצאו והעדרם בלעדיו
כאשר קראו העינים רואות
והדבר שהראות בו זולתם
והיא הנפש ; ויש שרומזים
אל הנביאים והחכמים ה
החסידים כי הם כלים
הראשונים לחפץ האלקים
משתמשי׳ בחפצו ולא ימרו
מדברו מאומה ויראו המופתים
על ידיהם ובכמו הרמז הזה
אמרו רבותי׳ זכרונם לברכה
את י״ אלקיך תירא לרבות
תלמידי חכמים והדין למי
שהוא במעלה הזאת ש
שיקראוהו איש האלקים תואר
מורכב מן האנושות והאלהו׳
כאלו אמ׳ האנוש האלקי ;
וכאשר יהיה הדבור עם דבר
אלקי שרומזים עליו יאמר
אדני באלף דלת נון יוד כאלו
הוא אומ׳ אדני אתה מושלי
ורומז אל מה שיוגבל במקום
דרך העברה כמו שאמר ה
היושבי בשמים יושב ציון יושב
הכרובים שוכן ירושלם ורבו
המדות והשמות אחד בעבור
התחלפות הדבר המקבל ב
כהתחלפות הניצוצו׳ והשמ׳
אחד וזה הדמיון איננו נאות
בכל אלא אם היתה השמש
בלתי מושגת ונמצאו הניצוצות
ולא תושג סבתם אלא בדרך

cula, ubi illa præſens erat, & deſinebant illâ abſente; ſicut nempe Oculi vocantur *Videntes*, cum tamen res illa, per quam viſus fit, ſit aliquid aliud, nempe Anima. Aliquando nutum faciunt vel reſpiciunt ad Prophetas, Sapientes, & Sanctos, quia illi ſunt quaſi Inſtrumenta prima Voluntatis vel Beneplaciti Divini, ſervientia pro ejus Voluntate, nec vel minimùm à verbo ejus deflectentia, per quos etiam fiunt prodigia & miracula. De tali Indicio dicunt Rabbini noſtri b.m: (Quod dicitur) את י״ אלהיך תירא *Dominum Deum tuum timebu*, Deut. 6.13. (dicitur ſic), *ad includendum* (ſub את י״ אלהיך) *Diſcipulos Sapientum*. Eum, qui in hoc gradu eſt, jure vocant איש האלהים *Virum Dei*, quod eſt Epitheton compoſitum ex Humanitate (*nomine humanam naturam ſignificante*, איש) & Divinitate (האלהים) quaſi dicas, *Virum Divinum*. Quando itaque Sermo habetur cum Re Divina, ad quam nutum faciunt vel indigetant, tùm dicitur אדני (*adhibetur hoc Nomen*) quaſi (*loquens*) diceret; אדני *Domine mi, tu es Dominator meus*, metaphoricè annuens ad id quod loco illic determinatur (h. e. *ad illud quidem reſpiciens, ſed id intelligens, cujus illud eſt ſignum q. & quod in mente ſua concipit, Deum ſc. ipſum*) ſicut cùm dicunt; *Qui habitas in Cœlis*; *Habitans in Tzijone*; *Habitans in Cherubinis*; *Habitans in Hieruſalem*. Sic multiplicantur המדות (*Proprietates, Nomina, Epitheta, Formæ & figuræ, tanquam Majeſtatu Dei præſentis radii & ſcintillæ*) cùm Eſſentia ſit unica, pro diverſitate & varietate ſubjecti recipientis, ſicut variantur & diverſi ſunt Radii ſolares, cùm Sol ſit unicus; quamvis hæc ſimilitudo non per omnia conveniat, ſed tùm (*ſc. conveniret*) ſi Sol non apprehenderetur (*non videretur*) ſed ejus tantùm radii exiſterent, causâ eorum (*Sole*) non perceptâ,

הראיה ׃ והצורך מביא
להרחיב מעט בדברים בכאן
בעבור שהוא מקום טענה איך
רומזים אל מקום מי שאין לו
מקום ונאמין כי הנרמז אליו
הוא הסבה הראשונה ׃
ואנחנו מציעים בתשובה זה
הצעה ונאמר כי החושים אינם
משיגים מן המוחשים כי אם
מקריהם לא עצמיהם ואינם
משיגים מן המלך על הדמיון
זולתי המראים והתבניות
והשעורים ואיננו זה אמתת
המלך שהם מקבלים עליהם
לרוממו אבל אתה רואהו
במלחמה בתכשיט אחד ׃
ותראהו במדינה בתכשיט
אחר ובביתו בתכשיט אחר
ותאמר כי הוא המלך בגזירת
החוש לא בגזירת השכל
ואפשר שתראה אותו נער
ואחר כן בחור ואחר כן זקן
ואחר כן ישיש ותראה אותו
בריא ואח' כן חולה וכבר
נחלפו מראיו ומשושיו ולחותיו
ומדותיו ואתה אומ' שהוא
הוא ׃ וגזרת שהוא המלך
בעבור שהוא אשר דבר עמך
וצוך והזהירך וזה ממנו איננו
כי אם השכל או הנפש ה
המדברת וכבר התקיי' כי
החלק ההוא מכנו עצם בלתי
נגדר ואין רמיזה אליו ואתה
כבר רמזת אליו וגזרת שהוא
המלך וכאשר מת וראית

ceptâ, niſi per rationem (*argumentando ab effecto ad cauſam*).

Verùm neceſsitas poſtulat, ut hæc paulò latiùs explicentur. Poteſt enim hîc excipi; Quomodo (*in his*) deſignent vel intendant locum, (*deſignantes*) eum qui non habet locum, & credamus, id quod deſignatur (*non eſſe id quod loco determinatur & circumſcribitur, ſed*) eſſe Cauſam primam?

Reſponſionis loco hanc præmittimus Regulam; quòd Senſus de ſenſibilibus non apprehendant ſeu percipiant niſi eorum Accidentia, non ſubſtantias ipſas. Sic, exempli gratiâ, de Rege non apprehendunt niſi externum aſpectum, ſimilitudines, ſeu figuras & menſuras (*veluti phyſiognomiam, ſtaturam, proceritatem, craſſitiem, proportionem* &c.) non Veritatem Regis ipſam, quem illi honorandum in ſe recipiunt: Hunc verò alio ornatu vides in bello, alio, in Urbe, alio rurſum in domo ſeu palatio ejus; & tamen ſemper dicis, hunc eſſe Regem, ſecundum judicium ſenſuum, non ſecundum judicium Intellectus: Eundem potes videre jam puerum, mox juvenem, hinc ſenem, exinde decrepitum; jam ſanum, mox ægrotantem; ſubinde etiam mutatur ejus externa ſpecies, contactus, humores, qualitates, & tamen ſemper dicis, hunc eſſe Regem. Judicas autem & pronuncias eum eſſe Regem ex eo, quia Is eſt, qui Tecum loquitur, qui tibi dat mandata, & interdicta, quæ proveniunt ab ejus Intellectu vel Anima rationali. De hac vero ejus parte conſtat & certum eſt, quòd ſit Subſtantia, quæ nullo loco terminatur, & quæ non poteſt oſtendi; & tamen hanc innuiſti, & de ea pronunciaſti quòd illa ſit Rex. Quando verò mortuus eſt, &

eadem vides (*externa, quæ antea, corpus nimirum Ejus*), dicis, hunc non eſſe Regem, ſed Corpus, quod movere poſſit quivis qui voluerit, & variis affectionibus accidentium obnoxium, ſicut Nubes quæ Vento feruntur, & ab uno adducuntur, ab alio congregantur, ab alio diſſipantur; cum antea (*corpus illud Regis*) nihil paſſum fuerit, niſi voluntate Regis ipſius, & ſimile fuerit Nubi Divinæ, quam Venti non potuerunt diſſipare.

Aliud ſimile ſit hoc; Solem videmus ſpecie rotundum, expanſum inſtar ſcuti ſuperficialiter, & ad ejus formam, ſplendidum, calidum, & quieſcentem; & tamen Intellectus decernit, quod ſit Orbis vel Globus, Terrâ major centum ſexaginta ſex vicibus, & neque calidus ſit, neq; quieſcat, ſed duobus contrariis motibus moveatur, orientali & occidentali, quorum modos & conditiones longum foret explicare. Senſibus enim non eſt data facultas apprehendendi rerum ſubſtantias, ſed tantùm peculiaris facultas apprehendens accidentia ab illis (*ſubſtantiis*) dependentia, ex quibus Intellectus deſumit probationes de Subſtantiis ipſis, earumque cauſis; Quidditatem verò rei non comprehendit. Sed Intellectus perfectus, qui eſt Intellectus in actu in Angelis, apprehendit Res ipſas, & Quidditates, in ſubſtantia ſua, neque opus habet accidentibus intervenientibus ceu mediis: noſter verò Intellectus, qui primò eſt in potentia in materia, (*materialis, poſſibilis & paſſibilis, ut Philoſophi vocant*) non poteſt inſiſtere veritati rerum, niſi per facultates peculiares quas Deus ipſi gratioſè largitus eſt & poſuit in ſenſibus convenientibus accidentibus (*in ſenſili apprehenſione*

ממנו מה שהיית רואה גזרת כי הוא איננו המלך אך גוף יניעהו מי שירצה ויפעל על כמה פנים מאופני ההפעליות מהמקרה כעננים הנקרי' באויר ישיאם רוח ותביאם אחרת ותקבצם ותפזר' אחרת והיה קודם לכן לא יפעל כי אם בחפץ נפש המלך ההוא והיה כעמוד הענן האלקי אשר לא יפזרוהו הרוחות : דמיון אחר השמש נראה אותה עגול פשוט כשעור הצנה ובתארה מזהירה חמה נחה : והשכל גוזר כי הוא כדור גדול מכדור הארץ כמאה וששים ושש פעמים ושאינה חמה ולא נחה אך היא מתנועעת שתי תנועות מתהפכות מזרחית ומערבית בתנאים יארך פירושם ולא הושם לחושים כח להשיג עצם הדברים אך כח מיוחד להשיג מקרים תלויים בהם יקח השכל מהם ראיה על עצמם וסבתם ולא יעמוד על המהות הענין אלא השכל השלם אשר הוא שכל בפועל במלאכים ישיג הענינים והמהויות בעצמם מאין צורך אל המקרים שיהיו באמצע אבל שכלנו אשר הוא תחלה בכח בהיולי לא יוכל לעמוד על אמתת הדברים אלא במה שחננו הבורא מכחות מיוחדים שמם בחושים ראוי' למקוי'

המוחשים דבקים תמיד בכל
המין כי אין מחלוקת בין ראו׳
עיני וראות עיניך שהשטח
ההוא והעגול המאיר המחמם
הוא השמש ואף על פי ש
שהמדות האלה מרוחקות אצל
השכל לא הזיק זה בעיון
מחמת שלקחנו מהם ראיה על
חפצנו כאשר יקבל תועלת
הפקח המשכיל אשר יבקש
גמלו במאמר אלעמש אלאחול
שעיניו מרוטות שרואה מאחד
שנים אני רואה במקום פלוני
שני כורכיות גראניק והפקח
ידע כי הגמל הוא שרואה
מאחד שנים ובחלישות
ראותו נדמית לו כי הוא
כורכיאה גרניק ובעבור עורת
ראותו נדמה לו שהם שנים
והועיל הפקח בעדותו ודן א
אותו לכף זכות ברוע מליצתו
מפני רוע ראותו : וכן החושים
והכח הדמיוני אצל השכל
וכאש׳ שם הבורא בחכמתו
הערך הזה בין החוש הנראה
והמוחש הגשמי כן שם ב
בחכמה ערך בין החוש הנסת׳
והענין שאינו גשמי ושם למי
שבחר מברואיו עין נסתרת
הואה דברים בעיניהם לא

prehenſione accidentium) ſenſilium, qui ſemper inſunt toti ſpeciei (*eodem modo*). Nulla enim eſt controverſia inter Viſum oculorum meorum, & Viſum oculorum tuorum, quin iſta ſuperficies, & iſtud Rotundum, ſplendens & calefaciens, ſit Sol. Et licet proprietates vel affectiones iſtas abſurdas judicet Intellectus, tamen hoc (*iſta ſenſibilis apprehenſio*) nihil obeſt ſpeculationi, quin potiùs prodeſt, eò quòd ab illis pro lubitu noſtro deſumamus probationem; eodem ſc. modo, quo Vir prudens & Intelligens, Camelum ſuum quærens ex eo, quòd lippum aut luſcioſum vel myopem (*in Hebræo textu habentur duæ voces Arabicæ*, אלעמש אלאחול), oculorum vitio laborantem, ut pro uno duo videat, dicentem audit; *Vidi in hoc vel illo Loco duas grues* (Arabicè גראניק); Prudens enim ille (*ex hoc ſermone*) colligit, Camelum ſuum eſſe, quod ille duplex vel geminum ſe vidiſſe dicit, & à debilitate viſus illius eſſe, quòd Camelus ipſi viſus ſit eſſe Grus, a pravitate autem & vitio viſus fluxiſſe, quòd Unum (*Camelus unus*) ipſi viſum ſit eſſe duo. Ex ejus tamen teſtimonio utilitatem capit Vir ille prudens, & judicat eum ad lancem innocentiæ (*excuſatum eum habet*) inconvenientis hujus ſermonis nomine, propter vitium viſus ejus. Eadē ratione ſe habent Senſus, & Facultas Imaginatrix ad Intellectum.

Quemadmodum itaque Creator ſuâ Sapientiâ conſtituit proportionem inter Senſum apparentem (*externum*) & Senſile corporeum: ſic eadem Sapientiâ ſuâ conſtituit proportionem inter Senſum occultum (*internum*) & Rem quæ non eſt corporea (*Muſcatus dicit, illum intelligere hic Formas illas ſpirituales, quæ Prophetis apparuerunt, quæ non fuerint ſimpliciter incorporeæ, ſed quædam q. ſpiritualia corpora habuerint. Vide par. 2. §. 4.*) & conceſſit ei ex creaturis ſuis quem elegit, Oculum occultum (*ſpiri-*

יתחלפו

tualem), ut videat res oculis ſuis (*prout ſunt*, *vide ſimilem phraſin par.* 5. *§.* 6. *&* 21.) ſine variatione (*eodem modo*), & ab illis deſumit Intellectus probationem de rerum ipſarum quidditate & cordibus (*nucleo*): & cui Oculus iſte eſt creatus, ille revera Videns eſt, & intuetur omnes reliquos homines velut cæcos, eoſque docet & dirigit. Et fieri poteſt ut Oculi iſti ſint Facultas Imaginatrix, unà cum Facultate Intellectuali, quibus vident Formas magnas & terribiles (*divinas*, *ipſis apparentes*), docentes de Veritate rerum citra omne dubium. Probatio autem magna pro Veritate illarum, eſt totius illius ſpeciei (*generis hominum*) conſenſus de Formis illis, h. e. quòd omnes Prophetæ, res illas videntes, mutuum ſibi hac in re præbent teſtimonium, ſicut nos facimus in iis quæ ſenſu (*externo*) apprehendimus; De Melle enim teſtamur quòd ſit Dulce, de Abſynthio, quòd ſit amarum; &, ſi videamus aliquem à judicio noſtro diſſentientem, dicimus illum aberrare à re naturali. Illi itaque viderunt ſine dubio Rem illam divinam Oculo occulto (*ſpiritusli*) & Formas ſeu Figuras (*Imagines*), convenientes naturis ſuis (*naturæ rerum, quas denotabant*): & quas ſic videre ſolebant, eas recenſent (*deſcribunt*) illâ ipsâ formâ quâ eas viderunt incorporatas. Formæ autem illæ (*incorporatæ, corporali ſpecie apparentes*) veræ ſunt (*reales ſunt*) relatæ ad id quod ſpectat Cogitatio, Imaginatio, & Senſus (*revera enim creatæ ſunt, neq; mera ſunt phantaſmata*); non autem veræ ſunt, relatæ ad Subſtantiam (*res ſignificata per eas*) quam ſpectat & quærit Intellectus, ſicuti ſuprà declaravimus Exemplo Regis. Nam ſi quis dicat, Regem eſſe iſtum

יתחלפו ויקח מהם השכל ראיה על ענין הדברים ההם ולבותם : ומי שנבראה לו העין ההו' הוא הפקח באמת ויראה כל בני אדם כעורים ויורם ויישירם ואפשר שיהיו העינים ההם הכח המדמה בעוד שישמש הכח השכלי ו ותראינה צורות גדולות נוראות מורות על אמתות שאין בהם ספק והראיה הגדולה על אמתתם הסכמת כל דמין ההוא על הצורות ההם רוצה לומר כל הנביאים שראים דברים יעיד בהם קצתם לקצתם כאשר אנחנו עושים במחשנו כי אנחנו מעידים במתיקות הדבש ומרירות הלענה ואם נראה מי שיחלוק עלינו נאמר שהוא יוצא מענין הטבעי ואלה מאין ספק ראים העולם ההוא האלקי בעין הנסתרת וראים צורות ראויות לטבעיהם ומה שהרגילו מספרי' אותם כ כתבנית' אשר ראום מוגשמו' והתבניות ההם אמתות בהערכתם אל מה שיבקשהו המחשב והדמיון והחוש ואינם אמתיות בהערכתם אל העצם אשר יבקשהו השכל כאשר הביאנו הדמיון במלך כי מי שיאמר שהוא הארוך הלבן

הלובש המשי אשר הנזר על ראשו והדומה לזה איננו כוזב ; ומי שיאמר שאיננו כי אם המשכיל המכיר המצוה המזהיר בארץ פלונית בזמן פלוני על אומה פלונית איננו כוזב גם כן וכשרואה הנביא בעין הנסתרת הצורה התמימה שבצורות אשר ראה אותה בדמות מלך או שופט יושב על כסא דין בענין צווי ואזהרה מהקם ומהעדרה ידע שהיא צורה ראויה למלך נעבד נשמע ; וכאשר יראה דמות נושא כלים או נושא כלי ספרות או חגור לעבוד עבודה ידע שהוא צורה ראויה לעובד שומע ; ואל יקשה בעיניך דמות אדם לבורא כי בבחינת השכל נדמה לו תחלה באור כי הוא החשוב שבמוחשים והדק שבהם והסובב והכולל חלקי העולם יותר מכלם וכאשר נחשוב במדות שאי אפשר לדחותם בין על דרך האמת כמו חי ויכול ויודע וחפץ ומסדר ונותן לכל דב' מדה שראוי לו ושופט צדק לא נמצא במדה שאנו רואים דמיון קרוב מ מהנפש המדברת והוא האדם השלם וזה מצד שהוא אדם לא מצד שהוא גוף כי הוא משתתף בזה עם הצמח ולא מצד שהוא חי כי הוא משתתף בזה עם הבהמות ; וכבר

iſtum procerum, album, ſericeis indutum, coronam in capite geſtantem, & ſimilia, is non mentietur; &, ſi alius dixerit, Regem eſſe illum Intelligentem, Scientem, Mandata & Edicta in terra hac vel illa, hoc vel illo tempore, in hac vel illa natione, facientem, is etiam non mentietur. Sic quando Propheta videt Oculo ſuo occulto Formam omnium abſolutisſimam in ſimilitudine Regis, vel Judicis in Solio judiciali ſedentis, præcipientis, prohibentis, conſtituentis & deponentis (*Reges*) (*Dan.* 2. 21.) novit hinc (*in Intellectu ſuo*), iſtam eſſe Formam Regis, cui ſubjectio & obedientia ſit præſtanda: quando videt ſimilitudinem geſtantis arma (*Ezech.* 9. 2.), vel geſtantis inſtrumenta Scribæ (*Ibid. v.* 3.), vel Accincti ad aliquid expediendum (*Dan.* 10. 5.), novit hanc eſſe formam, quæ conveniat Subdito, & Obediëntiam præſtanti. Neque eſt quòd ſcrupulum tibi moveat, quòd Deo adſcribatur ſimilitudo Hominis! Nam in notione Intellectus aſſimilamus Eum primò Luci, quæ eſt præſtantisſimum & ſubtilisſimum omnium ſenſibilium, partes mundi omnes ambiens & complectens magis quàm omnia alia: Quando verò cogitamus de Proprietatibus, quas non poſſumus negare, quin vel per translationem & metaphoricè, vel in rei veritate Deo attribuantur, veluti, *Vivens*, *Potens*, *Sciens*, *Volens*, *Ordinans*, *Suum cuiq; tribuens*, *Judex juſtus*, nullam propiorem & convenientiorem ſimilitudinem invenimus, quàm Animæ rationalis, quæ (*propter quam*) eſt Homo perfectus, quatenus Homo eſt; non quatenus Corpus eſt; nam hoc commune ipſi eſt cum Plantis; neque etiam quatenus Vivens eſt; nam hoc commune habet

דמו הפילוסופים העולם באדם גדול והאדם בעולם קטן ׃ ואם הדבר כן והאלקים הוא רוח העולם ונפשו ושכלו חיותו כאשר נקרא חי העולם כבר נתברר הדמיון על דרך השכל כל שכן שלנבואה ראות יותר גלוי מההקשה והראות ההוא השיג ההמון העליון עין בעין וראה צבא השמים מהרוחניים הקרובים וזולתם בצורת אדם ולהם רמז באמרו נעשה אדם בצלמנו כדמותנו והטע׳ כי כבר הדרגתי העירה והבאתירה על סדר החכמה מן היסודות אל המחצבים אל הצמחים אל החי אשר באויר ובמים ואחר כן אל החי אשר בארץ בעלי החושים הזכים והידיעות הנפלאות ואין אחר המדרגה ההיא אלא מדרגה שהיא קרובה מן הסוג האלקי המלאכי והוא האדם בצורת מלאכיו ומשרתיו הקרובים אליו ב במדרגה לא במקו׳ כי התעלה מהמקום ׃ ועל שני הדמיונים לא יתכן שיהיה דמותו אצל הדמיון אלא צורת הגדול שבבני אדם שממנו יוצא

cum Beſtiis. Quin & Philoſophi compararunt Mundum cum Homine magno, & Hominem cum Mundo parvo (*vide More nevóchim par.1.cap.72.*); hoc ſi ita ſit, & Deus ſit Spiritus, Anima, Intellectus, & Vita mundi, ſicut vocatur (*à Danjele cap.12.7.*) חי העולם; ratio hujus Similitudinis evidens eſt de Intellectu. Evidentius idem patet de Prophetia (*Intellectu Prophetico*), quæ perſpicaciùs cernit, quàm Ratiocinatio (*naturalis & humana*); Viſio enim illa (*Prophetica*) Multitudinem ſupernam (*Angelorum ſc.*) apprehendit oculo ad oculum, Exercitumque illum cœleſtem Angelorum ſpiritualium, Deo proximorum, & aliorum (*non ita proximorum*), videt in Forma Hominis, quod his innuitur verbis; *Faciamus hominem in imagine noſtra, ſecundum ſimilitudinem noſtram*, Geneſ.1. verborum enim horum ſenſus eſt; *Quia hucusq; per gradus perfeci Creationem, & eam ſapientiſſimo ordine perduxi ab Elementis, ad Mineralia, Plantas, Animantia quæ partim in aëre ſunt, partim in aqua, Animalia terreſtria, puriores & clariores ſenſus habentia, & notitias admirandas, nullus alius, poſt hunc gradum, ſupereſt, niſi ille qui proximus ſit Ordini Divino Angelico, Homo videlicet, cum forma Angelorum & Miniſtrorum Ejus proximorum*; non Loco, ſed gradu; quia Deus nullum habet locum (*ſic Cabaliſtæ vocant Angelum Metatron ſeu Metatorem, de quo alibi plura,* אָדָם הָעֶלְיוֹן Hominem ſupernum; *de quo vide in* ספר המעלות *R. Jehúdam Chaijat fol. 159. col. 1.*). Juxta has duas ſimilitudines vel comparationes (*in quibus Deus aſſimilatur vel Homini, reſpectu Intellectus humani, & quatenus Microcoſmus vocatur, vel Homini ſuperno, qui inferiori ſimilis eſt ratione formæ*) non convenit ut Deus aſſimiletur niſi ſub ſimilitudine Maximi inter homines (*Regis*) à quo per gradus egreditur Directio & Diſpoſitio ad reliquos

התוכן והסדר לשאר בני אדם
על מדרגות כאשר יוצא ממנו
יתברך סדר העולם ומתכונתו
ורואים אותו בעת שהוא
מהעדה ומהקם ודן את
המלכים עד די כרסון רמו
ועתיק יומין יתיב: ובעת הכעס
והמחשבה לנסוע יושב על
כסא רם ונשא ושרפים
עומדים ממעל לו ובעת הנסיעה
המרכב' אשר ראה יחזקאל
ושמרה כלה במחשבתו חוץ
למקום הנבואה והוא כאשר
שת את גבולו מים סוף עד ים
פלשתים ויכנס במדבר סיני
ופארן ושעיר גם מצרים כי
למקום ההוא מעלה כאשר
הזדמן בו שיפגע התנאים
התוריים המצוה בהם תתראנה
הצורות ההם עין בעין במרא'
ולא בחידו' כאשר נראה
המשכן וסדר עבודה וארץ
כנען וחלקיה ומעמד ויעבור
ה' על פניו ויקרא: ומעמד
אליהו במקום ההוא בעצמו:
ואלה הענינים אשר לא יושגו
מדרך ההקשה בטלום פילוסופי
יון מפני שההקשה מרחקת מה
שלא נראה כמוהו וקיימו אותם

quos homines, ſicut a Deo Benedicto egreditur Diſpoſitio & Ordo mundi. Unde quando viderunt eum ceu *Reges deponentem & conſtituentem, eosdemq́; judicantem, viderunt quòd Throni projecti fuerint, & Antiquus dierum conſederit, Dan. 7.* Iratum, & Diſceſſum meditantem, ceu *Sedentem in Solio alto & excelſo, & Cherubinos ſtantes ſuper eo,* (Eſa. 6. *id juxta Authorem, denotabat, Deum in procinctu eſſe auferre præſentiam ſuam à populo impuro labiis*) Diſcedentem & proficiſcentem, præfiguravit Currus, quem Ezechiel vidit (*in eo veluti diſceſſurum*), quam (*Viſionem*) totam ſervavit in cogitatione ſuâ (*mente retinuit*) extra locum Prophetiæ (*Ezech. 1. 1. Ego autem eram in medio transmigrationis, juxta fluvium Chóbar*), cujus terminos poſuit à mari Suph, uſque ad mare Philiſtæorum, (*Exod. 23. 31.*) incluſo etiam deſerto Sinaj, Sëir, & Paran, ut & Ægypto (*vide par. 2. §. 14.*) : Locus enim ille (*Aegyptus*) hanc prærogativam etiam habet, quando contingit ut in eo reperiatur talis, qui habeat conditiones Legales præſcriptas (*ſi in eo reperiatur aliquis dignus & idoneus, ſuper quo Majeſtas Divina habitet, ut Aharon, Mirjam, & ſimiles. Conditiones autem iſtæ expoſitæ ſunt part. 3. §. 65.*).

Porrò quod ad Figuras ſeu Formas illas diverſas attinet (*Prophetis, & aliis Viris Dei Sanctis oblatas*), viſæ illæ ab eis fuerunt oculo ad oculum per Viſionem, non in Ænigmatis; ſicut viſum fuit (*à Moſe*) Tabernaculum, Ordo cultuum (*peragendorum*), Terra Canaan *Deuter. 3. 27. & 34. 1.*) & ejus partes, Apparitio illa Moſi facta, *in quâ Deus ante faciem Moſis tranſivit, & clamavit, Dominus, Dominus fortis, &c.* Exod. 34. 6. Viſio Eliæ in eo ipſo loco, 1. Reg. cap. 19. Res iſtiusmodi, quę non apprehenduntur per modum διανοίας & ratiocinationis, rejecerunt Philoſophi Græci; quia διανοία ſeu Ratiocinatio non admittit id, quod non videtur ei conſentaneum;

Prophetæ autem receperunt & agnoverunt eas, quia non potuerunt negare id, quod oculo ſpirituali viderunt, per quem ipſis ſingularis excellentia data fuit.

Integri autem fuerunt cætus ſeculis diverſis (*eorum qui tales Viſiones Propheticas & Divinas viderunt*), in quibus conſenſus non poteſt habere locum (*de quibus non licet ſuſpicari, quòd ex compacto & conſpiratione talia ſcripſerint & prodiderint*). Et Sapientes qui eos attigerunt (*illorum ſeculo vixerunt*), eosque tempore Prophetiæ ipſorum viderunt, ipſis fidem habuerunt, & aſſenſi ſunt. Imò, ſi Philoſophi Græci vidiſſent Prophetas Prophetantes, & prodigia ac miracula illorum, ipſos agnoviſſent, & eis adſtipulati fuiſſent, modosque ratiocinationum quæſiviſſent, quo pacto homo ad iſtum gradum pervenire poſſet (*vide par. 1. §. 65.*), prout nonnulli eorum id jam fecerunt (*exiſtimant illum indigitare Platonem, vide Muſcat.*) ut jam taceam Philoſophantes aliarum Religionum, quorum mentio facta par. 1. (*puto illum intelligere Philoſophos Iſmaëlitarum, & Chriſtianorum*).

Atque ad ea quæ hujus generis ſunt reſpicit Nomen *Aleph Daleth Nun Jod*, ad Rem, inquam, aliquam Divinam exiſtentem ſeu præſentem (& viſu perceptam) quaſi dicas, אדני *Domine mi*, vel, *Dominus meus*.

הנביאים מפני שלא יוכלו להכחיש מה שראוהו בעין הרוחנית אשר נתן להם יתרון בה : והיו קהלות בדורות נחלקים לא תעבור עליהם ההסכמה והודו להם החכמים אשר השיגום וראו אותם בעת נבואתם ואלו היו רואים פילוסופי יון הנביאים בענין נבואתם ומופתיהם היו מודים להם והיו מבקשים פנים באופני ההקשה איך יגיע האדם למדרגה הזאת : וכבר עשה קצתם זה כל שכן המתפלספים מאנשי התורות : ואל כמו זה יהיה הרמז באלף דלת נון יוד לענין אלקי נמצא כאלו הוא אומר אדני : ומלאכות ה׳ כנוי לשליחות והמלאך יש שהיה נברא לעתו מן הגופים היסודיים הדקים : ויש שהיה מן המלאכים הנצחיים ושמא הם הרוחניים שאומרין הפילוסופים ואין עלינו לדחות דבריהם ולא לקבל אותם : והספק במה שרא׳ ישעיהו ויחזקאל ודניאל אם הם מהנבראי׳ לעת הצורך

מַלְאַךְ יְיָ (*Angelus Domini*, quod ſæpè in Scriptura legitur) cognomen eſt Legationis (*ſignificat Legatum*). Tales Angeli vel Legati, vel ſunt pro certo tempore creati ex corporibus ſubtilibus elementaribus, vel ſunt Angeli perpetui. Et fortasſis hi ſunt illa הרוחניים Spiritualia (*motores cœli*) de quibus Philoſophi loquuntur, quorum verba neque rejicimus, neque approbamus. Dubitatur autem de iis, quæ viderunt Eſaias, Ezechiel, & Danjel, an illa fuerint creata duntaxat pro

tempore

או מן צורות הרוחניות הקיימות: וכבוד ה' הוא הגוף הדק ההולך אחרי חפץ האלקים המצטייר כפי שירצה להראות על הנביא כפי הדעת הראשונה: אך על הדעת השנייה יהיה כבוד יי' כולל המלאכים והכלים הרוחניים כסא ומרכבה ורקיע ואופנים וגלגלים וזולת זה ממה שהוא קיים עומד והוא נקרא כבוד ה' כאשר נקראו שמושי המלך כבודה ואת הכבודה לפניהם: ושמא זאת היתה בקשת משה באמרו הראני נא את כבודך ואמר לו הן על מנת שיזהר מראות הפנים אשר אין יכולת לאדם לראותם וכמו שאמ' וראית את אחורי והכבוד ההוא מה שיוכל לסבלו ראות הנביאים ויש בעקבותיו מה שראותנו סובלת אותו כמו הענן ואש אוכלת ממה שהוא רגיל אצלנו: ויש אחריו דק יותר מדק עד שיגיע למדרגה שלא ישיגנה הנביא ואם יהרוס אליו תנתק הרכבתו כאשר אנחנו רואים בכחות הראות כי מי שראותו חלושה לא יראה אלא כאורה מועטת שהיא נשארת בין הערבים כעטלף ומי שעיניו תרוטות וחלושי

tempore illo præſenti, an ex formis ſpiritualibus perpetuis.

כָּבוֹד יְיָ *Gloria Domini*, (*quæ tribus illis Prophetis apparuit*) vel eſt Corpus ſubtile, ſequens Divinum beneplacitum, formatum prout Ipſi viſum fuit eam Prophetæ oſtendere, juxta unam ſententiam; vel, juxta ſententiam aliam, poteſt כבוד יי *Gloria Domini* in genere illic ſignificare Angelos, & Inſtrumenta ſpiritualia; (Solium, inquam, Currus, Expanſum, Rotas, Orbes, & alia) quæ ſunt perpetua & ſtabilia. Et hæc vocantur *Gloria Domini*, quemadmodum utenſilia, vel apparatus & ornatus Regis, vocantur Gloria ejus, ut, וְהַכְּבוּדָה לִפְנֵיהֶם *Et gravitatem vel gloriam ante ſe*, Judic. 18. 21. Et fortasſis hoc eſt, quod petiit Moſes, quando dixit; *Videre fac me quaſo Gloriam tuam*; ad quod Deus ei reſpondit, ſe id facturum, eâ tamen conditione, ut ſibi caveat, ne faciem intueatur, quâ homo videre non posſit, ſicut ait; *Videbis poſteriora mea* (*h.e. Gloriam illam, quæ eſt veluti inſtrumentum vel ornatus Regis gloria*).

Cæterùm quod ad *Gloriam* illam attinet, quædam ita comparata eſt, ut eam ſuſtinere posſit Viſus Prophetarum; alia, quam Viſus noſter ſuſtinere poteſt (*quàm non ſolùm Prophetæ, ſed & alii, poſſunt apprehendere*), ut; Nubes, & Ignis conſumens; quæ inter nos fuerunt conſueta (*ordinaria, cùm egrederentur ex Aegypto*); alia denique eſt ſubtiliſsima, ad eum uſq; gradum, ut ne quidem Propheta eam posſit apprehendere; &, ſiquidem vi ad eam perrumpere vellet, compoſitio ejus diſſolveretur (moreretur, *vide par. 3. §. 65.*), ſicut accidere videmus in facultate Viſiva. Nam qui Viſum habet debilem, non videt niſi veluti Lucem ſuboſcuram & exiguam, qualis eſt inter duas veſperas, (*ſub occaſum, vel crepuſculum*), inſtar veſpertilionis; cujus oculi

ſunt lippi vel ſuffuſione laborant, non videt niſi umbram; qui viſu pollet acri & forti, videt quidem Solem; ſed Solem ipſum pleno fulgore ſplendentem nullus oculus intueri poteſt: ſi quis id facere pertinaciùs tentaverit, excæcabitur. Atque hæc eſt propriè illa *Gloria Domini, Regnum Domini, & Majeſtas Domini*, quæ Nomina Lex Divina uſurpat: quandoque tamen accommodantur etiam ad Res naturales, veluti cùm dicitur; *Plena eſt terrâ Gloriâ ejus*, Eſa. 6. 3. *Et Regnum ejus in omnia dominatur*, Pſ. 103. 19. At verò in rei veritate non apparet Gloria & Regnum (*Domini*) niſi ſuper electis, peculio, & Prophetis ejus, & per ea etiam Epicureis manifeſtum fit, Deum habere Dominium & Regnum ſtabile atque æternum; Scientiam item particularium actionum Creaturarum, ut dicere cogantur; *Revera regnat Dominus*; *Apparuit Gloria Domini*: *Regnat Dominus in ſæculum*: *Dicite Tzijoni*; *Regnat Deus tuus*, &c, *Gloria Domini ſuper te orta eſt*, Eſa. 60. 1. Neq; ab his aliena cenſenda ſunt (*h. e. neq; exiſtimandum, alterius fuiſſe generis ſequentia*), quæ leguntur; *Similitudinem Domini aſpiciet*, Numer. 12. ℣. 8. Item; *Et viderunt Deum Iſraëlis*, Exod. 24. ℣. 10. *Currus Ezechielis*, cap. 1. *De menſura ſtaturæ*, Ezech. 8. 2. (*vide R. Muſcatum*); quia per hæc ingreditur Timor ejus in animas, ſicut dicitur; *Et ut ſit timor ejus in conſpectu veſtro*, Exod. 20. ℣. 20.

IV. *Coſri*; Nunquid autem, quando in animum ingreditur (*animo impreſſa & confirmata per ratiocinationem intellectualem*) Ejus Divinitas, Unitas, Potentia, Sapientia, quodq; omnia ab illo ſint, Eoq; Opus habeant, Ipſe vero nullo; ſimul ingreditur Timor & Amor ejus, ut corporeis iſtis *figuris & formis, quibus apparuit, & videndum ſe exhibuit*) non ſit opus?

הרואות לא יראו כי אם צל ומי
שראותו חזקה יראה השמ'
אבל עצם השמש בעת זכותה
לא תוכל עין להביט אליו ואם
ידחק לזה יתעור וזהו כבוד
ה' ומלכות ה' ושכינת ה'
בשמות התוריים אך פעמים
הושאלו גם כן למשפטים
הטבעיים ואמרו מלא כל
הארץ כבודו : ומלכותו בכל
משלה אך באמת לא יראה
הכבוד והמלכות אלא על
בחיריו וסגולתו ונביאיו אשר
בהם יתברר לאפיקורוס כי יש
לאלקים ממשלה ומלכות
קימת וידיעה בחלקי מעשה
היצורי' ואמר באמת מלך ה'
ונראה כבוד ה' וימלוך ה' ל
לעולם ועד : לאמר לציון
מלך אלקיך : וכבוד ה' עליך
זרח : ואין להרחיק כל מה
שנאמר בתמונת ה' יביט ויראו
את אלקי ישראל : ומעשה
מרכבה אף לא שעור קומה
בעבור מה שיש בו מהכנס
מוראו בנפשות וכמו שאמר
ובעבור תהיה יראתו על פ
פניכם וגומר :

ד אמר הכוזרי והלא כ
כשאלהותו נכנס' בדעו' ו
ואחדותו ויכלתו וחכמתו ו
ושהכל מאתו וצורך הכל אליו
ושאין לו צורך אל הכל יכנס
המורא ממנו והאהבה לו ולא
נצטרך לגשמו' הזה :

V. Ju-

ס אמר החבר זאת טענת הפילוסופי ואשר נראה מנפש האדם כי היא יריאה בהמצא המפחידות המורגשות מה שאינה יריאה כאשר יסופר לה עליהם כאשר היא אוהבת הצורה היפה הנמצא' מה שאינה אוהבת כשיספרו עליה ואל תאמין למתחכם שיאמר כי מחשבתו מתחברת על סדר עד שיגיע אל כל הענינים הצריכים באלהות בשכלו בלבד מבלתי שיסמוך אל מורגש בראות דמיון ממלות או מכתב או מצורות נראות או מתדמות הלא תראה שאינך יכול לבלול כל ענייני תפלתך במחשבה לבדה בלתי קריאה ולא תוכל לספור עד מאה דרך משל במחשבה לבדה בלא דבור כל שכן אם תהיה המאה ממינים מתחלפים ולולי ההרגש שהוא כולל הסדר ההוא השכלי בדמיונות ותנועות לא היה נכלל וכן מסתדרת לנביא גדולת האלהים ויכלתו ורחמנותו וחכמתו וחיותו ותמידותו ומלכותו ושאיננו צריך לכל ושהכל צריכים לו ואחדותו וקדושתו במה שהוא רואה פתאום ברגע אחד מגדולת הצורה

V. *Judæus*; Hæc eſt argumentatio Philoſophorum (*quòd videlicet ſimplex Dei cognitio & Apprehenſio Intellectualis ſufficiat ad gignendum in animis noſtris Ejus Timorem & Amorem*). At verò in ipſa Anima hominis videmus, quòd illa Timore corripiatur, quando ei offeruntur Viſiones terribiles ſenſibiles, cùm nullum timorem corripiat ex rerum illarum narratione; Sic Amore complectitur Formam elegantem coràm præſentem, cujus amore non accenditur, ſi de illa ipſi narratur (*Itaq; vult concludere, non ſunt fruſtranea illa Viſiones, & Apparitiones corporea*). Neque credas Sophiſtæ vel ſciolo dicenti, Cogitationem ſuam ordine accuratè componere, & pertingere poſſe ad omnes res ad Dei cognitionem neceſſarias, Intellectu ſolo, ſine ope ſenſibilis alicujus (*medii*) ut putà Vocis, vel Scripturæ, vel Formarum aut Imaginum, ſeu viſibilium & verarum, ſeu imaginariarum! Annon enim vides, te Cogitatione ſolâ, ſine lectione, non poſſe complecti & continere omnia ad Precationem tuam neceſſaria & requiſita! Imò ne quidem uſque ad centum numerare poſſe cogitatione ſolâ, ſine voce aut ſermone; maximè ſi centum illa (*numeranda*) diverſæ fuerint ſpeciei? (*veluti Homo, Leo, Bos, Aquila &c.*); Niſi accedat ſenſus (*aliquid ſenſile*), qui Ordinem illum Intellectualem ſimul contineat & complectatur per Similitudines & Motus, non poteſt (*ordo ille*) contineri & comprehendi. Sic autem (*per hujusmodi viſiones & formas apparentes*) uno veluti complexu repræſentatur & exhibetur Prophetæ, Dei Magnitudo, Potentia, Miſericordia, Sapientia, Vita, Æternitas, Regnum, Quòd Ille nullâ re indigeat, Omnes autem ipſo (*Sufficientia*), Unitas, & Sanctitas; eò quòd ſubitò & momento uno videt Formæ

הצורה

alicujus creatæ (*ipſi exhibitæ*) magnitudinem, gloriam, decorem, qualitates, & inſtrumenta quæ de Potentia docent, velut Manum extentam, Gladium ſtrictum, Ignem, Ventum, Fulgura & Tonitrua, quæ ejus imperio ſerviant; Sermonem ex illis egredientem per Præcepta & Interdicta, ut & Notificationes ejus quod vel jam fuit, vel futurum eſt; Homines & Angelos (*al. exemplaria habent* והמלכים Et Reges) coram Ipſo ſtantes & ſe incurvantes; Omnes hominum neceſſitates ab Ipſo provenientes, in quantum illis ſufficit, ut nihil illis deficiat, Exaltantem humiles, & humiliantem potentes, Dexteram ejus pœnitentibus porrectam, ſicut Jonas olim ad Ninevitas clamavit; *Quis ſcit, ſi convertatur, & pœniteat Deum?* Jonæ 3. 9. Iraſcentem & indignantem contra impios, Reges removentem & conſtituentem, Millies mille coram ipſo ſtantes & ſervientes &c. Omnia hæc, & his ſimilia, videt Propheta momento uno, & per ea ingreditur Timor & Amor firmiter in animam, omnibus diebus vitæ ejus; totâ etiam vitâ ſuâ optat, deſiderat, & appetit, ut hæc ipſi ſecundâ, vel tertiâ vice iteratò ſibi appareant. Quòd Salomoni ſecundâ vice id contigerit, narratur tanquam res magna, ſicut dicitur; *Qui apparuerat ipſi duabus vicibus*, 1. Reg. 11. 9. Quando autem pertigit Philoſophus aliquis ſuâ intelligentiâ ad tale quid?

VI. *Coſri*; Hoc non convenit (*fieri non poteſt, ut Philoſophus cogitatione & ratiocinatione ſuâ ad gradum hunc excelſum pertingat, ut plures res ſimul & conjunctim intueatur & apprehendat*), ſed numeratione vel enumeratione ſingulatim perficitur, ita ut nequeat quis vel duas ſimul numerare vel enumerare

הצורה ההיא הנבראת לו והודה והדרה והתכונות והכלי׳ המורים על היכולת כיד הנטויה והחרב השלופה והאש והרוח והברקים והרעמים המשמשים במאמרו והדבור היוצא מביניהם באזהרות ובהודעת מה שהיה ויהיה ׃ ומעמד בני האדם והמלכים לפניו נכנעי׳ ויציאת כל צרכיהם מאתו יספיק להם ולא יחסר מאומה יגביה השפל וישפיל הגבוה ויפשוט ימינו לשבים ׃ ויקרא אלהים מי יודע ישוב ונחם האלהים ׃ ויאנף ויכעס על הרשעים ויעדה מלכין ויקם מלכין ולפניו אלף אלפין ישמשוניה וגומ׳ כל זה והדומה לזה יראה הנביא ברגע אחד ויכנס ה המורא והאהבה תקועים בנפשו כל ימי חייו ׃ והולך כל ימי חייו חושק הומה ו ומבקש שיתראה אליו פעם שנייה או שלישית וכבר נחשב לשלמה לדבר גדול השתי פעמים באמרו הנראה אליו פעמים ׃ מתי הגיע הפילוסוף אל כזה בתבונתו ׃

ו אמר הכוזרי לא יתכן זה כי המחשבה איננה אלא בספור דברים לא יתכן בה לתאר שני דברים יחדיו ואלו

יהיה אפשר לא יתכן לשומע
לכלול אותם יחד כי החלקים
אשר נראה אותם מהמדינה
ואנשיה בשעה אחת לא
יסבלם ספר גדול ׃ והנה
נכנסה האהבה במדינה או
השנאה בלבי כרגע אחד ׃
ואלו היו קוראים עלי זה בספר
לא היה נכנס בנפשי כל שכן
שהמחשבה מתבלבלת כמה
שיפגעו' מן הטעות והדמיון
ומדברי' שקדמו ולא יזדכך לה
דבר שלם ׃

ז אמר החבר אבל הם
כבעלי העינים התרוטות אשר
לא יוכלו לראות האור ההוא
וצריך שנסמוך על הפקחים
אשר קדמונו אשר כח בהם
לראותו ׃ וכמו שהפקח לא
יוכל לראות השמש ולהורות
עליה זולתו וישינהו בהבטה
אליה הנמנע אלא בעתות היום
ובמקומות נשקפים שהשמש
זורחת אליהם ׃ כן הפקח
באור האלקי יש לו עתים
ומקומו' בהם ויראה האור
ההוא והעתים הם עתות
התפלות כל שכן בימי ה

merare & eloqui. Nam per particularia urbis alicujus, & ejus civium, quæ video horâ unâ (*uno quaſi momento & intuitu*) quæque non caperet liber magnus, ingreditur vel Amor vel Odium & averſatio (*eorum*) cor meum quaſi uno momento (*prout nempe illorum Mores & Actiones merentur*). Quod ſi verò iſta mihi ex libro aliquo prælegerentur tantùm, nequaquam ita afficeretur animus meus; ut nil dicam, quòd Cogitatio & ratiocinatio noſtra (*variè*) confundatur, vel ab Errore, cui eſt obnoxia (*dùm ea in eliciendis conſequentiis ex præmiſſis, variè ſæpè ex debilitate Intellectus errat*) vel ab Imaginatione (*falſa, dum conceptus Intellectualis cum Imaginario confunditur, & præmiſſas vel principia, quæ vera non ſunt, pro veris habet*) vel ab iis quæ præceſſerunt (*judicando id, cui eſt quis aſſuetus, eſſe verum: homines enim naturâ amant id cui ſunt aſſueti, & inclinant ad illud, ait Majemonides in præfatione libri Móre hannevóchim*) neq; purè & perfectè quicquam videt (*quia cogitatio hominis perpetuò veluti nube eſt obducta & circumfuſa à materia impura, ut in ſuis conceptibus & ſpeculationibus non ſit pura & clara*).

VII. *Judæus*; Ideò (*Philoſophi*) ſunt veluti oculorum vitio laborantes, qui lucem illam aſpicere non poſſunt; Proinde neceſſe eſt ut ſequamur Viſu claro præditos, qui nos præceſſerunt, quique poſſunt Lucem illam videre & aſpicere. Quemadmodum autem Viſu perſpicaci præditus non quovis tempore poteſt Solem videre, & de eo alios docére (*eum aliis oſtendere*) quia aliquando eum aſpicere prohibetur (*ipſi eſt impoſibile*); ſed duntaxat temporibus Diei (*dum Dies eſt, & lucet*; vel, *quibusdam Diei temporibus, veluti manè & ſub veſperam, quando non eſt in pleno ſuo ſplendore*) & in Locis ubi Sol oriri & in quæ radios ſuos emittere poteſt: ſic Is qui Lucem divinam contuetur, certa habet Tempora & Loca, in quibus Lucem illam videt. Tempora illa ſunt

Tempora Precum; inprimis verò Tempus Pœnitentiæ, Loca ſunt loca Prophetiæ.

התשובה והמקומות הם
מקומות הנבואה ׃

VIII. *Coſri*; Sic itaque video, te ſentire cum[1.] Magiſtris Horarum & Locorum, prout faciunt Aſtrologi!

ח׳ אמר הכוזרי אם כן אני
רואה אותך שאתה מודה
ברבי השעות והמקומות כ
כחוזים ׃

NOTA.

[1.] *Hebr.* בְּרַבֵּי, *à ſingulari* רַב Magiſter, Præfectus, quaſi dicat, *Cum iis qui ſe profitentur Doctores & Magiſtros Scientiæ Horarum & locorum, quanam ſcilicet præ aliis ſint auſpicata & inauſpicata. Muſcatus exiſtimat potiùs intelligi.* Planetas certis horis & locis Dominium habentes, *& ſic ſenſus eſſet*; Video te agnoſcere & profiteri Dominium Planetarum & conſtellationum in ſingulas horas & loca, ut Aſtrologi faciunt. *Addit*; Noſti enim, Aſtrologos attribuere cujusque diei principio dominium Planetæ alicujus, juxta ordinem חל״ם כצ״נש. Nam principio diei primi, ejusdem ſcilicet matutino, juxta eos dominatur Sol, & ſic conſequenter reliqui Planetæ, uſque ad horam 7. pòſt iterùm in circulum, donec dominium perveniat ad Lunam, in principio diei ſecundi, & tum iterum eodem ordine vices ſuas habeat, donec dominium pertigerit ad unumquemque illorum, die ipſi peculiari & proprio. Hinc etiam nomina diebus à Planetis impoſuerunt. Dominium autem illorum in Noctibus ſequitur hunc ordinem, כצ״נש חל״ם, eodem modo in circulum. Quod ad Loca attinet, nemini ignotum eſt, Aſtrologos dividere vel diſtinguere omnia totius Orbis loca, juxta duodecim Signa cæleſtia, & eorum dominia in terras, ſingulis ſignis ſubjectas, agnoſcere; nominibus etiam ſuis deſignare Principes cujusque populi & regionis (h.e. *Angelos vel Stellas*).

IX. *Judæus*; Et num nos negamus, Superiora vim habere in Terreſtria? Fatemur, Generationis & Corruptionis ſeriem procedere à Sphæris; (vide *par.* 1. §. 77.) formas autem eſſe ab Eo qui regit & gubernat eas, quique eas facit Inſtrumenta, ad exequendum ea, quæ generare vult; ita tamen, ut particulares circumſtantias ignoremus (*veluti Temporu, Loci*, &c.). Aſtrologus quidem gloriatur ſe illa ſcire & intelligere;

ט אמר החבר וכי אנו ד
דוחים שיש לעליונות מעשה
בארציות אך נודה כי המשכי
ההויה וההפסד מחמת הגלגל
אבל הצורות מאת מנהיגם
ומיליכם והשם אותם כלים
להקמות כל אשר יחפוץ מן
ההויות מבלתי שנדע לחלק
אותם והחוזה טוען שהוא
יודע לחלק ולהבין ואנחנו ם

מכחישים אותו מורה ונגזור שאין בשר ודם משיג לורה ואם נמצא מן החכמ׳ ההיא דבר סמוך אל חכמה אלקית תוריית נקבלהו ובזה תנוח דעתינו על מה שנזכר מחכמת הכוכבים בדברי רבותינו מ מפני שאנחנו סבורים שהוא מקובל מכח אלהי והוא אמת ואם לא הנה כלו סברות וגורלות בשמים יותר אמתיים מהם הגורלו׳ בעפר : אם כן מי שיראה האורה ההם הוא הנביא באמת והמקום אשר יראה בו הוא מקום הכוונה באמת מפני שהוא מקום אלקי והתורה אשר תבא על ידו היא תורת אמת :

י אמר הכוזרי אבל התורות אשר אחריכם כאשר יודו באמת ולא יכחישהו כלם משימים יתרון למקום ההוא ואומרים כי הוא מקום עליית הנביאים ושער השמים ומקום מעמד הדין ושהנשמות נ נקבצות אליו ושהנבואה בבני ישראל אחר הודאתם בגדולת מעלה לאבותם וההודאה במעש׳ בראשית והמבול וכל מה שכתוב בתורה וחוגגים אל המקום הנכבד ההוא :

יא · אמר החבר אמנם הייתי מדמה אותם לגוים אשר לא

telligere: At verò nos hoc ei negamus, & ſtatuimus, Carnem & Sanguinem iſta ſcire non poſſe. Si in illa diſciplina aliquid inveniatur, quod fundatum ſit in Theologia & Lege Divina, acceptamus illud, ſicut acquieſcit mens noſtra in eo quod de Aſtrorum ſcientia legitur apud Rabbinos noſtros, quia arbitramur, illos id accepiſſe à Virtute Divina, uti revera eſt; abſque hoc, omnia ſunt meræ opiniones humanæ & Sortes veluti cœleſtes, quibus veræ magis ſunt Sortes pulveris (*terreſtres, in Geomantia; vide librum* עקרים *par.* 4. *cap.* 4.). Itaque adhuc concludimus, eum qui videt Luces illas, (*lucidas & ſplendidas illas apparitiones Divinas*) revera eſſe Prophetam; & Locum in quo eas videt, eſſe Locum ei deſtinatum (*Prophetiæ*), quia eſt Locus Divinus; & Legem quæ per eum venit (*in eo loco lata eſt*) eſſe Legem veritatis.

X. *Coſri*; Atqui Leges (*h.e. Religiones*) poſt vos ortæ (*Iſmaëlitarum & Chriſtianorum*) fatentibus omnibus, nec ullo negante, Præcellentiam etiam Loco illi attribuunt, dicentes, quòd ſit Locus aſcenſus Prophetarum (*in cœlum: vid. §. ſeq.*), quaſi Porta cœlorum, Locus judicii, & in quo Animæ congregantur; quòd item Prophetia fuerit inter Iſraëlitas; fatentur etiam Summam Dignitatem & præſtantiam Patriarcharum ipſorum, agnoſcunt Hiſtoriam Creationis & Diluvii, & reliqua quæ in Lege ſcripta ſunt; Peregrinationes etiam religioſas ad Locum illum inſtituunt (*Hebr.* חוגגים *quod hoc ſenſu uſitatum eſt in Lingua Arabica.*)

XI. *Judæus*; Ego verò eos compararem cum Gentilibus (*Heb.* לגוים: *in ſecunda editione eſt* לעובדי כוכבים Idololatris) qui non receperunt omnia

ſpecialia Præceptorum, ſed tantùm generalia, ſeu principalia; niſi Opera eorum deſtruerent verba ipſorum, & Honorem, quem deferunt Loco Prophetiæ (*Terra ſancta*) iis verbis facerent, quæ dirigunt etiam ad Loca quæcunque Idololatrica, in quibus multitudo eorum convenit, in quibus nullum unquam Opus Divinum apparuit; præterquàm quòd etiam retineant Ritus cultuum antiquorum, dieſque feſtos, & ſolennitates illorum, & nil niſi Figuras mutarunt, quæ erant illic: has aboleverunt, non etiam Fidem & religionem earum; ut parùm abſit, quin dicam, Deum, eo quod dixit: *Et ſervietis illic Diis alienis, ligno & lapidi, Deut.*4.28. & alibi ſæpiùs repetitur, reſpexiſſe *ad hos, qui exaltant Lignum & Lapidem*; *Nota, hæc verba in ſecundâ editione eſſe expuncta, quia videntur in Chriſtianos dicta*). Illis nos diuturnitate vel tractu temporis æquales facti ſumus (*ex parte, & apparenter, non in rei veritate, ait Muſcatus. Vide inf. §. 23.*) propter iniquitates noſtras. Veriſſimum quippe eſt, Intentionem ipſorum directam fuiſſe ad Deum, ſicut patet exemplo Abimelechi, & Ninevitarum. Philoſophorum quidam etiam vocant Deum *Elohim* (*h.e. fatentur ejus Deitatem, & Deum eum vocant*). Et Princeps alterius ſectarum duarum (*Turcarum ſc. & Chriſtianorum. In ſecundâ edit. eſt* ומנהיג ההגריים Et *Princeps* Hagarenorum *Muhammed*) dicit, quòd apprehenderit Luces illas *Divinas in ſcaturigine ipſarum*, h.e in Terrâ ſanctâ, *& quòd inde ſubductus fuerit in Cœlum (hæc verba etiam expuncta ſunt in ſecundâ editione)* præcepitque eò dirigere vel remittere omnes totius mundi homines, ut Locus intentionis ipſorum ſit Terra illa: ſed non diu ita manſit, verùm brevi & exiguo tempore, & tandem converterunt intentionem ſuam ad Locum il-

קבלו כל תולדות המצות אך שרשיהם לולי שמעשיהם סותרים את דבריהם ושכבודם למקום הנבואה בדברים שהם מכוונים אל מקומות היו לאלילים באיזה מקום שיקרה שיהיה בהם המונם לא נראה בו מעשה אלהי עם השאירם חוקי העבודות הקדומות וימי חגיהם ומועדיהם ולא שנו זולתי הצורו' שהיו לשם מחו אותם ולא מחו דתותיהם עד כמעט שאומר כי כל מה שאמר הבורא ועבדתם שם אלקים אחרים עץ ואבן ונשנה פ פעמים הוא רמז אל אלה אשר הם מרוממים את העץ ואשר הם מרוממים את האבן: ואנחנו עם רוב הימים מ משתוים אליהם בעונותינו ואמת הוא שכונתם אינה אלא לאלקים כמו עם אבימלך ואנשי נינוה: ומתפלספים יקראו לשם האלקים ומנהיג אחת מהשתי בתות אמר כי השיג האורות האלהיות ההם במוצאם רוצה לומר אדמת הקדש ושמשם העלוהו ל לשמים: וצוה ליישר אנשי העולם כלו והיה מקום כונתם הארץ ההיא ולא נתעכב הענין כי אם מעט עד שהשיבו .כ

כונתם אל המקום אשר
המונם שם : הלא זה כמי
שירצה ליישר בני אדם כלם
אל מקום השמש אבל עיניהם
תרוטות ולא יכלו לראות ולא
מצאו מקומה ונשא אותם
אל קוטב הצפון או אל קוטב
הדרום ואמ׳ להם השמש הנה
הקבילוה תראו אותה ולא ראו
אותה : והמנהיג משה עליו
השלום העמיד ההמון אצל הר
סיני לראו׳ את האור אשר
ראוהו אלו היו יכולין עליו ב
בכלתו : ואחר כן קרא
לשבעים זקנים וראוהו כמו
שאמר ויראו את אלקי ישראל :
ואחר כן קבץ השבעים זקנים
השניים וחל עליהם מאור
הנבואה מה שנשתוו עמו בו
כמו שאמר ויאצל מן הרוח א
אשר עליו ויתן על שבעים איש
הזקנים ומעידים קצתם לקצתם
במה שרואים ובמה ששומעין :
ונתרחקו המחשבות הרעות
מן האומה שיחשוב כי הנבואה
טענה כהיחיד שטען בה כי
לא יתכן לעבור ההסכמה על
ההמונים ההם כל שכן שרבו
והיו קהלות משתוים עם
אלישע בידיעת יום לוקח בו
אליהו באמר׳ לו הידעת כי
היום יי׳ לוקח אדניך מעל

cum illum, in quo ſit multitudo ipſorum (*congregata*). Hoc verò nunquid perinde eſt, ac ſi quis vellet dirigere omnes homines ad locum Solis, ſed quorum oculi caliginoſi eſſent, ut nequirent illum videre, neque poſſent locum ejus invenire; aut eos remitteret ad polum Aquilonarem, vel Auſtralem, ipſiſque diceret; State ex adverſo ejus, & videte eum, ubi eum non videre poſſunt (*quia non quærendus vel in Aquilone vel in Meridie, ſed in Oriente, vel Occidente*). Princeps verò Moſes b.m. ſtitit, vel, congregavit multitudinem populi ad montem Sinai (*qui eſt etiam unus ex illis locis in quibus Lux Divina apparet viſu claro præditis, Vide ſup. §. 3. & par. 2. §. 14.*) ut viderent Lucem; quam etiam vidiſſent, ſi eam, quam ipſe, facultatem & potentiam habuiſſent. Poſtea convocavit Septuaginta Seniores, qui viderunt eam, ſicut dicitur; *Et viderunt Deum Iſraëlis*, Exo. 24. 10. Dehinc congregavit Septuaginta Seniores alteros, ſuper quibus requievit de Luce Prophetiæ, ut in eo æquales ipſi facti fuerint, ſicut dicitur; *Et ſeparavit de Spiritu qui erat in eo, poſuitq; in 70 viris ſenioribus, fuitq; requieſcente in eis Spiritu, prophetarunt*, Num. 11. 24. 25. teſtimonium ſibi invicem præbentes eorum quæ viderunt, & audiverunt, quo procul omnes ſiniſtræ cogitationes abactæ ſunt, ac ſi Prophetia eſſet Ratiocinatio unici & ſingularis alicujus, qui eam excogitarit, & invenerit. Non enim poteſt tacitus conſenſus intercedere in illis multitudinibus quæ multæ fuerunt, imò integri cætus omnes idem æqualiter ſcientes & ſentientes ſicut illi, qui æqualiter ſciverunt cum Eliſa diem illum, quo aſſumendus fuit Elias (*in Cœlum*), ſicuti ad eum dixerunt; *Annon noſti, quòd hodiè Deus tollit Dominum tuum à capite tuo? Et ait, Etiam ego novi*,

tacete, 2.Reg.2,3.5. Et hi omnes teſtes ſunt Moſis, exhortantes homines ad Legem ejus.

XII. *Coſri*; Attamē illi (*Iſmaëlitæ & Chriſtiani*) propiùs ad vos accedunt, quàm Philoſophi!

XIII. *Judæus*; Magna eſt diſtantia inter Virum Legis ſeu Religionis alicujus (*quæcunq, ea ſit*), & inter Philoſophum. Religionem ſeu Legem aliquam certam habens, Deum quærit propter multos alios uſus & fines, quàm ut eum diſcat agnoſcere. Philoſophus autem nihil aliud quærit, quàm Scientiam, ut de eo poſſit verè diſſerere, non aliter quàm ex. gr. quærit, ut de Terra diſſerere poſſit, & oſtendere, quòd illa ſit in centro Sphæræ maximæ (*reliquas omnes ambientis*) non verò in centro Sphæræ ſtellarum (*octavæ*), & alia: neque magis pernicioſum judicat Ignorantiam agnitionis Dei, quàm Ignorantiam cognitionis terræ, & ſtatuere quòd illa ſit expanſa vel ſuperficialis: utilitatem (*notitiæ*) non facit aliam, quàm ſcientiam rerum veram adipiſci, ut quis aſſimiletur Intellectui agenti, ita ut quaſi idem cum eo fiat (*vide par. 1. §. 2.*), & perinde poſtea eſt ipſi ſive quis ſit Juſtus (*pius*) ſive Epicureus; modò ſit Philoſophus. Ex fundamentis etiam fidei illorum (*Philoſophorum*) eſt, quòd dicunt, Deum neque benefacere, neque malefacere; Mundum credunt eſſe æternum, neque admittunt illum non fuiſſe donec vel antequam crearetur, ſed nunquam non fuiſſe, & ſemper futurum: ſi quando Deum vocant Creatorem, faciunt id metaphoricè, non propriè, ut verba ſonant: ſed per vocem Creatoris intelligunt Cauſam efficientem. Effectum autem non tolli, ſed poni per no-

ראשך ׃ וכלם עדים למשה מזרזים על תורתו ׃

יב אמר הכוזרי אבל הם יותר קרובים אליכם מהפילוסופים ׃

יג אמר החבר רחוק מה שיש בין בעל התורה ובין הפילוסוף כי בעל התורה מבקש האלקי׳ לתועלות גדולות זולת תועלת ידיעתו אותו ׃ והפילוסוף אינו מבקש אלא שיספרהו על אמתתו כאשר הוא מבקש שיספר הארץ על הדמיון שהיא במרכז הגלגל הגדול ׃ ואיננה במרכז גלגל המזלות ׃ וזולת זה מהידיעות ושאין מזיק הסכלות בידיעת האלהים אלא כהזקת הסכלות בידיעת הארץ שהיא תשטח והתועלת אצלו איננה כי אם ידיעת הדברים על אמתתם להדמות בשכל הפועל וישוב הוא הוא בין שיתיה צדיק בין שיהיה אפיקורו׳ לא יחוש כשיהיה פילוסוף ׃ ומשרשי אמונת׳ שהם אומרים לא ייטיב ה׳ ולא ירע ׃ ושיאמן בקדמות העולם ולא יראה שהיה העולם כלל נעדר עד שנברא ׃ אבל לא סר ולא יסור ואם יקראו האלקים יתברך בוראו הוא על דרך העברה לא על המובן מהמלה ׃ אך הוא רוצה באמרו בורא ויוצר שהוא סבתו ועלתו ולא סר העלול עם העלה ׃ אם תהיה העלה

tationem

נכח העלול בכח ואם תהיה
בפועל העלול בפועל והבורא
יתברך עלה בפועל ועלולו
בפיעל בעוד שהיא עלתו אך
אם יתרחקו הרוחק הזה אין
להאשים אותם מפני שלא
הגיעו אל הידיעה האלקית
אלא בדרך הקשה וזה ממה
שהביא אליו הקשתם : ו
והמודה מהם באמת יאמר
לבעלי התורה כמו שאמר
סק״ראט אל העם חכמתכם
זאת האלקית אינני מכחישה
אך אני או׳ שאינני יודעה
אמנם אני חכם בחכמה
אנושית אך אלה האומות כפי
אשר קרבו רחקו ואם לא
ירבעם וסיעתו יותר קרובי׳
אלינו והיו עובדי עבודה זרה
והם ישראל נמולי׳ שומרי שבת
ושאר המצות אלא מעט ממה
שהביאם צורך ההנהגה לעבור
עליהם : והם מודים באלקי
ישראל המוציאם ממצרים כמו
שאמרנו בעושי העגל במדבר :
ואין לאלה עליהם מעלה אלא
בהרחקת הצורות אך כיון
שהטו מקום הכוונה ובקשו
הענין האלקי במקום שאיננו
נמצא זולת שנות רוב ה
המצות

tationem Cauſæ: ſi cauſa ſit potentia, effectum etiam eſſe in potentia; ſi cauſa ſit in actu; effectum etiam vi cauſæ eſſe in Actu. Quod ſi elongantur (*à nobis*), ideò non culpandi ſunt, quia non perveniunt ad Dei cognitionem, niſi per Ratiocinationem & diſcurſum; ad hæc autem inducit ipſos (*hac dictat ipſis*) ratiocinatio ipſorum: & qui ex illis Veritatem confitetur & agnoſcit, dicere poteſt Religionem ſeu Legem habenti, ſicut Socrates ad populum dixit; *Veſtram hanc ſapientiam Divinam ego non dico eſſe falſam, ſed dico, quòd ego eam neſciam, vel, non intelligam: ſed ſapiens ſum in Sapientia humana.* (*Conf. par.* 1. §. 14. At Gentes illæ (Iſmaëlitæ, & Chriſtiani. *In* 2. *edit. pro* האומות est אלה ההגריים Iſti Hagareni. *Videtur autem author utroſq; intelligere*) quantum appropinquant (*per notitiam articulorum Legis & eorum acceptationem*) tantum elongantur (*per ſua opera*): Secùs Jeroboam & caterva ejus propiores nobis eſſent. Fuerunt enim Idololatræ, quamvis eſſent Iſraëlitæ, circumciſi, obſervarunt Sabbathum & reliqua præcepta, exceptis paucis, ad quæ transgredienda eos induxit neceſſitas Regiminis (Ratio ſtatus, *ut hodiè Politici loquuntur. Muſcatus ait, ſe exiſtimare, illum reſpicere ad id quod Jeroboam ratione ſtatus regni ſui, cùm metuens, ne populus deficeret ad Regnum domus Davidis, erexit duos vitulos, qua de re extat hiſtoria* 1. *Reg.* 12. 26.); Simul tamen confiebantur Deum Iſraëlis, qui eduxit eos ex Aegypto, ſicut diximus idem de iis qui Vitulum fecerunt in deſerto (*par.* 1. §. 97.). Hi verò (*populi Iſmaëlitæ ſc.*) nullam præ eis habent prærogativam, niſi quòd abominentur Figuras ſeu Imagines (*vid.* §. 11.): Verùm, quia deſeruerunt locum Intentionis (*verum locum Prophetiæ*), & quærunt Rem Divinam in loco ubi ea non reperitur, præterquàm quòd magnam

partem Præceptorum acroamuticorum etiam mutarunt, quàm longisſimè recedunt, (*abſunt à nobis, & propiùs ad nos accedit Jeroboam*).

XIV. *Coſri*; Magna diſtinctio facienda eſt inter cætum Jeroboami (*qui vitulos coluerunt*) & inter cætum Achabi, (*qui cultor fuit Baalis*) Nam Cultores Baális ſunt Idololatræ abſolutè, ſicut dixit Elias; *Si Jehova eſt Deus, ite poſt eum; Si verò Baal, ite poſt ipſum*, 1. Reg. 18. 21. Dubitarunt tamen Sapientes de illis, ex eo quòd Joſaphat comederit de cibo Achabi (*quomodo cum illo prandere vel cibum capere potuerit*) quod non legitur de cætu Jeroboami (*quòd ſc. Viri Sancti & inſigniores ex Iſraele cum eo comederint, vide 1. Reg. 13. 7. 8. 9. Extat autem hæc dubitatio in Talm. Chólin cap. 1. Muſcatus dicit, ſe non ſatis vim hujus rationis aſſequi*). Et Elias non loquutus eſt de Cultu Vitulorum (*ſed de cultu Baális*) quando dixit; *Zelando Zelatus ſum pro Domino Deo Exercituum &c.* 1. Reg. 19. 10. 14. quia cætus & aſſeclæ Jeroboami ad Dominum Deum Iſraëlis dirigebant omnes actiones ſuas: Et Prophetæ, quos habuerunt, fuerunt Prophetæ Domini: Prophetæ autem Achabi, fuerunt Prophetæ Baális. Et Jehu filius Nimſchi ſurrexit ad delendum & exſtirpandum opus Achabi, ſingulari ad id utens medio & arte, quando dixit; *Achab coluit Baalem parùm, Jehu colet eum multùm*, 2. Reg. 10. ℣. 18. ne quievit, donec deleviſſet memoriam Baalis: in Vitulos non immiſit manum: Illos autem quod attinet, qui primum Vitulum fecerunt, Cætum Jeroboami (*qui alteros Vitulos fecit*), Cultores Excelſorum & Idoli Michæ, illi omnes Intentionem ſuam dirigebant ad Deum Iſraëlis, ſed cum ejus ira & indignatione, quia, qui hæc faciebant, mortis reatum ſibi attraxerunt; Veluti ſi quis ſeu ad uſum, ſeu ad voluptatem

המצות השמעיות כבר רחקו עד מאד ׃

יד אמר הכוזרי צריך שנבדיל בין סיעת ירבעם ובי' סיעת אחאב הבדלה גדולה ׃ כי עובדי הבעל הם עובדי עבודה זרה לגמרי ׃ וכן אמר אליהו אם ה' הוא האלקי' לכו אחריו ׃ ואם הבעל לכו אחריו ובהם היו מסופקים החכמים איך היה אוכל יהושפט מסעד' אחאב ולא אמרו כזה בסיעת ירבעם וגם אליהו לא דבר בעבודת העגלים כאשר אמר קנא קנאתי לה' אלקי צבאות כי סיעת ירבעם ליי' אלקי ישראל היו כל מעשיהם ׃ ומה שהיה להם מהנביאים היו נביאי ה' ׃ ונביאי אחאב נביאי הבעל ׃ וכבר קם יהוא בן נמשי למחות את מעשה אחאב והשתדל ההשתדלות ההיא באמרו אחאב עבד הבעל מעט יהוא יעבדנו הרבה עד שמחה זכר הבעל ולא שלח יד בעגלים ועושי העגל הראשון ׃ וסיעת ירבעם ובעלי הבמות ופסל מיכה לא היו מכוונים רק לאלקי ישרא' אך עם עברה שחייבין עושיה מיתה כמי שנושא את אחותו

לצורך או לתאוה אבל הוא
מקיים כל מצות הנשואים
כאשר צוה בהם האלקי' או
כמי שאוכל בשר החזי' אבל
הוא נזהר בשחיטה ומן הדם
וזולתו מתנאי המאכלים כאשר
צוה ׃

טו אמר החבר הנה העידות
על מקום ספק ואין אצלי בו
ספק וכבר יצאנו מענינו במדות
וצריך שנשוב אליו ואוסי' לך
באור בדמיון מהשמש שהיא
אחת׃ אך מתחלפים מערכות
הגשמים המקבלים אותה
ואשר יקבל אורה קבול שלם
יותר הפנינים והשוהם על
הדמיון והאויר הצח והמים ׃
ויקרא בזה אור נוקב ויקרא
באבנים הזכות והשטחיים
הקלליים אור בהיר על הדמיון ׃
ובעצים ובארץ וזולתם אור
נראה ובכל הדברים בכללות
אור סתם בלתי שם מיוחד
והאור הסתם הוא כמו אמרנו
אלקים כאשר התבאר והאור
הנוקב הוא כמו שם ה' ם
מיוחד ביחס אשר בינו ובין
השלם שבכל בריאותיו בארץ
רוצה לומר הנביאים אשר
נפשותם זכות מקבלות לאורו
יעבור בהם כעבור אור השמש
בשוה' ובפנינים ואלה הנפשות

ptatem ſuam duceret Sororem ſuam; interim omnia reliqua Sponſalium & Nuptiarum præcepta obſervaret, quæ Deus de his dedit: aut, ſi Iſraëlita aliquis comederet Carnem ſuillam, diligenter tamen ſibi caveret circa Mactationem (*ut omnia ejus requiſita obſervet*) à Sanguine, à Nervo femoris, & reliqua de cibis à Deo præcepta.

XV. *Judæus*; Ecce moves dubia, quæ apud me (vel, *meo judicio*) prorſus non ſunt dubia. Sed nimis longè digreſſi ſumus ab inſtituto & propoſito noſtro de מדות Attributis & Nominibus, vel etiam Formis & figuris (*quibus Deus ſe videndum & cognoſcendum exhibuit, ſup. §. 3. à §. 4. hucusque facta eſt digreſſio*); ad quas nobis revertendum. Ad illarum rationem meliùs tibi declarandam, adducam tibi Simile à Sole. Sol unicus eſt, ſed variæ ſunt proprietates & affectiones corporum, eum recipientium. Perfectiſſimè præ aliis recipiunt ejus Lucem Margaritæ & Gemmæ; veluti Ex. gr Gemma שֹׁהַם; Aer item ſerenus, & Aqua. In his vocatur אוֹר נוֹקֵב *Lux penetrans*: in Lapidibus puris, & ſuperficiebus terſis & politis (*veluti Aëre polito, & ſimilibus*) vocatur אוֹר בָּהִיר *Lux clara & lucida*: in Lignis, Terra, & ſimilibus, vocatur אוֹר נִרְאֶה *Lux apparens, conſpicua*: in cæteris rebus in genere, אוֹר סְתָם *Lux abſoluta*, ſine nomine vel epitheto proprio & peculiari. *Lux abſolutè* eſt cùm dicimus אֱלֹהִים (*cùm Deus hoc Nomine appellatur, & cognoſcitur*): *Lux penetrans*, cùm vocatur יהוה Nomine Tetragrammato proprio, communionem denotante inter ipſum, & inter perfectiſſimas in terra Creaturas ejus, Prophetas, inquam, quorum Animæ puræ & aptæ ſunt ad recipiendum Lucem ejus, ut in eos tranſeat vel penetret (*eas totas impleat*) ſicut Lux Solis in lapidem *Schóham*, & in Margaritas. [1.] Hæ

Animæ ſuam originem & veram venam ducunt ex ſemine Adami, ut alibi explicatum eſt (*par.1.§.47.95.115.& alibi*), & ab eo continuâ ſerie propagatum eſt Peculium & Cor (*hominum, Viri peculiares, Deo propinqui & accepti; eo ſenſu, quo ſæpè jam in ſuperioribus hæc occurrerunt*) per ſingulas generationes & tempora, à quibus communis multitudo hominum excipiebatur, qui eorum reſpectu ſe habuerunt inſtar Corticum, Foliorum, Succi vel Reſinæ, & ſimilium. Deus hujus Cordis & Nuclei vocatur in ſpecie יהוה. Et quia inhæſit Adamo, ideò translatum vel mutatum eſt Nomen אלהים (*quod adhibetur ab initio hiſtoriæ Creationis* Geneſ. 1.) poſt abſolutum Opus Creationis, in יהוה אלהים (*Geneſ.cap.2.v.4.ubi primùm occurrit.*), quemadmodum Rabbini noſtri dixerunt; *Vocatur* (*hîc, Gen.2.4.*) *Nomine pleno, propter Mundum plenum:* Perfectio autem Mundi non fuit niſi in Adamo, qui Cor fuit omnium (*rerum creatarum*) quæ præceſſerunt ipſum. Id quod Nomine אלהים ſignificatur, nemo negat ſanâ mente præditus (*ex quocunq; fuerit populo*): quòd verò ſignificatur per יהוה id eſt quod negatur, & à multis non agnoſcitur. Prophetia enim eſt res admiranda & rara in paucis & ſingularibus, nedum in magna multitudine (*Prophetarum, uti olim erat, vide §.3.11.& alibi*: h.e. *Difficulter credi poteſt, Prophetiam reperiri in aliquot paucis, nedum in tanto Prophetarum numero*). Hinc fluxit negatio Pharaonis, cùm diceret; *Non novi* את יהוה *DOMINUM*, Exod.5.2. quaſi ex Nomine יהוה intellexiſſet explicatè Lucem illã penetrantem, quę intelligitur per illud, ipſumq; docuiſſet de Deo, quòd Lux ejus adhæreat hominibus, & in illos tranſeat ac penetret. Itaq; porrò dixit ei Moſes & Aaron; *Deus Hebræorum*, v.3. quo epitheto reſpicitur ad Patres ſeu Patriarchas, qui ipſis (*Aegyptiis*) teſtes erant ſufficientes Prophetiæ, & Gloriæ

יש להם מוצא ומחצב מזרע
אדם כאשר התבאר: ונמשכת
הסגלה והלב דור אחר דור
וזמן אחר זמן ויצא המון בני
אדם זולת הלב ההוא קלפות
ועלים ושרפים וזולתם:
ונקרא אלוה הלב הזה בפרט
ה' ובעבור הדבקו באדם ה
הועתק שם אלקים אחרי
כלות מעשה בראשית אל ה'
אלקים: וכמו שאמרו רבותינו
נקרא שם מלא על עולם
מלא ושלמות העולם לא היה
כי אם באדם אשר היה לב
כל מה שקדם לו: והענין
הנרצה באלקים לא יכחיש
אותו מי שיש לו דעת אך
תפול ההכחשה בי"י מפני ש
שהנבואה מופלאה נכריה
ביחידים כל שכן בהמון ועל
זה הכחיש פרעה ואמר לא
ידעתי את י"י כאלו הבין ממלת
י"י מפורש מה שיובן מהאור
הנוקב והודה אותו על אלוה
ידבק אורו בבני אדם ויעבור
בם והוסיף לאמר לו אלקי
העברי' רמז אל האבות אשר
העידו להם עדים בנבואה
ובכבוד אבל אלקי' הנך רואהו

שם נוהג במצרים כאשר אמר
פרעה ליוסף אחרי הודיע
אלקים אותך את כל זאת ׃
איש אשר רוח אלקים בו
כאשר אם היה אדם אחד
ראה השמש לבדו וראה
מקומות זריחתה ומקומות
מרוצתה ואנחנו לא ראינוה
מעולם אבל אנחנו משתמשים
בצל ובענן ונראה ביתו מאירי
יותר מבתינו בעבור ידיעתו
במהלך השמש ויקבע לה
חלונות ואשנבים כפי רצונו
וכן נראה זריעתיו מצליחות
ואמר לנו כי זה בעבור דעתו
בשמש והיינו מכחישין בזה
ואומרים מה היא ׃ אבל אנו
יודעים האור ותועלותיו רבו׳
אך הם באות אלינו במקרה
והוא אומר יבואני ממנה מה
שאני חפץ ובעת שאחפוץ
בעבור שאני יודע סבתה ואיך
מהלכ׳ וכאשר אזמן לה ואציע
ואשמור בכל מעשי בעתים
ידועים אצלי אינני חסר מ
מתועלתה כאשר אתם רואים ׃

& Gloriæ (*Providentiæ Divinæ, per miracula, & alia ſigna Iſraëlitis adhærentis*). Verùm (*nomen*) אלהים ELOHIM vides in Aegypto (*ab Aegyptiis*) fuiſſe uſurpatum & uſitatum (*ac proinde, Deum non omninò negarunt, ſed tantùm, quatenus per Nomen* יהוה *deſignatur*), ſicut Pharao ad Joſephum dicit; *Poſteaquam notum tibi fecit* אלהים Elohim *omne hoc*, Geneſ. 41.39. Item; *Vir, in quo eſt Spiritus* אלהים Elohim, v.38. Illuſtrari poteſt hæc res ſimilitudine: Sit vir quidam, qui ſolus videret Solem, & ſimul loca Ortûs, Curſûs, & revolutionum ejus noviſſet; nos verò eum (*Solem*) nunquam vidiſſemus, ſed Umbrâ duntaxat & Nube frueremur; cerneremusque poſtea Domum illius viri magis à Sole illuſtrari, quàm domos noſtras; eò quòd ille nôrit Curſum Solis, ac proinde feneſtras ſuas ita verſus Solem direxiſſet, prout voluit, (*ut tota domus ab ejus radiis colluſtrari potuerit*); præterea etiam (*cerneremus*) quæ ſerit & plantat, feliciùs ſuccreſcere (*quia ſc. ille Solis proprietates & vires novit & obſervat*); & poſt hæc ille nobis diceret, hæc inde provenire, quòd Solem nôſſet; ſanè hoc negaremus, & diceremus, Quid eſt hoc? (*quid eſt Sol?*) Novimus equidem Lucem, & utilitates ejus plurimas, verùm illæ nobis eveniunt per accidens: Ipſe verò reſpondebit; Mihi à Sole evenit quod volo, & quandocunq; volo, quia ego novi ejus cauſas ac motum, & quando in meis actionibus, (*in ædificando ſc. plantando & ſerendo*) debita tempora, juxta hanc meam notitiam, obſervo, nunquam fruſtror uſu & utilitate ejus, ſicut videtis [2.]

NOTÆ.

[1.] *Muſcatus ſcribit, ad hanc Claſſem pertinere Patriarchas etiam, qui ante Moſen fuerunt. Quod dicitur Exo.6.3.* Et apparui Abrahamo, Iſaaco, & Jacobo in nomine אֵל שַׁדַּי Dei Omnipotentis, ſed nomine meo יהוה n n me notum feci eis; *id explicandum eſſe ex mente Authoris, juxta ſententiam*

tentiam Aben Eſra, qui ad illum locum ita ſcribit: ידענו כי אל שדי הוא ה׳שי הנכבד Scimus, quòd *El Schaddai* ſit ipſum Nomen glorioſum (*tetragrammaton*), neque alia inter illa eſt differentia, niſi quòd אל שדי ſit Epitheton vel Adjectivum; Nomen glorioſum (יהוה) aliquando ſubſtantivum (*proprium Nomen*); aliquando adjectivum (*ſignificans Eum qui* מְהַוֶּה *exiſtere facit & producit miracula & prodigia plurima*). Nam Abrahamo dictum legimus; אני יהוה *Ego ſum* יהוה, *qui eduxi te ex Ur Chaſdim*, Geneſ. 15.7. Jacobo; *Ego* יהוה *Deus Abrahami Patris tui.* Rabbi Jeſchuah excipit; *Abrahamum & Jacobum ignoraſſe hoc Nomen; & Moſen id hîc inſeruiſſe de ſuo.* Sed futile hoc eſt; Quomodo enim Moſes hic Nomen illud expreſſiſſet, ſi Deus id non dixiſſet & protuliſſet? Nullum itaque dubium eſt, quin primi Patres illud noverint. Nomen ſubſtantivum noverunt; Sed Nomen adjectivum non ſciverunt. *Et mox*; Patriarchæ non pertigerunt ad eum gradum, לדבקה בשם ut conjungerentur cum hoc Nomine; ſicut Moſes, cui Deus notum ſe fecit de facie ad faciem, unde ipſe potuit mutare naturas mundi hujus inferioris, & miracula ac prodigia facere, quod non potuerunt Patriarchæ.

[2.] *Muſcatus hanc ſimilitudinem ita explicat*; Comparat virum ſingularem de Populo Dei Sancto ac peculiari, quos Deus dignatus eſt apparitionibus ſuis & Providentiâ particulari in omnibus rebus ipſorum (quales fuerunt Patriarchæ & Prophetæ) cum Homine Solem vidente, ejusque Ortum, Occaſum, motum & revolutionem intelligente, ac proinde domum ſuam ita ædificante, & feneſtris inſtruente, ut tota à radiis ſolaribus colluſtretur; tùm etiam per hanc notitiam certa tempora obſervante ad ſerendum ac plantandum, ut omnia feliciter & ex voto progerminent & ſuccreſcant. Sic enim Patres noſtri ſancti ſciebant & intelligebant rationes & Vias Dei ſui, qui Sol & Clypeus ipſorum erat, ſciebant quid ipſe requireret, & ſibi faciendum eſſet, & hinc aperuerunt ei feneſtras in domibus animæ ſuæ, & actiones ſuas juxta ejus voluntatem inſtituerunt, unde factum ut omni genere proſperitatum animæ & corporis cumulati fuerint. Pharaonem autem & ejus ſimiles comparat cum Hominibus, qui nunquam viderunt Solem, neque quid eſſet Sol noverunt, ſed utuntur umbrâ duntaxat & nube, ſplendoreque & radiis ex nubibus denſis prodeuntibus, & ſic per accidens commodum ab eo percipiunt; quia natura ejus ipſis eſt abſcondita, & viæ illius ignotæ.

Porrò,

ושם ה' הוא המכונה ממנו בפנים באמרו פני ילכו ׃ ואם אין פניך הולכים והוא הענין המבוקש באמרו ילך נא ה' בקרבנו וענין אלקי' יושג בהקשה כי השכל מורה שיש לעולם מושל ומסדר ונחלקים בזה בני אדם כפי הקשותם והקרוב שבדעות בו דעת הפילוסופים ׃ אבל ענין ה' לא יושג בהקשה אך בראיה ההיא הנבואית אשר בה יושב האדם במעט שיפרד ממינו וידבק במין מלאכי ׃ ותכנס בו רוח אחרת כמו שאמר ונהפכת לאיש אחר ויהפוך לו אלקים לב אחר ׃ ורוח לבשה ׃ והיתה עלי יד ה' ׃ ורוח נדיבה ׃ ורוח כנוי על רוח הקודש הלובשת הנביא בעת הנבואה והנזיר והמשיח כשנמשח לכהונ' או למלוכה עת שימשחנו הנביא או עת שיעזרנו האלקים וישירהו בדבר מן הדברי' או בעת הודעת הבהן במדע הנעלם אחר שישאל באורים ותומים ׃ ואז יסורו מלב האדם הספקות הקודמות אשר היה מסתפק באלקים וילעג

Porrò Nominis Tetragrammati יהוה cognomen aliquando eſt פָּנִים *Facies*; ut cùm dicitur; פָּנַי יֵלֵכוּ Facies mea *ibit*, Exo.33. ℣.14. Item, *Niſi* פָּנֶיךָ facies tua *præcedat*, ibid. v.15. Idem enim intelligitur, quod alibi dicitur; *Gradiatur quæſo* יהוה Dominus *in medio noſtri*, Exo.34.9.

Senſus Nominis אלהים (*quod per Nomen* Elohim *intelligitur*) apprehendi poteſt per ratiocinationem: quia intellectus docet, Mundum habere Dominatorem & Directorem; & de hoc diverſæ ſunt hominum ſententiæ, pro diverſitate ratiocinationis ipſorum: Probabiliſsima omnium eſt ſententia Philoſophorum. Quod verò intelligitur per יהוה, non apprehenditur ratiocinatione, ſed per Viſionem illam Propheticam, per quam homo quaſi à ſpecie ſuâ ſeparatur & abſtrahitur, & accedit ad Speciem Angelicam, Spiritusque alius in eum ingreditur (*de his videatur Joſeph Albo in* ספר עִקָּרִים *cap.* 15.) ſicut dicitur; *Et efficieris vir alius*, 1.Sam.10.6. *Et induit Spiritus* &c. 1.Chron.12. ℣.18. *Et fuit ſuper me manus Domini*, Ezech.37. ℣.1.& 40.1. *Spiritus liberalis* &c. Pſ.51. In quibus (*& ſimilibus* Locis) Nomen רוח *Spiritus* cognomen eſt Spiritus Sancti induentis Prophetam tempore Prophetiæ (*Jeſa.*61.) vel Naſireum (*ut Samſonem, Judic.*13.25.), vel Unctum ſeu ad Sacerdotium, ſeu ad Regnum (*veluti Saulem*, 1.*Sam.*10.1.6. *Davidem, ibid. cap.*16.13.), quando Propheta eum unxit, aut Deus eum adjuturus (*aliquid ſingulare per eum operaturus*), vel directurus erat in aliqua re, aut occultę alicujus rei ſcientiam per ſacerdotem notam facturus, poſteaquàm per Urim & Thummim interrogavit. Et tunc (*cùm ſc. homo ad aliquem iſtorum graduum pertingit*) recedunt è corde hominis dubia præcedentia, quæ de Deo habebat, ut ludibrio habeat ratiocinationes illas (*Philoſophicas*) per quas

antea conſueverat pervenire ad Deitatem, & Unitatem (*ad Deitatis & Unitatis agnitionem*): tunc etiam Homo Veneratione & Amore ejus, quem veneratur, corripitur, ut propter Amorem ejus Animam quoque ſuam morti exponat, ob maximam, quam invenit, voluptatem ſi ei adhęreat, damnum item & dolorem, ſi ab eo elongetur; Contrà quàm Philoſophi faciunt, quibus Cultus Dei nihil aliud eſt, quàm Virtus laudabilis & Verbum Veritatis (*verum*), ad magnificandum eum ſuper reliqua entia omnia, ſicut Sol laudatur & magnificatur ſuper reliqua viſibilia: Negatio Dei, nihil aliud, quàm Vitium Animæ, mendacio delectantis.

XVI. *Coſri*; Ita mihi declarata eſt differentia inter אלהים & יהוה; & intelligo, quid interſit inter Deum Abrahami, & Deum Ariſtotelis; quòd item Nomen proprium יהוה aveant Animæ percipere Guſtu & Viſione (h. e. *per viſiones ſpirituales Propheticas ſenſu perceptas, ex quibus indubitanter colligebant, Deum ſecum loqui*); Nomen autem אלהים Ratiocinatio aſſequatur (*quia ratiocinatione intellectuali comprehendi poteſt Dei exiſtentia & Unitas*): quòd inſuper Guſtus ille inducat hominem, ut Vitam ſuam exponat propter Amorem Dei, & Mortem ejus causâ obeat; Ratiocinatio verò illa (*Philoſophica*) duntaxat probet, quòd noſtri ſit officii Deum ſuper omnia exaltare, quamdiu id non nocet, vel dolorem cauſatur; denique non eſſe culpandum Ariſtotelem, ſi irrideat Opera Legalia, quia incertum ſeu dubium apud ipſum fuit, num Deus illa ſciat! (*conf. ſup. §. 3.*)

להקשורת ההם אשר היו רגילות להגיע בהם אל ה האלהות והייחוד ואז ישוב האדם עבד חושק בנעבדו ו ומוסר נפשו להריגה על אהבתו לגודל מה שהוא מוצא מערבות הדביקה בו ; והנזק והצער בהתרחק ממנו בהפך הפילוסופים שאינם רואים בעבודתו כי אם מוסר טוב ; ודבר האמת בגדלו על שאר הנמצאות כמו שראוי לגדל השמש על שאר הנראים ו ושאין בכפירה באלקים יותר מפחיתות הנפש הרוצה בכזב ;

טז אמר הכוזרי כבר התבאר לי ההפרש בין אלקים וי״י והבינותי מה בין אלקי אברהם ואלקי ארסטו וש״י תכספנה לו הנפשות בטעם וראיה ; ואלקים יטה אליו הקשה והטעם ההוא יביא מי שיגיע אליו שימסור נפשו על אהבתו ושימות עליה וההקשה הזאת היא ראיה כי רוממותו חוברה בעוד שלא תזיק ולא יגיע בעבורה צער ואין להאשים ארסטו כשהוא לועג על מעשה הנימוסים אחר שהוא מסופק אם ידע האלקים אותם ;

יז אמר החבר ובאמת סבל אברהם אור כשדים והגרות

XVII. *Judæus*; Ita ſanè pertulit patienter Abraham (*Profectionem ex*) Ur Chaldæorum (*patria ſuâ*) ut peregrinus ageret (*in terra alia*),

והמילה והרחקת ישמעאל
ועקידת יצחק לשחוט אותו
כי ראה מן הענין האלקי מה
שראה טעם לא הקשה וראה
שאין דבר ממנו נעלם מחלקי
מעשיו וראה שהוא גומל אותו
על צדקתו לרגעים ומורה
אותו הדרך הישרה בכל מ
מעשיו עד שלא היה מקדים
או מאחר כי אם ברשותו ואיך
לא ילעג להקשותיו הקדומות
כאשר דרשו רבותינו זכרונם
לברכה בויוצא אותו החוצה
אמר לו צא מאצטגנינות שלך
רוצה לומר שצוהו לעזוב כל
חכמותיו ההקשיות מחכמת
הכוכבים וזולתם וידבק ב
בעבודת מי שהגיע אליו בטעם
כמו שאמר טעמו וראו כי טוב
יי׳ ובאמת נקרא אלקי ישראל
מפני שהראות הזה נעדרת
בזולתם ז ונקרא באלקי
הארץ בעבור שיש לה כח
מיוחד מאוירה וארצה ושמיה
עחרי׳ על זה עם הדברים
התלוים בה אשר הם כעבודת
האדמה והחצעה להצלחת
המין הזה ז וכל כי שרדף
הנימוס האלקית הוא הולך
אחר בעלי הראות הזאת וינוחו
נפשותם להאמין להם עם
תמימות דבריהם ועובי ם
משליהם מה שלא ינוחו
להאמין

alia), Circumciſionem , Elongationem Iſmaelis, Ligationem Iſaaci ut mactaret eum; quia de Re Divina vidit, quod videt Guſtus (*ſenſibilis apprehenſio*), non Ratiocinatio (*quia apparitiones Divinas, oculis perceptibiles, accepit, per quas Dei notitiam didicit, quæ ipſi longè pluris fuerunt, quàm ratiocinationes mentis*); vidit (*ex eis*) Ei (*Deo*) nihil eſſe abſconditum de omnibus particularibus actionibus ſuis; vidit, Eum ſibi retribuere bona pro Juſtitia ſua ſingulis momentis, & docere ſe viam rectam in omnibus operibus ſuis, ita ut nihil vel citiùs, vel tardiùs agat, ſed omnia facultate & authoritate ejus. Quomodo itaque non ludibrio habuiſſet ratiocinationes ſuas priores? Sicut docuerunt Rabbini noſtri, ad illa verba; *Et exire fecit eum forâs*, Geneſ. 15. 5. Ajunt, Deum dixiſſe ipſi; *Egredere ex Aſtrologia tua*, h.e. præcepiſſe ipſi, ut dereſeret omnes Scientias ſuas rationales Aſtrologicas, & alias, & adhæreret unicè Ei, ad quem pertigit per Guſtum, ſicut dicitur, טַעֲמוּ וּרְאוּ *Guſtate & videte, quòd bonus ſit Dominus*, &c. Pſal. 34. 9. Qui & verè vocatur *Deus Iſraëlis*, quia iſtâ Viſione alii (*præter Iſraëlem*) ſunt deſtituti; item *Deus terræ illius*, (*ſc. Sanctæ*) 2. Reg. 17. ℣. 26. 27. quia ex Aere, Solo, & Cælo ſuo, virtutem habet peculiarem ad hæc juvanda & promovenda, unà cum rebus aliis ab ea dependentibus (*operibus Legalibus, quæ non niſi in illa terra licet facere. Vide ſup. par. 2. §. 12.*) quæ ei ſunt inſtar Agriculturæ, & præparationis ad felicitatem ſpeciei iſtius. Et quicunque ſectantur Legem Dei, illi ſequuntur Dominos Viſionis iſtius (*Prophetas*), & tranquillis animis credunt illis, quamvis verba illorum ſimplicia, & Parabolæ craſſæ videantur; qualem fidem non habent Philoſophis, eorumque

vel ſubtilibus conceptibus & inventis, vel eleganti ordini quem in ſcriptis ſuis obſervant, vel demonſtrationibus, quas afferre videntur. Nihilominus enim *(utut iſta omnia habeant)* vulgus non ita ſectatur eos, ſicut illas Animas prophetantes Veritatem *(licet non ita ſubtiles* &c.*)* ſicut vulgò dicitur, נִכָּרִים דִּבְרֵי אֱמֶת *Facilè agnoſcuntur Verba Veritatis (conf. inf par.5.§.16.)*

XVIII. *Coſri*; Video, te contemnere Philoſophos, & prorſus alia ipſis attribuere, quàm ea à quibus celebrantur, adeò ut omnis, qui ſe *(per ſanctam vitam & virtuoſas actiones)* à mundo ſeparat & ſegregat, dicatur factus Philoſophus, aut ſequi dogmata Philoſophorum: Tu verò omnia Bona opera ipſis denegas & abjudicas.

XIX. *Judæus*; Quod verò ego tibi dixi *(Sup.§.13.)* eſt Fundamentum fidei ipſorum. Summum enim Hominis Bonum illi conſtituunt in Scientia theorica ſeu contemplativa, & in eo, ut Entia intelligibilia ita apprehendat Intellectus in potentia *(potentialis, paſſivus)* ut fiat Intellectus in actu *(activus)*, exinde Intellectus habitualis, proximè accedens ad intellectum agentem, nullam timens conſumptionem: Huc autem non perfectè pervenitur, niſi conſumendo dies in continuo ſtudio & perpetua meditatione; hoc verò quia fieri & conſiſtere non poteſt cùm negotiis mundanis *(negotiorum mundanorum tractatione)*, viſum eſt eis *(hujus rei causâ)* ſe ſeparare à Divitiis, Honoribus, Voluptatibus, & Liberis, ne hæc ipſos avocent à Scientia. Cùm verò homo ſibi propoſitum habet finem, Scientiam ſolam, non valdè curat quid agat *(non ſolicitus eſt de Actionibus ſuis, quales ea ſint)*. Non enim timent *(Deum)* ut recipiant retributionem pro Timore

להאמין לפילוסופים עם דקות
חקריהם ויופי סדר חבוריהם
ומה שנראה עליהם מהמופת
אך אין ההמון הולכים אחריהם
כאלו הנפשות מתנבאות
באמת וכמו שאמר נכרים
דברי אמת :

יח אמר הכוזרי אני רואה
אותך מגנה הפילוסופים ומיחס
אליהם הפך מה שנתפרסמו
בו עד שכל מי שנבדל ונפרש
יאמר עליו ששב פילוסוף או
הולך על דעת הפילוסופים
ואתה שולל מהם כל מעשה
טוב :

יט אמר החבר אבל מה
שאמרתי לך הוא שורש א
אמונתם כי תכלית ההצלחה
לאדם אינו' כי אם המדע
העיוני והנעלות הנמצאות
מושכלות בשכל בכח וישוב
שכל בפועל ואחר כן שכל נ
נאצל קרוב לשכל הפועל ולא
יירא הכליון וזה לא
ישלם אלא בכלות הימים
במחקר והתמדת המחשבה
וזה לא יתכן עם עסקי העולם
על כן הם רואים שיפרשו
מהממון והגדלה והתאוה
והבנים כדי שלא יטרדו אותם
מן המדע וכאשר יהיה האדם
יודע התכלית ההוא המבוקשת
מהמדע לא יחוש על מה

שהוא עושה כי הם אינם
יראים לקבל גמול על היראה
ההיא ואינם חושבים שאם
היו גוזלים או רוצחים היו
נענשים על זה אבל צוו על
הטוב והזהירו מן הרע בדרך
הראוי והמשובח ולהתדמות
לבורא אשר סדר הדברים על
דרך הטוב: וקבע הנימוסים
השכליים והם ההנהגות שאינם
חובות אך הם מותנים אלא
בעת הצורך ואין התורה
אלא בחלקים מנהגיים. וכבר
נתבאר בחכמה התוריה מה
שסבל התנאי ומה שאיננו
סובלו:

כ אמר הכוזרי שקע האור
ההוא אשר אתה מספר
שקיעה שהדעת מרחקת
שיראה עוד ואבד אבידה
שהשבתה אלהי עולה ב
במחשבה:

כא אמר החבר אינו שוקע
אלא בעיני מי שאינו רואה
אותנו בעין פקוחה ומביא ראיה
מדלותינו ועניינו ופזורינו ש
שנשקע אורנו ומגדולת זולתנו
והשגתו לעולם ומשלו בנו כי
יש לו אור:

Timore ſuo: neque cogitant, ſi vel furentur, vel occidant, ſe ideò eſſe puniendos, ſed præcipiunt Bonum & prohibent Malum, honeſtatis & virtutis causâ, ut aſſimilentur Creatori, qui omnia voluit ordinatiſſimè & εὐσχημόνως fieri: & ſanciverunt Conſuetudines, vel Leges Intellectuales (*cum Intellectu & Ratione convenientes*), quæ ſunt Præcepta civilia ſecundum virtutem vivendi (*vide ſup. § 3.*); non neceſſariò obligatoria (*ad ſalutem & felicitatem noſtram promovendam*), ſed conditionata (ſeu, *cum exceptione hac*) niſi videlicet Neceſſitas aliud poſtulet vel ſuadeat (*de quo unusquiſq; judicat pro ſuo lubitu & arbitrio*). Noſtra verò Lex non ita eſt comparata (*Legis noſtræ præcepta non ſunt ita libera, & cum annexa hac conditione*) niſi in quibusdam particularibus civilibus actionibus (*veluti*, דיני ממונות, *& ſimilibus*); & tamen his quoque cavit Sapientia Legalis, (*per Cabalam ſeu oralem traditionem*) explicando, quænam ſint, quæ conditionem vel exceptionem illam admittant, & quæ eam non admittant.

XX. *Coſri*; Occubuit verò Lux illa (*penetrans, vide ſup. §.15.*) quam jactas, & quidem occaſu tali, ut nulla ſpes ſit, illam iterùm exorituram, & ita interiit, ut non cogitari poſſit, illam aliquando redituram. (*Muſcatus dicit*; Non cogitavit hîc Antagoniſta iſte, quod in Scriptura Deus promiſit, dicens; *Surge Lux mea, quia venit Lux tua, & Gloria Domini ſuper te orietur*, Eſa.60.1.).

XXI. *Judæus*; Non occidit, niſi in oculis eorum, qui nos non vident oculo aperto & perſpicaci, quique ex noſtra paupertate, miſeriâ, & diſperſione, colligunt & argumentantur. Lucem noſtram occidiſſe; & (*vice verſâ*) ex aliorum gloriâ, felicitate mundanâ, & in nos dominio, concludunt, illos habére Lucem.

XXII. *Judæus*; Non hinc argumentum duco. Video enim duas gentes penitùs inter ſe diſſentientes (*in Fide ſc. & Religione*) quarum unaquæque pollet Gloriâ, Dominio ac Potentiâ. Non poteſt autem eſſe Veritas ſimul in duobus extremis oppoſitis vel contrariis, ſed in alterutro (*ſi ſit in uno, non erit in altero*). Quin & jam ſuprà (*par. 2. §. 34. uſq; ad 44.*) expoſuiſti è ex loco Eſa. 52. 13. *Ecce proſperè aget ſervus meus*; Paupertatem & Humilitatē longè magis convenire Rei Divinę, quàm Gloriam & Superbiam. Id quod etiam manifeſtum eſt in duabus illis Gentibus. Christiani enim (*in 2. Edit. pro* הנוצרים, *eſt* הפרסיים Perſæ) non gloriantur de Regibus, vel de Potentibus heroibus, vel de Divitibus, ſed de hominibus illis, qui ſequuti ſunt Jeſum (*in 2. edit. pro* ישו *eſt* בַּעַל דָּתָם Authorem fidei & Religionis ſuæ) diu antequàm confirmata eſſet ejus fides & religio: Illi autem Viri erant exules, obſcuri & latentes, paſſim locorum, ubi deprehendebantur, occidebantur, & perpeſſi ſunt pro confirmatione fidei ſuæ admirandas contumelias & ſupplicia: Hi tamen ſunt in quibus ſibi benedicunt, & loca tùm nativitatis aut habitationis, tùm mortis eorum venerantur, & exſtruunt eis fana & delubra nominibus eorum inſignita & dicata. Hagarenæ etiam ſectæ Authores (*Turcæ, Iſmaëlitæ*) multas contumelias ſuſtinuerunt, donec corroborati & confirmati fuerunt: & in iis, in illorum humilitate & morte, ipſi quoq; ſeſe jactant, & gloriantur, non in Regibus, qui vel propter amplas divitias, vel magnam potentiam & magnificentiam magni fiunt; veluti quòd Veteramentis induti fuerint & hordaceum panem, neq; tamen hunc ad ſaturitatē, comederint, hæcq;

כב אמר הכוזרי לא הבאתי
מזה ראיה מפני שאני רואה
שתי האומות החולקות זו
על זו יש לכל אחת מהם גדולה
וממשלה ׃ ולא יתכן שיהיה
האמת בשני קצות ההפך אלא
או באחת מהם או אינו באחת
מהם ׃ וכבר פירשת בהנה
ישכיל עבדי מה שהורה ש
שהדלות והשפלות יותר
ראוי בענין האלקי מהגדולה
והגאוה ׃ והוא גם כן גלוי
בשתי האומות כי הנוצרים
אינם מתפארים במלכים ולא
בגבורים ולא בעשירים אבל
באנשים ההם שהלכו אחרי
ישו כל הימים הארוכים אשר
לא נקבעה בהם דתו ׃ והיו
האנשים ההם גולים ונחבאים
ונהרגים בכל מקום שמצאו
וסבלו על חזוק אמונתם ענינים
מופלאים מן הבוז וההרג והם
אשר בהם מתברכים ומכבדים
מקומותם ומקומו' הריגתם
ובונים חבמות על שמותם
וכן עוזרי בעלי דתי ישמעאל
סבלו מן הבוז הרבה עד ש
שנעזרו ובהם הם מתפארים
ובשפלותם ובמותם על עזר
דתם משתבחים לא במלכים
המתגדלים בממונם וגדולת
ענינם אך כאשר היו לובשים
הבלוים ואוכלים השעורים
מבלי שבעה ׃ אבל היו עושין
כל זה עם תכלית הבדלם אל

האלקי' ואלו הייתי רואה
היהודים עושים זה לשם
האלקים ית' אומר כי יש
להם מעלה על מלכות בית
דוד מפני שאני זוכר מה ש
שלמדתני במאמר את דכא
ושפל רוח כי איר האלקים
איננו חל כי אם בנפשות
הנכנעים :

כג אמר החבר הדין עמך
שתחפרנו בזה מפני שאנחנו
סובלים הגלות מבלי תולדה :
אבל חשבתי בחשובים ממנו
שהם היו יכולי' לדחות הבוז
והעבדות מעל נפשות' במלה
שאמרוה מבלי טורח וישובו
בני חורים ותרום ידם על
מעבידיהם ואינם עושים זה
אלא בעבור שמירת תורתם
הלא די בקורבה הזאת להפגיע
ולכפר עונות רבות : ואלו
היה מה שאתה מבקש ממנו
לא היינו מתעכבים בגלות הזה
עם מה שיש באלקים בט סוד
וחכמה כחכמת גרגיר הזרע
אשר יפול בארץ והוא משתנה
ומתחלף בנראה אל הארץ
ואל המים ואל הזבל ולא
ישאר לו שום רשם מוחש כפי
מה שידומה למביט אליו :
והנה היא אשר תשתנה הארץ
והמים אל טבעה ותעתיקם
מדרגה אחר מדרג' שתריק

omnia facientes ex ſumma devotione ad Deum (*colendum*). Et ſanè ſi viderem Judæos talia facientes pro Dei gloria, dicerem, illos dignitate ſuperare Reges de domo Davidis. Recordor enim probè ejus, quod ſuprà me docuiſti ad locum illum Jeſa. 57. 15. וְאֶת דַּכָּא וּשְׁפַל רוּחַ *Habito cum contrito & humili ſpiritu*; quòd ſc. Lux divina non habitet, niſi in Animis humilium.

XXIII. *Judæus*; Jure facis, quòd nos hoc nomine carpis & confundis, quia ferimus hoc exilium ſine fructu & effectu (*juxta illud Eſaiæ cap. 26. 18. ſcribit Muſcatus*: Concepimus, parturivimus, & quaſi ventum peperimus, ſalus non eſt facta in terra &c.) Exiſtimo autem eximios & præſtantiores inter nos potuiſſe depellere Contemptum & Servitutem vel unico verbo, ore ſuo prolato ſine labore & defatigatione, & ſe in libertatem vindicare, atque ſuperiores evadere illis qui ipſos in ſervitute detinebant. Hoc autem non faciunt nulla alia de cauſa, quàm ut obſervent Legem ſuam. Annon ſufficit ipſis, hac ratione intercedere, & expiare iniquitates multas? (*ſuas & aliorum. Confer cum his, quæ habentur par. 1. §. 115.*) Si id eſſet, quod tu à nobis requiris, non tam diu detineremur in hac captivitate, præterquàm quòd Deus etiam occultas & ſapientes hujus rei cauſas habet (*quòd nos tamdiu detinet in captivitate*), qualis ſapientia conſpicitur in Grano ſeminis; Quemadmodum enim illud in terram cadit, & apparenter mutatur in Terram, Aquam, & Fimum, neque ullum ſenſibile ejus ſignum reliquum manet, uti videtur aſpicienti illud: cùm tamen illud ipſum ſit, quod Terram & Aquam mutat in naturam ſuam, gradatimque elementa hæc conterendo convertit in ſimilitudinem ſub-

ſtantiæ ſuæ, ut cortices & folia aliaq; protrudat: & ubi Cor (*medulla*) purificatum, aptumque fuerit ut in eo habitet res illa, & forma ſeminis prioris (*corrupti & putrefacti*) fructus quoque profert ſimiles fructibus ſeminis illius ex quo eſt: ſic per Lucem Moſis, omnis qui eam amplectitur, in rei veritate in eam mutatur, quamvis apparenter videatur eam depellere: Iſti quoque populi (*qui nos captivos detinent, Romani & Turcæ. In 2.edit.pro* אומות Populi *eſt* ההגרים Hagareni) ſunt præparatio q. & prodromus Meſſiæ qui exſpectatur, qui Fructus eſt (*vide Majemonidem in fine Miſchne Tórah*), omnesq; illi fient Fructus ejus, qui confitentur eum, & fiet ex illis Arbor una: Tunc glorificabunt & honorabunt Radicem, quam prius contemnebant, ſicut diximus ad illud; *Ecce prudenter aget ſervus meus, Jeſa.* 52.13 (*par.* 2. *à* 9.34.*ad* 44.). Neque eſt quòd illos populos, ideo quòd fugiunt Idola, & aſſerunt Unitatem Dei, ſuſpicias, honores, aut laudes; Iſraëlitas autem oculo contemptibili aſpicias, quòd aliquando Baáles coluerint: quin potius attende, quòd major pars illorum Epicureiſmum foveant (*omnia à Fortuna regi, ac fortuito fieri & evenire credentes*), imò publicè eam (*Fortunam*) laudibus celebrent, & hymnos vulgatos in ejus Laudem recitent, quibus negant (*Deum*) eſſe Præſidem & Gubernatorem actionum humanarum, vel Præmia aut Pænas pro illis diſtribuentem, quod nunquam auditum eſt de Iſraëlitis: ſed quæſiverunt illi duntaxat uſum Imaginum & Spiritualium Virtutum illarum, tanquam additamentum Legis ſuæ, quam illi retinuerunt & ſervarunt, quòd Uſus cultuum illorum (*ſuperſtitioſorum*) eo tempore vulgaris

היסודו' ותשיבם אל דמות עצמה ותדחה קלפותיה ועליה חולת זה ואשר יזדכך הלב ויהיה ראוי לחול בו הענין ההוא וצורת הזרע הראשון עשה העץ ההיא פרי כפרי אשר היה זרעו ממנו וכן תורת משה כל אשר בא אחריו ישתנה אליה באמתת ענינו ואם הוא בנראה דוחה אותה: ואלה האומות הם הצעה והקדמה למשיח המחוכה אשר הוא הפרי וישובו כולם פריו כאשר יודו לו וישוב העץ א ואז יפארו ויוקירו השורש אשר היו מבזים אותה וכאשר אמרנו בהנה ישכיל עבדי ואל תביט אל רחק אלוה מן הגלילים והשתדלותם ביחוד: ותפארם ותשבחם ותביט אל ישראל בעין הפחיתות בעבור שעבדו הבעלים בימיהם: והתבונן במה שגופים רבים מהאפיקורוסים: ועוד כי הם מפרסמים אותה ואומרים בה השירים ומהודכמים הנזכרים שאין מושל על מעשה בני אדם ולא גומל ולא עונש עליהם מה שלא נזכר מעולם על ישראל אך היו העם מ מבקשים תועלות הצלמים ההם והרוחניות תוספת על תורתם והם שומרים תורתם בעבור שהיתה תועלת ה העבודות ההם גלויה בזמן

ההוא ׃ ואם אינו כן למה
לא נשתנו אל תורות הגוים
אשר הגלום ושבו אותם עד
שמנשה וצדקיהו שלא היו
בישראל מכעיס׳ כמותם לא
רצו לעזוב תורת ישראל אבל
היתה להם תאוה לתוספ׳
תועלות מנצחון וברכת ממון
בכחות ההם אשר היו אצלם
מנוסים ממה שהזהיר הבורא
מהם ואלו היה להם היום
הפרסום ההוא היית רואה
אותנו ואתהם היום נפתים
להם כאשר אנחנו נפתים
לשארית ההבלים מאצטגנינות
ולחשים וקמיעות תסיונות
רחוקות מהטבע עם הרחקת
התורה אותם ׃

כד אמר הכוזרי אני רוצה
עתה שתראה לי מעט משיורי
החכמו׳ הטבעיות אשר אמרת
שהיו אצליכם ׃

כה אמר החבר מהם ספר
יצירה והוא לאברהם אבינו
והוא עמוק ופירושו ארוך
הורה על אלהותו ואחדותו
בדברים מתחלפים מתרבים
מצד אבל הם מתאחדים
נסכמים מצד אחר ׃ והסכמתם
מצד האחד אשר יסדרם מהם
ספר וסיפור וספר ׃ רצונו

vulgaris & tritus eſſet. Nam, ſi aliter fuiſſet, cur non mutarunt ſe, & amplexi ſunt Leges (*Religiones*) Gentium illarum, quę eos captivos abduxerunt & detinuerunt, factique ſunt ſicut ipſi? Hinc Manaſſes & Tzedekias (*Muſcatus miratur, cur Tzedekia hîc mentionem faciat, cùm neq; in Scriptura, neq; in Talmud, tale quid de eo legatur, ſed potiùs contrarium: unde putat pro* Tzedekia, *ſubſtituendum vel* Jeroboamum, *vel* Achabum) quibus nulli alii magis Deum irritaverunt, noluerunt derelinquere Legem Iſraëlis: ſed quia vel Victoriæ, vel Opum ac divitiarum amplificandarum, aviditas apud ipſos prævaluit, Virtutibus illis (*actionibus illis ſuperſtitioſis & idololatricis*) quæ experimentis eo tempore ipſis erant comprobatæ, potiùs uti maluerunt, quàm ad id quod Deus prohibuit attendere. Et, ſi hodieq; illa ita nota eſſent, videres nos unà cũ illis adhuc per ea illectos & ſeductos, prout ſeducimur a reliquiis vanitatum & ſuperſtitionum Aſtrologicarum, Incantationum, Amuletorum, & Experimentorum procul à Natura remotorum; utut Lex Divina illas damnet & prohibeat.

XXIV. *Coſri*; Velim nunc, ut paucis mihi exponas reliquias Scientiarum Naturalium, quas dixiſti vos habuiſſe!

XXV. *Judæus*; Ex his eſt liber יְצִירָה Jezírah, Abrahami Patris noſtri, qui eſt profundus, & longam requirit explicationem, docens de Deo & Unitate ejus, verbis reſpectu uno variis & multiplicibus, reſpectu altero verò unitis & eódem tendentibus (*ad aſſerendum ſc. Dei unitatem.*)

Ex his ſunt ספר וסיפור וספר (*à quibus vocibus liber ille incipit, his verbis;* בשלשה ספרים *Tribus* ספרים *creavit* ſcil. *Deus mundum*) per ספר וספר סיפור כספר ספרים בשלשה ספר, סיפור & ספר, (& hæc tria in Deo ſunt unum, vult dicere.) *Per* ספר

בספר Pp 3

(*primum*) intelligit *Conceptionem mentalem*, de menſura, proportione, & pondere rerum creandarum, vel creatarum: quia talis menſuratio, quâ corpus eſt diſpoſitum & aptum ad id ad quod creatum eſt, fit numero, menſurâ, pondere, proportione motuum, & harmoniâ quaſi Muſicâ (*totius ſcil. compoſiti, & omnium ac ſingularum ejus partium*,) ad quæ omnia requiritur Numerus, h. e. סְפָר (*quâ ſignificatione legitur 2. Paral. 2. 17.*); Quemadmodum ſc. vides ab Architecti manu non provenire domum, niſi priùs animo ſuo formam ejus conceperit. *Per* ספּור (*ſecundum*) intelligit *Sermonem & Vocem*, ſed *Sermonem Divinum*, *Vocem verborum Dei viventis*, cum qua (*cujus vi & virtute*) ſimul exiſtit res illa in forma ſua externâ & internâ, de qua loquitur, ſicut dicitur; *Et dixit Eſto Lux, & fuit Lux, Gen. 1. Sit expanſum, & fuit ita.* Ibid. Non prodit à Deo verbum, quin ſimul opus ipſum exiſtat. Per ספר (*tertium*) intelligit *Scripturam*. Scriptura autem Dei ſunt creaturæ ejus: & Sermo Dei eſt Scriptura ejus: & Menſuratio Dei (*mentalis conceptio*) eſt Verbum ejus. Unde סֵפֶר, & סִיפּוּר, & סְפָר in Deo ſunt Res una, quæ in Homine ſunt tria, quia Homo rem concipit Intellectu, eloquitur Ore, & Manu ſuâ ſcribit, ut doceat te his tribus de re una, Dei videlicet Creaturis. Hominis Conceptio mentis, Sermo, & Scriptura, ſunt duntaxat ſigna Subſtantiæ rei (*ſigna de rebus docentia*) non Res ipſa: Dei verò conceptio & eloquutio, eſt Res ipſa & Scriptura ejus. Veluti ſi animo tuo conciperes Textorem veſtium verſicolorium animo duntaxat de opere ſuo cogitantem, (*nihil præterea agentem*) & Sericum ejus voluntate fieret coloratum

בספר השיעור והפילוס ב
בגופים הנבראים כי השיעור
עד שיהיה הגוף מסודר וערוך
ראוי למה שנברא' לו לא יהיה
כי אם במנין והמדה והמשורה
והמשקל וערך התנועות ו
וסדור המוסיקא הכל במנין
רוצה לומ' ספר כאשר אתה
רואה הבונ' לא יצא מתחת
ידו בית עד שקדם ציורו
בנפשו ׃ ורצה בספור הדבור
והקול אבל הוא דבור אלקי
קול דברי אלקים חיים תהיה
בו מציאות התכונה והצלם
אשר דובר בה כמו שאמר יהי
אור ויהי אור יהי' רקיע ולא יצא
הדבור עד שנמצא המעשה ׃
וספר רוצה לומר המכתב
ומכתב אלקים הוא יצירותיו
ודברי האלקים הוא מכתבו
ושיעור האלקים הוא דברו
הנה שב הספר והסיפור ו
והספר בחק האל דבר אחד
ובחק האדם שלשה מפני
שהוא משער בשכלו ומדבר
בפיו וכותב בידו הדבור ההוא
בעבור שיורה אותך באלה
השלשה על דבר אחד מברייא'
הבורא יתברך ויהיה שיעור
האדם בדבורו ובמכתבו א
אותות מורים על עצם הדבר
לא גוף הדבר ׃ אבל שעור
האלקים ודברו הוא הדבר
בעצמו והוא מכתבו כאשר
אם היית מעלה על דעתך
אורג בגדי פסים מחשב ב

במלאכתו והמשי נעשה לרצונו
ומגוון בגוונים העולים על לבנו
ומרכיב הרכבות אשר הוא חפץ
יהיה הבגד בשעורו ומכתבו ;
ואלו היינו יכולים כשנדבר
במלת אדם או כשנחקק
גוף האדם להמציא צורתו
היינו יכולי' על הדבור האלקי
והכתב האלקי והיינו בוראים
כאשר אנחנו יכולים קצת
היכולת על הציור השכלי :
אך הלשונות והמכתבים יש
לקצתם יתרון על קצתם מהם
מה ששמותם נאותים הרבה
בקרואים ומהם רחוקים
מהנאות להם : והלשון האלקי
הברואה אשר למדה האלקים
לאדם ושמה על לשונו ובלבבו
הוא מבלי ספק השלימה מכל
הלשונות והנאותה לקרואיה
יותר מכולם כמו שאמר וכל
אשר יקרא לו האדם נפש
חיה הוא שמו רוצה לומר
שהוא ראוי לשם ההוא ונאות
לו ומלמד על טבעו ; והתחייב
מזה לשום מעלה ויתרון
ללשון הקדש ושהמלאכים
יותר חוששים לה ומרגישים
מזולתה מהלשונות ועל זה
נאמר במכתב כי צורות א
אותיות אינם בלא כוונה
ובמקרה אבל לענין נאות עם

coloratum variis coloribus, quas animo ſuo concepit, & conjungerentur ac componerentur quæ vellet, tum Veſtimentum fieret per nudam ejus Conceptionem in mente, & ſimul eſſet Scriptura ejus: Et, ſi poſſemus pronunciando vocem אדם Homo, aut mente concipiendo Corpus Humanum, ſimul exiſtere facere Formam ejus, tum poteſtatem haberemus ſuper Sermonem Divinum, & Scripturam Divinam *(h. e. tùm facultatem haberemus Sermonis Divini, & Scripturæ Divinæ)*, atque adeò eſſemus Creatores *(haberemus etiam facultatem creandi)*, quemadmodum facultatem aliquam ſimilem habemus per Conceptionem rei intellectualem.

Quod autem ad Linguas & Scripturas attinet, habent earum quædam ſupra alias prærogativam aliquam. Sunt, quarum nomina magnam convenientiam habent cum rebus Nominatis, (*vide par.* 2. *§*. 68.) quædam longiùs ab illis abſunt, neq; ita ſunt appoſitæ & convenientes. Lingua autem Divina creata, *(divinitùs creata, Hebræa ſc. vide Diſſert. noſtram de Lingua Hebræa)* quam Deus docuit Adamum, quamque indidit linguæ & animo ipſius, omnium procul dubio eſt perfectiſsima, & rebus ipſis convenientisſima, præ omnibus aliis, ſicut dicitur, *Et quicquid illi animæ viventi vocabat Adam, id erat nomen ejus*, Geneſ. 2. h. e. nomen erat ei convenientiſſimum, & docens de natura ejus. Ex quo & hoc conſequitur, quòd magna debeatur præcellentia & prærogativa Linguæ ſanctæ, quòd item Angeli magni eam æſtiment, majoremque ejus rationem habeant, quàm aliarum. Unde de Scriptura ejus dicitur, quòd Figuræ literarum illius non ſint tales ſine certa intentione, aut per accidens, ſed propter rationem aliquam

המכוון

המכון מכל אות ואורת ואל
יהי רחוק בעיון הזה רשם
השמות והדומה להם מדרך
הדבור והכתב וקודם להם
השיעור רוצה לומר מחשבת
הנפש הטהורה הדומת ל
למלאכים ומתקבצים השלשה
ספרים ספר וספור וספר בדבר
אחד ויהיה הדבר ההוא
המשוער כאש' שער אותו בעל
הנפש הברה וכאשר דבר בו
וכאשר כתבו : אכן אמר זה
הספר על האלקים יתברך
שברא את עולמו בשלשת
ספרים בספר וספור וספר כלם
בחקו יתברך אחד : והאחד
ההוא התחלה לשלשים ושתי'
נתיבו' פלאות חכמה שהם
עשר ספירות ועשרים ושתים
אותיות רמז אל יציאת
הנמצאות אל מעשה יוצר
ובכמות ובאיכו' והכמו' מספר
וסוד המספר איננו כי אם
בעשרה כמו שאמר עשר
ספירות בלי כה עשר ולא
תשע עשר ולא אחת עשרה
ולהם סוד חתום למה עמד
החשבון על עשרה לא פחות
ולא יתר ועל זה סמך לו הבן
בחכמה וחכם בבינה בחון
בהם וחקור בהם ודע וחשוב

cum intentione uniuſcujuſque literæ convenientem. Itaque non eſt quòd tibi circa hanc ſpeculationem (*de convenientia Nominum cum natura rerum*) abſurda videatur Signatura Nominum (*Sanctorum, Dei ſcil. & Angelorum*) & ſimilia (*Nomina Magica, Sigilla Planetarum, quibus in ſchedis, amuletis, annulis, & incantationibus utuntur, quæ nullam videntur cum rebus ſignificatis & intentis habere convenientiam; quia ipſæ figuræ literarum occultam vim habent,*) ſeu ore prolata, ſeu Scripta & exarata: adhæc præcedit ea conceptio mentalis, h.e. cogitatio animæ mundæ, Angelis ſimilis (*ad puritatem Angelicam accedentis*), & ita congregantur tria hæc ספרים, nempè ספר, ספור, ספר, in re una, & eſt vel fit res illa mente concepta, quemadmodum cogitavit eam animâ purâ præditus, quemadmodum item de ea loquutus eſt, & eam ſcripſit. Hac de cauſa dicit iſte liber Jezírah de Deo Benedicto, quòd creaverit Mundum ſuum tribus ספרים, per ספר & סיפור ספר, quæ in natura Dei Opt. Max. ſunt Unum. Et Unum hoc, eſt principium ל״ב triginta duarum Occultarum vel admirandarum ſemitarum Sapientiæ, quæ ſunt Decem Sephíroth, & Viginti duæ literæ (*Alphabeti, 10 & 22. faciunt 32.*) typi nempe, ſeu figuræ exitûs entium in actum, quæ dignoſcuntur per Quantitatem, & Qualitatem. *Qualitas* autem eſt Numerus, & Secretum Numeri non eſt niſi in Denario, ſicut dicit (*Author libri Jezírah*), עשר ספירות בלי מה *Decem Sephiroth* בלי מה; *Decem* non *Novem vel Undecim* (h.e. nō plus nec minus). Et hîc eſt Secretū clauſum & abſtruſum, quare Numeratio ſubſiſtat in Decem (*non paucioribus, nec pluribus, non plus nec minus*). Ideò addit (*liber Jezírah*); *Attende ad Sapientiam* (בחכמה) *& Sapiens eſto in Intelligentia, vel Prudentia* בבינה, *proba, & ſcrutare illas, ſcito, cogitato, imaginare,*

וצור והעמד דבר על בירורו
והשב יוצר על מכונו ומדתן
עשר שאין להם סוף ׃ ואחר
כן הכרתם באיטרת וחלק
העשרים ושתים אותיות
שלשה חלקי׳ שלש אמות
ושבע כפולות ושתים עשרה
פשוטות ואמ׳ שלש אמו׳ אלף
מם שין אמש סוד גדול מ
מופלא ומכוס׳ שממנו יוצאין
אויר ומים ואש שבהן נברא
הכל ושם מערכת האותיות
האלה עם מערכת העולם
הגדול והקטן שהוא האדם
ומערכת הזמן אחת וקר׳ אותם
עדים נאמנים עולם ונפש
ושנה הודיע אותנו כי הסדור
אחד ממסדר אחד יתבר׳ ׃
ואם הנמצאות מתחלפות
ושונות זו מזו התחלפותם
מחמריהם שהם שונים מהם
עליון ומהם תחתון מהם
העכור ומהם הזך אבל מחמת
חונן הצורות ונותן התכונות
והסידור הנה החכמה בהם
כולם אחת וההשגח׳ אחת
הולכת על סדר אחד בעולם
הגדול ובאדם ובסדור ה
הגלגלים והוא שאמר עליהם
שהם עדים נאמנים על
אחדותו יתברך שמו עולם ׃
ונפש ׃ ושנה ׃ ושם סדורם
על קרוב הדמיון הזה שלש
אמות אמש בעולם אויר ׃ מים ׃
אש ׃ בנפש גויה ׃ בטן ׃ ראש ׃
בשנה רויה ׃ קור ׃ חום ׃

nare, & conſtitue rem ſuper fundamentum ſuum, & redire fac, vel converte Creatorem ſuper baſim ſuam. Menſura earum (Sephiroth) *eſt Denarius, qui numerus eſt infinitus* (in infinitum extendi poteſt). Poſtea ſequitur (*in libro Jezirah*) diſcretio earum (*literarum*) ſecundum qualitatem. Dividit autem eas in tres partes, in *Tres Matres, ſeptẽ Duplices, & Duodecim ſimplices* & dicit; *Tres Matres* א *Aleph*, מ *Mem*, ש *Schin*, *ſunt Secretum magnum, admirandum & occultum, ex quo prodeunt*, אויר *Aer*, מַיִם *Aqua &* אש *Ignis, per quæ creata ſunt omnia.* Inſtituit etiam (*cap.3.*) comparationem literarum iſtarum cum Macrocoſmo & Microcoſmo, qui eſt Homo, ut & cum Tempore, & vocat ejus rei Teſtes fideles, *Mundum, Animam & Annum,* (*cap.6.*). docens nos, quòd (omnium) ordinatio ſit una, ab Ordinante uno Deo benedicto: &, ſi entia ſint varia ac diverſa à ſe invicem, varietas illa duntaxat ſit ex parte materiarum, quæ ſunt diverſæ. Alia quippe eſt materia ſuperior, alia inferior, alia turbida, alia clara: quoad autem Datorem Formarum, & indentem qualitates, ordinem & proportionem, Sapientiam in omnibus eſſe unam, unam etiam Providentiam, quæ eundem obſervet ordinem in Mundo magno, in Homine, & in Orbibus cæleſtibus (h.e. *& in Temporibus, quæ ex Orbibus cæleſtibus ſequuntur*). Et hoc ſibi vult, quando ait de eis, quòd Teſtes fideles Unitatis Dei ſint, Mundus, Anima, & Annus. Ordinat autem & diſponit eas ferè hoc exempli gratiâ pacto.

שלש אמות א מ ש
בעולם אויר· מים· אש·
בנפש גויה· בטן ראש
בשנה רויה· קור חום

Tres Matres אמ'ש, ſunt
In Mundo; אֲוִיר Aer, מַיִם Aqua, אֵשׁ Ignis
In Anima, vel Homine, גְוִיָּה Membrum genitale, בֶּטֶן Venter, ראש Caput.
In Anno: רְוָיָה Ver & Autumnus, קוֹר Frigus, ſeu Hyems; חום Calor, vel Aeſtas,

שבע כפולות בגדכפרת
בעולם שבתאי צדק מאדים חמה נגה ככב לבנה
בנפש חכמה עושר ממשלה חיים חן זרע שלום
בשנה שבת חמשי שלישי ראשון ששי רביעי שני

Septem Duplices בגד כפרת, ſunt
In Mundo Macrocoſmo; Saturnus, Jupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna.
In Anima; Sapientia, Divitiæ, Dominium, Vita, Gratia, Semen, Pax.
In Anno; Sabbathum, Quintus (dies) tertius, primus, ſextus, quartus, ſecundus.

שתים עשרה פשוטות·
בעולם· טלה· שור· תאומים סרטן· אריה· בתולה·
מאזנים· עקרב· קשת· גדי· דלי· דגים·

Duodecim ſimplices; ſunt
In Mundo; Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo: Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Piſces..

בנפש· אבר לראות· אבר לשמוע· אבר להריח· אבר לדבר·
אבר לטעום· אבר לתשמיש· אבר לעשות· אבר להלוך·
אבר להרהר· אבר לכעוס· אבר לשחוק· אבר לישון·

In Anima; Membrum ad videndum: Membrum ad audiendum, Membr. ad odorandum: Membr. ad loquendum: Membrum ad guſtandum: Membr. ad concubitum; Membr. ad faciendum: Membr. ad ambulandum:
Membrum ad cogitandum: Membr. ad iraſcendum: Memb. ad ridendum: Membr. ad dormiendum.

בשנה·

בשנה׃ ניסן׃ אייר׃ סיון׃ תמוז׃ אב׃ אלול׃
תשרי׃ כסליו׃ מרחשון׃ טבת׃ שבט׃ אדר׃

In Anno; Martius, Aprilis, Majus, Junius, Julius, Auguſtus: September, October, November, December, Januarius, Februarius.

אחד על גבי שלשה ושלשה על גבי שבעה ושבעה על גבי שנים עשר : ובאברים האלה מקום השתתפות כמו כליות יועצות וטחול שוחק וקיבה ישנה ! ואיננו תמה שיהיה לכליות כח בהטבת העצה כי אנחנו רואים זה כמו זה בביצים שאנחנו רואים הסריסים יותר חלושי השכל מהנשים מפני שנעדרו הביצים חסרו הזקן והעצה הנכונה : וטחול שוחק בעבור שבכח הטבעי מנקה הדם והמרה השחורה מהעכירות והעבי ובהנקותם תהיה השמחה והשחוק וכבד כועס בעבור המרירות המתילדות בו : וקיבה ישנה כנוי לכלי המזון ולא זכר הלב מפני שהוא המלך : ולא הקרום והריאה מפני שהם שמשים מיוחדים לו ואינם שמשים לשאר הגוף כי אם בדרך המקרה לא בכונה הראשונה והמוח נכנס בחלקי החושים הנולדים ממנו : ועוד כי יש לאיברי שהם למטה מהקרום החולק סוד מפני שהם הטבע הראשון והתולדה הראשונה והקרום חולק בין עולם הטבע ועולם החיים כמו

Unum vel, Unus (ſc. Deus) *eſt ſuper Tribus: & tres ſuper ſeptem; & Septem ſuper duodecim* (*in libro Jezirah cap.5.*).

Et in Membris illis eſt quoq; aliqua Communicatio; veluti Renes conſulunt, Splen ridet, Jecur iraſcitur, Ventriculus dormit. Neque mirari convenit, quòd *Renes* dicantur Virtutem habere conſulendi. Videmus enim ſimile quid in Teſticulis; dum videlicet obſervamus, Eunuchos intellectum debiliorem habere quàm Fœminas, quia carent teſticulis: unde & Barbâ, & conſilio recto ſunt deſtituti: *Splen* ridet, quia facultate naturali purificat ſanguinem & bilem atram à turbedine & craſſitie: dum autem illa expurgantur, generatur Lætitia & riſus. *Hepar* iraſcitur, propter amaritudines, vel bilem flavam ſeu choleram, quæ in eo generatur. *Ventriculus* dormit, quia eſt organon cibi. *Cordis* non fit mentio, quia Rex eſt; non etiam membranæ vel Reticuli hepatis, & Pulmonis; quia ſunt Miniſtri ejus proprii, neque ſerviunt reliquo corpori niſi per accidens, non primò & propriè: Cerebrum ingreditur in cenſum ſenſuum qui generantur ex eo: præterea (*nullam ſc. facit horum mentionem author libri Jezirah*) quia membra, quæ ſunt infra הקרום Reticulum illud vel Membranam (alias Τζάπτζα dictam: *intelligit Tegumentum aliquod, quod diſtinguit inter membra reſpirationis, & membra nutritionis, ubi* (*inquit Muſcatus*) *locus eſt animæ naturalis vegetativæ*, Diaphragma) ſunt Natura prima, & Generatio

שהצואר חולק בין עולם החיים ובין עולם הדבור ׃ כאשר זכר אפלטון בספר טימאוס ׃ והמוצאים הראשונים שהם מעולם הטבע ושם שורש ההוידה שמשם יצא הזרע ושם יברא העובר במה שבין הארבעה טבעי' משם בחר הבורא הנתחי' המקורבי' החלב והדם ויותרת הכבד ושתי הכליו' ולא בחר בלב ולא במוח ולא בריאה ולא בקרום׃ והסוד עמוק למאד והפירוש אסור וכבר נאמ' אין דורשין בספר יצירה אלא בתנאים ומעט שהם מזומני' ואח"כ אמר שבע כפולות שש צלעות לששה צדדים והיכל קדוש מכוון באמצע והוא נושא את כולן ברוך כבוד יי' ממקומו הוא מקומו של עולם ואין עולם מקומו רמז לענין האלקי המחובר בין ההפכים ׃ ודמהו בנקודה והמרכז מגוף בעל הששה צדדים ושלשה המשכים ובעוד שלא תקבע התוך לא יקבעו הקצוות והער על הערך אשר בין אלה ובין הכח הסובל לכל שבו יתחברו ההפכים בערך הנקבע בעולם

prima, & הסרוס Membrana illa dividit inter Mundum Naturæ, & Mundum Vitæ, ſicut Collum dividit inter Mundum Vitalem & Mundum Rationalem, uti Plato loquitur in Timæo. Et de egreſſionibus primis (h.e. *ex loco vel ex partibus*) Mundi Naturæ, ubi eſt radix generationis, unde egreditur ſemen (*in maribus*) & ubi generatur fætus (*in fœminis*) ex eo quod commiſcetur ex quatuor naturis (*ſeu humoribus*), hoc eſt, ex ſemine & ſanguine, ex his, inquam, elegit Deus partes offerendas, Adipem, Sanguinem, Reticulum hepatis, & duos Renes; non verò elegit Cor, vel Cerebrum, vel Pulmonem, vel הקרום Diaphragma. Quod myſterium habet profundum valdè, cujus expoſitio eſt prohibita, ſicut Rabbini noſtri dicunt; *Non explicandus eſt Liber Jezírah, niſi cum certis conditionibus, & pauci ſunt qui ad id præparati ſunt & idonei.*

Poſt hæc dicit (*liber Jezírah*): *Septem duplices reſpondent ſex lateribus, juxta ſex poſitus* (Dextram ſc. & Siniſtram, Suprà & Infrà, Antè & Ponè), *in quorum medio eſt Templum Sanctum, quod omnia ſuſtinet, Gloria ſc. Domini benedicti, quæ vocatur* מקום Locus; *quia ipſe* (Deus) *eſt Locus mundi* (omnia continens & ſuſtentans) *non verò Mundus locus ipſius.* Quibus verbis intelligit Rem Divinam, quæ contraria inter ſe conjungit. Hanc comparat cum Puncto & centro Corporis ſex angulos, & tres dimenſiones habentis (*Longitudinem, Latitudinem & Profunditatem*): quod ſi (*in tali corpore*) non fixum habeatur medium & centrum, non fixa & certa quoque poterunt eſſe ſex extrema vel latera (*& ſic non poterit corpus illud in ſua forma firmum eſſe & ſtabile*).

Dehinc docet, quæ ſit proportio inter iſta, & inter Virtutem quæ omnia ſuſtinet, & per quam conjunguntur contraria, per ſimilitudinem

ונפש ושנה כי שם לכל אחד
מהם דבר כולל את חלקיו
ומסדר אותו : ואמר תלי ב
בעולם כמלך על כסאו : גלגל
בשנה כמלך במדינה לב בנפש
כמלך במלחמה : תלי שם
התנין הנזכר בחכמת התכונה
הוא בערב גוזהר רמז בו אל
עולם השכל כי העצם בו מבנין
הדברים הנעלמים אשר לא
ישגו בחוש ורצונו בגלגל גלגל
השמש הנוטה שבו יסתדרו
חלקי השנה : ולב מסדר
החיים ומושל בחלקיו ורוצה
לומר שהחכמה בשלשה אחת:
והענין האלקי אחד והחלוף
ביניהם איננו כי אם בהתחלפות
היוליהם ודמה הענין האלקי
כשהוא מנהיג רוחניים כמלך
על כסאו אשר יעשו דבריו
ברמז מעט אצל סגולתו ועבדיו
המכירים אותו מבלי תנועה
מהם וממנו : ודמהו כשהוא
מנהיג הגלגלים כמלך במדינה
כי הוא צריך להראות בפנות
המדינה שיראה על כל חלק
ממנה ממשלתו ומוראו ו
ותועלותיו : ודמהו כשהוא
מנהיג החיים כמלך במלחמה
שהוא בין הפכים ישתדל
להגביר אוהביו ולגבר על אויביו
והחכמה אחת כי אין החכמה
בגלגלי גדולה מהחכמה בקטן
שבחיים : אך גדולת מעלתם

dinem proportionis *Mundi*, *Animæ*, & *Anni*. Statuit enim ſingulis horum aliquid quod contineat partes ejus, & eas ordinet. Sic dicit; תְּלִי (*Draco*, *Sydus cæleſte*) *in Mundo eſt inſtar Regis in ſuo ſolio : Sphæra in Anno eſt ſicut Rex in provincia vel civitate. Cor in Anima eſt, quod Rex eſt in bello.* תְּלִי eſt Nomen *Draconis* cæleſtis, cujus mentio fit in Aſtronomia: Arabicè dicitur גוזהר, & eo reſpicit ad Mundum Intelligentiarum, quia ſtructuram habet admirandam & occultam, quæ ſenſibus non percipitur. Per *Sphæram*, intelligit Sphæram Solis declinantem (*cujus centrum declinat à centro mundi*) per quam ordinantur partes Anni. *Cor* ordinat vitam & dominatur partibus ejus. Vult ergo dicere, Sapientiam in his tribus eſſe unam, & Rem Divinam eſſe unam : diverſitatem autem inter ea eſſe tantùm ex diverſitate materiæ illorum. Comparat autem Rem Divinam, quatenus regit Spiritualia, cum Rege ſuper ſolio ſuo, cujus verba & mandata fiunt ad nudum ejus nutum, apud peculium & ſervos ejus ipſum agnoſcentes, ſine ullo vel ejus vel ipſorum motu : Quatenus regit Sphæras cæleſtes, comparat eam cum Rege in civitate vel provincia, qui intereſſe habet comparere per omnes angulos provinciæ ſuæ, ut in unaquaque parte illius oſtendat ſuum Dominium, Timorem, & Utilitates ab ipſo provenientes. Quando verò vel quatenus regit Viventia, vel Animata, (*in Mundo inferiore*) comparat eam cum Rege in bello, qui inter partes adverſas conatur efficere ut ſuperent ac prævaleant amici, & ſuperentur hoſtes ejus, ſapientiâ unâ in omnibus. Sapientia enim circa corpora cæleſtia non eſt major, quàm circa minima animalia; Dignitas verò eorum major eſt

בעבור שהם מחומר זך וקיים לא יכלם כי אם בוראם והבעל חיים מחומר מקבל רושם מתפעל רושמים בו ההפכים הבאים עליו תמיד מקור וחום וזולתם ומכלה אותם הזמן לולי החכמה אשר התחכמה להם בזכר ובנקבה להשאיר המין באבד האישים וזה בסבובי הגלגל והזריחה ו והשקיעה אשר העיד עליו הספר הזה ואמר שאין הפרש בין יצירת הזכר והנקב׳ אלא מה שיש בין הראות האיברים מה והסתרם : וכבר ביארנו זה בניתוח שאיברי הנקבה כאיברי הזכר אלא שהם מהופכים אל פנים כמו שאמר זכר באמש ונקבה באשם חוזר הגלגל פנים ואחור אין בטובה למעלה מענג ואין ברעה למטה מנגע רוצה לומר שאותיות אמש ואשם וענג ונגע אחת הן ואין ביניהם אלא ההקדמה והאיחור כמו שהזריחה והשקיעה לגלגל אחת בחוקו ובחוקנו אנחנו רצוא ושוב : ורמז באיברים שהם למטה מהקרום על מוצאי הטבעים הארבע כמו שאמר שני לועזים ושני עליזים שני יועצים ושני עליצים

ob materiam puriſſimam & firmiorem, quæ à nemine corrumpi vel conſumi poteſt, niſi à Deo ipſo: Animantia verò ſunt è materia, quæ recipit notas paſſivas; quæ ei imprimuntur à contrariis, indeſinenter ei obvenientibus, veluti Frigidum & Calidum, ac ſimilia: & conſumeret ea (*animantia*) tandem Tempus, niſi Sapientia Divina huic rei proſpexiſſet per Marem & Fœminam, ad conſervandam ſpeciem, individuis pereuntibus; idque per circuitionem ſeu circularem motum Sphæræ ſolis, ejusque ortum & occaſum, de quo docet liber iſte: & dicit porrò, quòd nulla ſit differentia inter formationem Maris & Fæmellæ, niſi propter membrorum quorundam in illis apparentiam, in his occultationem, prout in Anatomicis oſtenditur, quòd membra fæminę ſint ſicut membra maris, niſi quòd ſint introrſum converſa. De hoc ait; *Maſculus per* א׳מש: *Famella per* א׳שם, (*literis tranſpoſitis duntaxat*). Jezirah, cap. 3. *Sic redit vel rotatur perpetuò Sphæra antrorſum & retrorſum: ſicut nullum bonum eſt ſupra* עֹנֶג (voluptatem) *& nullum malum ſupra* נֶגַע (Plagam) (*extant hæc in libro Jezirah c. 2.* h. e. literas harum vocum ענג & נגע אמש & אשם, eſſe eaſdem, neque aliam inter illas eſſe differentiam, quàm prioritatis & poſterioritatis h. e. *tranſpoſitionis*), ſicut Ortus & Occaſus Solis in ſe unum idemque eſt (reſpectu Sphæræ, quæ ſibi ipſi neque oritur, neque occidit): ſed noſtri reſpectu currit & recurrit. Innuit autem membra, quæ ſunt infra הקרום per egreſſiones quatuor naturarum, h. e. humorum, dum dicit; *Duo* לועזים, *& duo* עליזים: *duo* יועצים, *& duo* עליצים (*intelligit per* לועזים *Jecur ſeu Hepar, cum Veſicula bilaria, tanquam organa iræ; per* עליצים *Oeſophagum & Stomachum; per* יועצים *duos renes; per* עליצים *Splenem, &*

עשאן כמין מריבה ערכן כמין
מלחמה מקצת אלו מצטרפין
עם אלו ואלו כנגד אלו אם
אין אלו אין אלו וכולם אדוקים
זה בזה והרמז מובן לגמרי ואם
יקשה לבאר הפרדתו מצורת
בעלי חיים אל ההפכים והן
גורמין הצלתו מהמלחמה
הזאת ולולי המלחמה הזאת לא
היתה הצלתו זאת כל זה אחרי
שסדר היצירות והקדים הדבר
החשוב והוא רוח אלקים
חיים אמר אחת רוח אלקים
חיים שתים רוח מרוח שלש
מים מרוח ארבע אש ממים
ולא זכר הארץ מפני שהוא
הגוף והחומר להויות כי כלם
ארץ אבל אומרים זה גוף
אישי וזה גוף אוירי חרה גוף
מימיי על כן הקדים שלש אמו'
אש ומים ורוח והקדים רוח
אלקים והוא רוח הקדש
במנה נבראים המלאכים
הרוחניים ובה מתחברות
הנפשות הרוחניות ואחריה
האויר המושג ואחריו המי'
אשר מעל לרקיע לא השיגתם
הקשת הפילוסופים על כן לא
הורו בהם ואפשר שיאמר בו
אומר שהוא כדור הקרה
שקורין בערבי זמהריר ומקום
תכלית הגעת העבים ואחריו
מקום האש הטבעי שקורין
אותו בלשון ערבי אלאתור
כאשר

nem, & Ventrem ſeu Inteſtina excrementa educentia): hæc introducit per modum contentionis, & in aciem contra ſe invicem diſpoſita, quæ in quibuſdam invicem ſunt conjuncta, in aliis oppoſita, & tamen nequit eſſe vel ſubſiſtere unum ſine altero, *omniaq; invicem cohærent* (*ſunt ultima verba in libro Jezirah. cap. 5.*). Quid per hæc innuatur, intelligitur, etſi difficile ſit explicare particularia. In genere intelligitur, Animantia Vitâ prædita opus habere contrariis, & hæc contraria cauſam eſſe liberationis eorum ab hac pugna (*h.e. conſervationis illorum*), & niſi hæc pugna vel contrarietas eſſet, non ſalva fore.

Omnia hæc (*docet Author libri Jezirah*) poſteaquam (*Cap. 1.*) diſpoſuit res creatas, (*vel rationem creationis*) & rem præſtantisſimam præmiſit, quæ eſt Spiritus Dei vivi, dum ait; *Unum, eſt Spiritus Dei vivi*; *Duo*; *ſunt Spiritus ex Spiritu*: *Tria*; *ſunt Aqua de Spiritu*; *Quatuor*; *ſunt Ignis ex aqua* &c. Non mentionem facit Terræ, quia illa Corpus eſt, & materia rerum generabilium: omnia enim ſunt terra. Sed quia dicitur; Hoc corpus eſt Igneum, iſtud eſt Aqueum; ideò præmiſit tres matres אמש, h.e. Aerem, Aquam, & Ignem; & his Spiritum, qui eſt Spiritus Sanctus, ex quo creati ſunt Angeli Spirituales, & per quem conjunguntur vel componuntur Animæ ſpirituales; poſt hunc, Aerem ſenſibilem, & dehinc Aquas, quæ ſunt ſupra expanſum, quas non apprehendit Ratiocinatio Philoſophorum, unde & nihil de iis docuerunt, niſi fortè quis dixerit, eſſe Orbem vel Zonam frigidam, quam Arabicè vocant זמהריר & locum extremum quò pertingunt Nubes, quem proximè excipit locus Ignis naturalis, quem

Arabicè vocant אל׳אתיר, quemadmodum dicunt ad locum illum; *Et Spiritus Dei incubabat ſuper Aquas*; per *Aquas* intelligi Materiam primam, qualitate omni deſtitutam, informem & inanem, donec qualitatem accipiat à voluntate Dei ambiente illam, quam (*voluntatem*) vocat *Spiritum Dei*. Et appoſitâ valdè ſimilitudine comparatur Materia naturalis cum Aqua. Nam ſi quid eſt craſſius quàm aqua, in ejus omnes & ſingulas partes Natura non poteſt æquales exercere operationes, quia nimis duræ ſunt ſeu fortes. Corpore quippe terreſtri non competit niſi actio artificialis, quæ complectitur duntaxat dimenſiones materiæ, non verò omnes ejus partes: Natura autem complectitur omnes & ſingulas rei partes, neque generatur niſi id quod per qualitatem aquæ fluidum factum eſt, & ſi non ſit tale, non vocatur generabile naturale, ſed eſt artificiale, vel compoſitum, vel accidentale, neque agit in id Natura, niſi dum adhuc eſt aqueæ diſpoſitionis, ut pro voluntate ſua illud formet, & tùm demùm induratur, quantum eſt neceſſe. De his dicit Author libri Jezirah: *Et fecit ex Tohu aliquid, fecitq́; ut quod nihil erat, aliquid eſſet, & fecit columnas magnas ex aëre incomprehenſibili*: Item; *Aquæ de Spiritu: & excîdit atque exſculpſit ex illis Tohu & Bohu, veluti lutum & cænum, fecitq́; ea inſtar orbiculi, ſtatuit ea inſtar muri, & inſtar pavimenti ſeu contignationis, effudit aquam ſuper ea, & facta ſunt Pulvis*: Item; תהו *Tohu eſt linea viridis ambiens mundum totum; Bohu ſunt lapides recentes* (alii, *Lapides occulti, abſconditi*,) *demerſi*

כאשר אומרים על ורוח אלקים מרחפת על פני המים שרצונו במים האלה החומר הראשון בלי איכו׳ אבל תהו ובהו עד שהתאייך בחפץ האלקים ה הסובב אותו וכנה אותו ברוח אלקים ודמות החומר הטבעי במים דמיון נכון ביותר כי מה שהוא יותר עבה מן המים לא ישתוו פעולות הטבע בכל חלקיו מפני שהם חזקים כי אין הגוף הארצי ראוי כי אם למלאכות כי המלאכה איננה כוללת כי אם שטחי החומר ולא כל חלקיו והטבע הוא כולל כל חלקי הדבר ואין הווה אלא שהיה כבר בתכונת המים זב נגר ואם איננו כן לא יקרא הוא טבעי אבל הוא מלאכותי או מתרכב או מקרי ואין הטבע פועל בו אלא בעודנו בתוכן המים יציירהו בחפצו ואחר כן תקשה מה שהוצרך להתקשות ואמר על הדומה לזה עשה מתהו ממש ועשה את אשר איננו ישנו וחצב עמודי׳ גדולים מאויר שאינו נתפש ועוד אמר מים מרוח חקק וחצב בהן תהו ובהו רפש וטיט עשאן כמין ערוגה הציבן כמין חומה סבבן כמין מעזיבה יצק מים עליהם ונעשו עפר ואמר עוד תהו זה קו ירוק שמקיף את העולם כלו בהו אלה אבנים ה המפולמות המשוקעות בתהום

in abyſſo,

שמביניהם יוצאין מים ורמז
מעט מסוד השם הנכבד יוד
הא וו הא שהוא נאו' לעצם
האלהי המתאחד אשר אין לו
מהות כי מהות הדבר זולת
מציאות הדבר והאלקים
יתברך מציאותו הוא מהותו
כי מהות הדבר גדרו והגדר
מחובר מסוגו והבדלו ואין סוג
ואין הבדל לעלה הראשונה
והתחייב שיהיה הוא הוא :
וכאשר ספר כי סבת רבות
הדברים הוא סבוב הגלגל
כמו שאמר חוזר גלגל פנים
ואחור ותמורה זה בהתמזג
האותיות הנפרדות האלף עם
כלם וכלם עם אלף בית עם
כלם וכלם עם בית חוזרו'
חלילה נמצא כל הדבור יוצא
במאתי' ושלשים ואחד שערים
ואחר כן אמ' איך התרבו ב
בשלש האותיות וברבועם
שלש אבנים בונות ששה
בתים ארבעה בונות עשרים
וארבעה בתים צא וחשוב
מה שאין הפה יכולה לדבר
ומה שאין האוזן יכולה
לשמוע : כן נצטרך לחקור
מאין נתרבו הדברי' קודם
סבוב הגלגל והבורא אחד
הוא ולגלגל על דרך הדמיון
ששה צדדים והניח בדבור
השכליי שמו' הבורא ובחר לו
בדבור הגשמיי האותיות ה
היותר דקות אשר הם כ

merſi in abyſſo, *è quibus egrediuntur aqua.*

Pauca quædam etiam aſpergit de ſecreto Nominis glorioſi יהוה, quod propriè competit eſſentiæ Divinæ unicæ, quæ nullam habet quidditatem. Quidditas enim rei aliud eſt à rei eſſentia; Dei autem benedicti eſſentia eſt ejus quidditas. Quidditas namque eſt definitio rei; definitio autem componitur ex genere & differentia; atqui genus & differentia non cadunt in cauſam primam. Unde conſequitur, quòd Ipſe ſit Ipſe.

Et quemadmodum enarrat, quòd cauſa multiplicationis & varietatis rerum ſit Circularis motus Sphæræ (*Solis*) ſicut dicit; *Orbis rotatur antrorſum & retrorſum*; quod aſſimilat Commixtioni vel Conjunctioni literarum ſeparatarum, veluti Aleph cum omnibus reliquis, & vice versâ harum cum Aleph; Beth cum omnibus, & omnium cum Beth, in circulum redeuntium, unde omnis ſermo egredi reperitur *per 231 portas* (Jezirah cap.2.): & poſtmodum quomodo multiplicentur per tres literas & quatuor (*per trium & quatuor literarum combinationem, & permutationem*); *Tres* inquiens *lapides exſtruunt ſex domos, quatuor exſtruunt viginti quatuor, & ſic conſequenter: quâ ratione ſi progreſſus fueris & ſupputaveris, invenies numerum, quem nullum os poterit eloqui, effari, nulla auris audire* (cap. 4. lib. Jezírah): ſic ſcrutandum nobis eſt, unde vel quomodo multiplicatæ fuerint res ante circuitum ſolis; cùm Deus Unus ſit, & Sphæræ vel orbi attribuantur ſex latera, (*ſupra, infrà, dextera, Siniſtra, antè & retrò, Ariſt. lib. 2. de Cœlo.*)? Conſtituit itaque (*Anthor libri Jezírah*) Nomen Creatoris in Sermone mentali, & elegit in

Arabicè vocant אל'אתור, quemadmodum dicunt ad locum illum; *Et Spiritus Dei incubabat ſuper Aquas*; per *Aquas* intelligi Materiam primam, qualitate omni deſtitutam, informem & inanem, donec qualitatem accipiat à voluntate Dei ambiente illam, quam (*voluntatem*) vocat *Spiritum Dei*. Et appoſitâ valdè ſimilitudine comparatur Materia naturalis cum Aqua. Nam ſi quid eſt craſsiùs quàm aqua, in ejus omnes & ſingulas partes Natura non poteſt æquales exercere operationes, quia nimis duræ ſunt ſeu fortes. Corpore quippe terreſtri non competit niſi actio artificialis, quæ complectitur duntaxat dimenſiones materiæ, non verò omnes ejus partes: Natura autem complectitur omnes & ſingulas rei partes, neque generatur niſi id quod per qualitatem aquæ fluidum factum eſt, & ſi non ſit tale, non vocatur generabile naturale, ſed eſt artificiale, vel compoſitum, vel accidentale, neque agit in id Natura, niſi dum adhuc eſt aqueæ diſpoſitionis, ut pro voluntate ſua illud formet, & tùm demùm induratur, quantum eſt neceſſe. De his dicit Author libri Jezirah: *Et fecit ex Tohu aliquid, fecitq́, ut quod nihil erat, aliquid eſſet, & fecit columnas magnas ex aëre incomprehenſibili*: Item; *Aqua de Spiritu: & excidit atque exſculpſit ex illis Tohu & Bohu, veluti lutum & cœnum, fecitq́, ea inſtar orbiculi, ſtatuit ea inſtar muri, & inſtar pavimenti ſeu contignationis, effudit aquam ſuper ea, & facta ſunt Pulvis*: Item; תהו *Tohu eſt linea viridis ambiens mundum totum*; *Bohu ſunt lapides recentes* (alii, *Lapides occulti, abſconditi*,) *demerſi*

כאשר אומרים על ורוח אלקים מרחפת על פני המים שרצונו במים האלה החומר הראשון בלי איכו' אבל תהו ובהו עד שהתאייך בחפץ האלקים ה הסובב אותו וכנה אותו ברוח אלקים ודמות החומר הטבעי במים דמיון נכון ביותר כי מה שהוא יותר עבה מן המים לא ישתוו פעולות הטבע בכל חלקיו מפני שהם חזקים כי אין הגוף הארצי ראוי כי אם למלאכות כי המלאכה אינה כוללת כי אם שטחי החומר ולא כל חלקיו והטבע הוא כולל כל חלקי הדבר ואין הווה אלא שהיה ככר בתכונת המים זב נגר ואם אינו כן לא יקרא הוא טבעי אבל הוא מלאכותי או מתרכב או מקרי ואין הטבע פועל בו אלא בעודנו בתוכן המים יציירהו בחפצו ואחר כן תקשה מה שהוצרך להתקשות ואמר על הדומה לזה עשה מתהו ממש ועשה את אשר אינו ישנו וחצב עמודי' גדולים מאויר שאינו נתפש ועוד אמר מים מרוח חקק וחצב בהן תהו ובהו ורפש וטיט עשאן כמין ערוגה הציבן כמין חומה סבבן כמין מעזיבה יצק מים עליהם ונעשו עפר ואמר עוד תהו זה קו ירוק שמקיף את העולם כלו בהו אלה אבנים ה המפולמות המשוקעות בתהום

in abyſſo,

שמביניהם יוצאין מים ורמז
מעט מסוד השם הנכבד יוד
הא וו הא שהוא נאו' לעצם
האלהי המתאחד אשר אין לו
מהות כי מהות הדבר זולת
מציאות הדבר והאלקים
יתברך מציאותו הוא מהותו
כי מהות הדבר גדרו והגדר
מחובר מסוגו והבדלו ואין סוג
ואין הבדל לעלה הראשונה
והתחייב שיהיה הוא הוא :
וכאשר ספר כי סבת רבות
הדברים הוא סבוב הגלגל
כמו שאמר חזר גלגל פנים
ואחור ודמה זה בהתמזג
האותיות הנפרדות האלף עם
כלם וכלם עם אלף בית עם
כלם וכלם עם בית חוזרו'
חלילה נמצא כל הדבור יוצא
במאתי' ושלשים ואחד שערים:
ואחר כן אמ' איך התרבו ב
בשלש האותיות וברבועם
שלש אבנים בונות ששה
בתים ארבעה בונות עשרים
וארבעה בתים צא וחשוב
מה שאין הפה יכולה לדבר
ומה שאין האוזן יכולה
לשמוע : כן נצטרך לחקור
מאין נתרבו הדברי' קודם
סבוב הגלגל והבורא אחד
הוא ולגלגל על דרך הדמיון
ששה צדדים והניח בדבור
השכליי שמו' הבורא ובחר לו
בדבור הגשמיי האותיות ה
היותר דקות אשר הם כ

merſi in abyſſo, *è quibus egrediuntur aquæ.*

Pauca quædam etiam aſpergit de ſecreto Nominis glorioſi יהוה, quod propriè competit eſſentiæ Divinæ unicæ, quæ nullam habet quidditatem. Quidditas enim rei aliud eſt à rei eſſentia: Dei autem benedicti eſſentia eſt ejus quidditas. Quidditas namque eſt definitio rei: definitio autem componitur ex genere & differentia; atque genus & differentia non cadunt in cauſam primam. Unde conſequitur, quòd Ipſe ſit Ipſe.

Et quemadmodum enarrat, quòd cauſa multiplicationis & varietatis rerum ſit Circularis motus Sphæræ (*Solis*) ſicut dicit; *Orbis rotatur antrorſum & retrorſum*; quod aſſimilat Commixtioni vel Conjunctioni literarum ſeparatarum, veluti Aleph cum omnibus reliquis, & vice versâ harum cum Aleph; Beth cum omnibus, & omnium cum Beth, in circulum redeuntium, unde omnis ſermo egredi reperitur *per 231 portas* (Jezírah cap. 2.): & poſtmodum quomodo multiplicentur per tres literas & quatuor (*per trium & quatuor literarum combinationem, & permutationem*); *Tres* inquit *lapides exſtruunt ſex domos*, *quatuor exſtruunt viginti quatuor*, *& ſic conſequenter: qua ratione ſi progreſſus fueris & ſupputaveris, invenies numerum, quem nullum os poterit eloqui, eſſari, nulla auris audire* (cap. 4. lib. Jezírah): ſic ſcrutandum nobis eſt, unde vel quomodo multiplicatæ fuerint res ante circuitum ſolis; cùm Deus Unus ſit, & Sphæræ vel orbi attribuantur ſex latera, (*ſupra, infra, dextera, Siniſtra, antè & retrò, Ariſt. lib. 2. de Cœlo.*)? Conſtituit itaque (*author libri Jezírah*) Nomen Creatoris in Sermone mentali, & elegit in

ſermone corporali literas ſubtiliſſimas, quæ ſunt reliquis literis inſtar Spirituum, nempe ה, ו, י, & dicit; Voluntate (Dei) egredi per hoc Nomen glorioſum, & fieri quicquid vult Deus, & quomodocunque vult: neque dubium eſſe quin Ipſe (Deus) & Angeli loquantur ſermonem mentalem, & ſciant omnia quæ fiunt (*vel, futura erant*) in Mundo corporali ante Creationem Mundi (*Nam author libri Jezirah vult, Angelos antè creatos eſſe*) quomodo item emanatura eſſent Sermo & ſonus (*Nominis Divini, & literarum ejus*) ſuper ſermone utentes, in mundo creandos. Et æquum erat, ut Mundus corporalis crearetur ratione convenienti corporalibus, per Nomen ſcilicet Dei glorioſum mentale, conveniens cum Nomine corporali, וה׳, ויה, היו, הוי, יוה, יהו (*cujus literæ tres ſexies in ſe multiplicantur*) ex quorum unoquoque conſequitur Latus unum mundi, & ita exſurgit Orbis. Et hoc eſt unum ex iis, cui capiendo non omnes ſufficiunt, ſive propter ipſius rei profunditatem, ſive propter intellectus noſtri imperfectionem, ſive propter utrumq; ſimul. Talia etiam ſcrutati ſunt Philoſophi, & induxit eos inquiſitio ipſorum, ut dicerent (*quæ ſententia, ni fallor, eſt Avicennæ*), *Ab uno non poſſe eſſe niſi unum*, & concluderent, A' primo emanare Angelum ei proximum; Poſtea dixerunt, Angelum hunc habere duas proprietates; Unam, quâ novit eſſe ſuum per eſſentiam ſuam; Alteram, quâ ſe novit, quòd habeat cauſam; unde (*ex quibus duabus proprietatibus*) duo conſequuntur; Angelus, & Orbis vel Sphæra Stellarum fixarum; & ab hoc, quatenus intelligit (*intelligentiam habet*) à priori, conſequi Angelum alterum; quatenus

כרוחות לשאר האותיות והם
הוי ואמר כי החפץ כשהוא
יצא בשם הנכבד הזה יהיה
מה שיחפוץ יתברך ויהיה כפי
נגזר הוי) ואין ספק שהוא ו
והמלאכים מדברים הדבור
השכלי ויודעים מה שיהיה
בעולם הגשמי קודם יצירת
העולם ואיך יאצל הדבור ו
וההברה ממנו על המדברים
שהם עתידין להבראות בעולם
והיה בדין שיהיה העולם
הגשמיי נברא בענין שהוא
נאות לגשמיות בשם הנכבד
השכלי הנאות לשם הגשמי יהו
יוה הוי היו ויה והי התחייב
מכל אחד צד מצדי העולם
והם הגלגל : וזה מהדברים
שאינם מספיקים הכל אם
מפני שהמבוקש עמוק מהשיג
או מפני שתבונותינו מקוצרו׳
או לשני הדברים יחד : ועל
הדומה לזה חקרו הפילוסופים
והביאם מחקרם לאמר כי
מאח׳ לא יהיה ממנו כי אם
אחד וקבעו מלאך קרוב נאצל
מן הראשון : ואחר כן אמרו
כי המלאך הזה יש לו שתי
מדות אחת שהוא יודע מ
מציאותו בעצמותו והשנית
ידיעתו שיש לו סבה והתחייב
ממנו שני דברים מלאך ש
וגלגל הכוכבים הקיימים :
וזה גם כן במה שהשכיל מן
הראשון התחייב ממנו מלאך
שני ובמה שהשכיל מעצמותו

התחייב ממנו גלגל שבתאי ׃ וכן עד הירח ׃ ואחר כן אל השכל הפועל ׃ וכבר קבלו בני אדם זה והתפתו לו עד שאמרו שהוא מופת מפני שיחסו אותו אל פילוסופי ׃ יון ׃ וזאת טענה גרידא אין בה ספוק ומקשים עליה בכמה פנים אחת מהם למה עמדה האצילות הזאת הקוצר יד מהראשון ׃ ואחר כן נאמר למה לא התחייב מהשכלת שבתאי מה שלמעלה ממנו דבר אחד ומהשכלתו המלאך הראשון דבר אחר ותהיינה צורות אצילות שבתאי ארבע ׃ ומאין לנו שמי שישכיל עצמו יתחייב ממנו גלגל ומי שהשכיל הראשון יתחייב ממנו מלאך ובעת אשר יטעון ארסטו שהוא משכיל את עצמו צריך שיהיה נתבע שיאצל ממנו גלגל ואם יטעון שהשכיל הראשון שיאצל ממנו מלאך ׃ אמנם זכרתי לך ההתחלות האלה שלא תבהילך הפילוסופיא ותחשוב שאם תלך אחריה היית מניח לנפשך במופת הברור אבל התחלתם כלם לא יסבול אותם שכל ולא יכנסו תחת הקשה ׃ ועוד כי אין בין שנים מהם הסכמה אלא המקבלים מהם שסומכים על רב אחד אם אבד נקלים ואם פיתאגורש או ארסטו או אפלטון

verò intelligit à ſeipſo, ſequi Sphæram Saturni,& ſic conſequenter uſque ad Lunam, & deinceps uſque ad Intellectum agentem (*confer Móre nevóchim par.2.cap.4. Librum Ikkarim par.2.cap.31.*) Hæc adeò recepta ſunt ab hominibus, & illis placuerunt, ut dixerint, eſſe demonſtrativa, quia ea attribuerunt Philoſophis Græcis. Verùm argumentatio eſt exilis, infirma, & inſufficiens, contra quam multis modis poteſt excipi; primò, quare hîc (*in Intellectu agente*) ſubſiſtat emanatio? an hîc abbreviata eſt manus primæ (intelligentiæ)? ſecundò, quare non ex eo quòd Saturnus intelligit id, quod eſt ſupra eum, ſequatur res alia, & ex eo quòd intelligit Angelum primum, res alia, ut ſic eſſent quatuor formæ manantes à Saturno? tertiò, unde habemus, quòd ab eo, qui intelligit ſeipſum, ſequatur Sphæra, & quatenus intelligentiam accipit à priore, ſequatur Angelus? quartò, ſi Ariſtoteles dicat, quòd intelligat ſeipſum, neceſſariò dicendum ei erit, à ſe emanare Sphæram; ſi dicat, ſe intelligere Angelum primum (vel ab Angelo primo), emanabit quoque ab eo Angelus.

Hæc principia tibi commemorare volui, ne perplexum te reddat Philoſophia, & exiſtimes, ſi eam ſequaris, te requiem animæ tuæ inveniſſe per demonſtrationes evidentes. Principia enim illorum omnia repugnant intellectui, neque conveniunt cum ſana ratione: adhæc ne quidem duo inter ſe de iis conſentiunt, & qui ea recipiunt, nituntur authoritate duntaxat eximii alicujus Doctoris, veluti Abendaclis (*alii* Abumaclis, *alii* אבד נקלים), Pythagoræ, Ariſto-

telis, Platonis, aut aliorum quorum nullus cum altero plenè contentit.

XXVI. *Coſri*; Quid opus eſt Literis הוי, vel Angelo, vel Sphærâ (*ad intelligendum quomodo ab uno multa proveniant*), ſi confiteamur & agnoſcamus Dei voluntatem, Mundi innovationem, quòd item Deus res numero plurimas creaverit momento uno, juxta ſpecies ipſarum, ſicut refertur in libro Geneſeos, quòd eis indiderit virtutem ſubſiſtendi & generandi, omniaque ſingulis momentis virtute Divinâ conſerventur & ſuſtententur, ſicut dicimus (*in quadam precatione*); *Qui renovat bonitate ſuâ ſingulis diebus jugiter Opus Creationis.*

XXVII. *Judæus*; Benè dicis Rex Coſar; Hæc eſt ipſa Veritas, Veritatis fidelis confeſſio, & Derelictio rerum non neceſſariarum. Fortasſis autem venit hęc ſpeculatio ab Abrahamo Patre noſtro, quando Dei Deitas & Unitas ipſi innotuit (per Speculationem naturalem) antequam Deus in Viſione cum ipſo loquutus eſſet: poſteaquam verò Deus cum ipſo eſt loquutus, deſeruit omnes ſuas ratiocinationes, convertit ſe ad quærendam Voluntatem Dei ab ipſo Deo qui cum ipſo eſt loquutus, quæ item & qualis ſit Ejus Voluntas, quo medio illa apprehendatur, & in quo loco. Hinc Rabbini noſtri, ſuper id quod ſcriptum eſt: *Et eduxit eum forâs* Gen. 15. ἀλληγορίζοντες dixerunt, Deum dixiſſe ei; *Egredere de Aſtrologia tua* (deſere & abjice eâ) h.e. *Egredere de Aſtrologia, & omni ſcientia naturali dubiâ* (*His ſimilia vide apud Bar Scheſchet in Reſponſionibus ejus, cap.* 157.) Sic dixit Plato de Prophetâ quodam qui fuit tempore Marini Regis, quòd ad Philoſophum, qui totus occupatus erat ex Philoſophiæ ſtudio, in Viſione Divina

אפלטון וזולתם הרבה אין אחד מהם מסכים עם חבירו:

כו אמר הכוזרי מה הצורך אל אותיות הוי או אל מלאך וגלגל וזולת זה עם ההודאה בחפץ הבורא ובחדוש העולם ושהאלקים ברא את הדברי' הרבים במנינם בבת אחת למיניהם כאשר זכר בסדר בראשית ושם בהם כח העמידה והתולדה ומכלכלם לתעים בכח האלהי כמו ש שאנחנו אומרים מחדש טובו בכל יום תמיד מעשה ב בראשית:

כז אמר החבר הטיבות מלך כוזר זהו האמת והאמונה באמת ועזיבת מה שאין צורך עליו אך שמא היה זה העיון מאברהם אבינו לשנתבררה לו האלהות והאחדות קודם שידבר עמו במחזה ואחר שדבר עמו הניח כל בקשותיו ושב לבקש רצון האלקים מעמו: אחר שלמדו איך הוא הרצון ובאי זה דבר ישג ובאי זה מקום: וכבר דרשו רבותינו בויוצא אותו החוצה צא מאצטגנינות שלך רוצה לומר צא מחכמת הכוכבים ומכל חכמה טבעית מסופקת וכבר אמר אפלטון מהנביא שהיה בזמן מארינוס המלך שהוא אמר לפילוסוף שהיה מתעסק בפילוסופיא בחנן

מהאלקים לא תגיע אלי
בדרכים האלה אך במי
ששמתיו שליח ביני ובין ברוא'
רוצה לומר הנביאים והתורות
האמתיות והתגדר בספר הזה
בסוד העשרה האחדים ש
שמסכימי' עליהם במזרח ו
ובמערב מבלתי שיביא אל זה
טבע ואל יכריעם שכל אבל
לסיד אלקי מזה שאמ' עשר
ספירות בלי מה בלום פיך
מדבר בלום לבך מלהרהר ואם
רץ לבך שוב למקום שלכך
נאמר רצוא ושוב ועל דבר
זה נכרתה ברית ומדתן
עשר שאין להם סוף כ
נעוץ סופן בתחלתן ותחלתן
בסופן כשלהב' קשורה ב
בגחלת ודע וחשוב וצור
שהיוצר אחד ואין בלעדיו ו
ולפני אחד מה אתה סופר ׃
וחתימת הספר וכשהבין א
אברהם וצר וחקק וצרף ויצר
וחקר וחשב ועלתה בידו נגלה
עליו אדון הכל וקראו אוהבי
וכרת לו ברית בין עשר
אצבעות ידיו והוא ברית לשון
ובין עשר אצבעות רגליו והוא
ברית מילה וקרא עליו בטרם
אצרך בבטן ידעתיך ׃

Divina dixerit; *His viis non pertinges ad me, ſed per eos quos ego conſtitui Legatos inter me & Creaturas meas*, hoc eſt, Prophetas, & Leges veras. Deſcribuntur hæc in libro iſto (Jezirah) per Myſterium *Decem Unitatum*, de quibus ubique terrarum conſentiunt in Oriente & Occidente; non inducti ad hoc à Natura, vel præponderatione & perſuaſione Intellectus, ſed occulto inſtinctu Divino. Hinc dicit (*author libri Jezirah* cap. 1.) *Decem Sephíroth ſeu Numerationes* בלימה; בלום *Occlude os tuum, ne loquaris*, בלום *Occlude cor tuum, ne de illis cogites, & ſi præcurrerit cor tuum, revertere in locum* (retrahe illud in locum ſuum). *Ideò enim dictum eſt*; Et animalia currebant & revertebantur; Ezech. 1. 14. *Et de hoc inviolabili quaſi pacto cautum eſt* (ne quis curioſiùs illa ſcrutetur). *Menſura earum eſt Decem, quia non habent finem: infige eorum finem in ipſorum principio, & principium in fine, ſicut flammam conjunctam cum pruna. Sic ſcito, cogitato, & mente revolvito, quòd Deus ſit Unus, & præter ipſum non ſit alius. Etenim ante Unum quid numerare potes?*

Concluſio libri eſt; *Et cùm Abraham intellexiſſet, formaſſet, ſculpſiſſet, finxiſſet, ſcrutatus eſſet, cogitaſſet, in manum ejus aſcendiſſet, revelavit ſe ei Dominus omnium, vocavitq́ eum Amicum ſuum* (Jeſa. 41. 8.) *pactumq́ eſt cum eo fœdus inter decem digitos manuum ejus, quod eſt Fœdus Linguæ, & inter decem digitos pedum ipſius, quod eſt fœdus Circumciſionis, & clamavit ſuper eo*; Antequam formaſſem te in utero, novi te.

N O T Æ.

Quæ hactenus ex libro Cabaliſtico *Jezírah* retulit Author, fateor, ulteriore explicatione indigerent. Sed id non niſi prolixo Commentario fieri poſſet, ac præterea in illius libri expoſitione ne quidem Hebræi ipſi inter ſe conveniunt, ſed in diverſa eunt; inſuper etiam fructus

fructus labori non reſponderet. Cabaliſtica enim hæc doctrina abyſſus eſt imperſcrutabilis, labyrinthus inextricabilis, nec introitum oſtendens nec exitum: fructus ejus nullus. Adeò ut non ineptè quidam, quid de *Cabala* ſentiret? reſponderit; idem quod de *Fabula*. Lectoris cujusq; ſeu curioſitati, ſeu induſtriæ ea accuratiùs penſitanda relinquo. Adhibere poterit librum Jezirah cum verſione à Rittangelio editum.

XXVIII. *Coſri*; Velim ut mihi quædam de Scientia Aſtrorum delibes, quæ cum Naturaliſtarum ſeu Philoſophorum dogmatibus conveniant.

כח אמר הכוזרי רצוני ש
שתראני מעט מחכמות ה
הכוכבים הנאותים לטבעיים ׃

XXIX. *Judæus*; Jam alibi (*par. 2. §. 69.*) oſtendi tibi, quòd habuerint Scientiam Aſtrorum cæleſtium accuratam, claram, & certam, per Revolutionem Lunæ, quæ eſt dierum 29. horarum 12. ſcrupulorum 793. πατροπαραδότως traditam & continuatam à Domo Davidis ſine errore & confuſione, ut & per Revolutionem Solis certam; quâ cavebant, ne incideret Paſcha niſi poſt Revolutionem (*Aequinoctium*) Martii, ſicut quidam illorum dixerunt; *Quando vides quòd protrahatur Revolutio Decembris* (quartale hyemis) *uſq; ad decimum ſextum Martii, intercalato annum illum, ne incidat Paſcha in quartale hyemis*; *Deus quippe præcepit & edixit*, Obſerva menſem אָבִיב, *maturaſcentium ſpicarum*, Deut. 16. 1. (*dictum eſt Raf Hunæ in Talmud Roſch haſchána cap.1.*). Revolutiones autem in vulgo uſitatæ & conſuetæ, non ſunt accuratæ, ſed propè & circiter, dividendo Annum in quatuor partes, quarum unaquæque conſtat 91. diebus, & unâ quartâ; Juxta quam ſupputationem fieri poteſt, ut Paſcha incidat in quartale hyemis. Vnde Chriſtiani (*in 2. editione vox* הנוצרים *eſt omiſſa*) contra Judæos excipiunt, & exiſtimant, fundamentum Legis ipſorum periiſſe, neq; eos uni fundamento inniti, eò quòd ipſis quandoque Paſcha incidat,

כט אמר החבר כבר העירותיך
על ידיעת במבטי׳ הברורי׳
בהוראת מְדעם בתקוּפ׳ לבנה
אשר היא כֹט יֹב תשצג מקובל
מבית דוד ולא נשתבש ׃
ותקופת חמה הברורה אשר
היו בה נזהרי׳ שלא יפול פסח
אלא אחר תקופת ניסן וכמו
שאמר קצתם כד חזית דמשכא
תקופת טבת עד ש׳סתר
בניסן עבריה להה״א שתא
כדי שלא יפול פסח ברביעית
החורף והאלהים צוה והזהיר
שמור את חדש האביב ׃
והתקופה הנוהגת אצל ההמון
איננה ברורה אבל היא על
דרך הקרוב בחלוקת השנה על
ארבעה רביעים כל רביע
צא יום ורביע יום ׃ ויש שיפול
פסח בחשבונה ברביעית
החורף וכבר טענו הנוצרים
על היהודים וחשבו כי עקר
תורתם אבד ושאינם על
שורש אחד בעבור שיפול ל
להם פסח קודם הכנס פרק

האביב כפי חשבונם בתקופ'
שהיא בפרהסיא ולא שמו לב
אל תקופת חמה הברורה
האמתית שהיא בצנע' בלתי
מפורסמת ושעל חשבונה לא
יפול פסח בשום פנים אלא עד
שתחול השמש בראש הטלה
ואפילו יום אחד ׃ ולא אירע
בזה שום שבוש מכמה
אלפי שני' והוא חשבון דבק
למבי"ט הבאתני והוא הבירור
שבקבועים והאמתי שבהם.
ואיך יתכן מדע תקופת חמה
ותקופת לבנה מדוקדקת
וברורה אלא מחכמת התכונה
על האמת ועל הברור ׃ וכבר
הקדמנו מסוד נולד קודם
חצות וזולת זה ׃ ונשאר עדין
מן החכמה המיוחדת בענין
הזה ספר הנקרא פרקי רבי
אליעזר בן הורקנוס בו מדת
הארץ וכל אחד מהגלגלים
וטבעי הכוכבי' והמזלות ׃
והצורות ובתיהם וטובתם
ורעתם ועלייתם וירידתם
ונשיאותם ושפלותם ומשך
תנועת' והוא מחכמי ישראל
המפורסמים ׃ ושמואל מחכמי
התלמוד שאמר נהירא לי
שבילי דרקיעא כשבילי ד
נהרדעה ולא התעסקו בו
אלא לענין התור' כי לא ישלם
בירור הליכת הירח והתחלפות
הליכתו לברר עת התחברת
עם השמש והוא המולד ועת
הסתרו קודם המולד ואחריו

dat antequam advenerit tempus אב"ב *Aviſ*, juxta ſupputationem ipſorum publicam & vulgarem; Sed hi non apponunt cor ad Revolutionem Solis certam & veram, quæ eſt occulta, neque vulgo nota. Juxta hanc Paſcha nullo modo incidit, niſi Sole ingreſſo in Principium Arietis, uno ad minimum die; neque in hoc ullus error incidit à tot mille annis. Et hæc ſupputatio conſentit cum Aſtronomo הבאתני, vel, ut aliis legunt אלכ'תאני *Albategni* eaque fixionum (*temporum*) eſt certisſima & verisſima. Qui verò poſſet haberi Revolutionum Solis & Lunę notitia accurata & certa, niſi ex Aſtronomia vera & certa? De Novilunio ante mediam noctem, & aliis ejusmodi, jam antè egimus (*par.* 2. *§*.20.). Et ſupereſt adhuc de ſingulari hac Scientia Liber, qui vocatur Pirke R. Elieſaris filii Hyrcani, in quo deſcribitur menſura terræ, & uniuscujuſque Sphæræ, natura Phanetarum, Syderum cœleſtium, ſignorum Zodiaci, eorumque domus, proſpera & adverſa, aſcenſus & deſcenſus, elevatio & declinatio, ut & menſura motus: fuit autem ille è ſapientibus Iſraëlis (*Doctoribus Miſchnicis*). E Sapientibus Gemaræ fuit Samuel, qui dixit; *Notæ mihi ſuit viæ cœli, ſicut ſemitæ Nahardeæ.* His autem nullum alium ob uſum vel finem operam dederunt niſi propter Legem. (h.e. *non ideò huic arti operam dederunt, ut eam ſcirent, ſed Legis causâ, ut ex ea poſſent addiſcere rationem temporum, & ſic feſta Lege præcepta ritè obſervare, ac definire*). Non enim perfectè ſciri poteſt motus Lunę, & ejus varietas, ad cognoſcendum evidenter tempus conjunctionis ejus cum Sole, quod fit in Novilunio, & tempus occultationis ejus,

אלא

quod eſt ante Novilunium, & poſt illud, niſi per exactam cognitionem Aſtronomiæ. Sic non poſſunt accuratè intelligi quatuor Revolutiones, niſi per ſcientiam Augium, & aſcenſiones, juxta varietatem ipſarum. Qui his dat operam, fieri non poterit, quin ſimul cum iis addiſcat etiam cætera, ad ſcientiam Aſtrorum pertinentia. Ea verò, quæ apud illos habentur de rerum naturalium ſcientia, quę in ipſorum ſcriptis obiter dicta occurrunt & accidentaliter, non ex profeſſo & intentionaliter ad ſcientiam illam docendam, ea ſunt admiranda. Unde colliges, quales illorum ſapientes habuerint Libros de hac Scientiâ ipsâ?

XXX. *Coſri*; Quomodo ergo perierunt Libri illi, qui ex profeſſo & per ſe de his ſcripti fuerunt, & remanſerunt illi, qui ſunt per Accidens?

XXXI. *Judæus*; Quia illi Libri noti fuerunt tantùm ſingularibus quibusdam Hominibus, quorum unus vocabatur *Videns*, alius *Medicus*; alius *Anatomicus*, &c. In deſtructione autem populi alicujus tolluntur è medio primò præſtantiores in illo, deinde illi qui ſunt ipſis inferiores. Hinc ſublatis ſingularibus, ſimul perit ſapientia illorum, nec quicquam relinquitur, niſi libri Legum vel Jurium & Rituum vulgo neceſſariorum, qui plerunque noti ſunt majori parti populi, quos deſcribunt, & in quibus frequenter ſtudent. Quæ Libris Gemaræ ſeu Talmudicis inſerta ſunt de ſcientiis illis, ſervata & relicta ſunt propter multitudinem eorum qui illa ſciverunt, & illorum curam geſſerunt.

Ex his ſunt quædam quæ habentur in

אלא ברוב חכמת התכונה ׃
וכן ידיעת התקופות הארבע
על בירור לא תשלם אלא
בידיעת השפל רום והגבהו
רום והעליות על התחלפם ׃
ומי שטרח בזה אי אפש' שלא
יתגלגלו עמו שאר חכמות
הכוכבי' והגלגלים אבל מה
שימצא להם מן החכמה
הטבעית ממה שנגדר בתוך
דבריה' בדרך המקרה לא
בכונה ללמד החכמה היא
פלאות ותמיהות ׃ ומה יחשב
לבך שהיה לחכמיהם מן
הספרים בחכמה עצמה ׃
5 אמר הכוזרי ואיך אבדו
הספרים ההם שהיו בכונה
ונשארו אלו שהם במקרה ׃
63 אמר החבר מפני ש
שהספרים ההם היו ידעים
אותם היחידים מבני אדם
יקרא זה חוזה וזה רופא וזה
מנתח על דרך הדמיון ותחלת
מי שיאבד מהאומה האבודה
אינם אלא החשובים שבהם
ואחר כן מי שלמטה מהם
ואבדו היחידים ואבדה ח
חכמתם ולא נשאר כי אם
ספרי התורות אשר ההמון
צריכים אליהם ויודעים אותם
רב העם וכותבים אותם
ומתעסקים בהם הרבה ׃
ואשר נגדר בספרי התלמוד
מהחכמות ההם נשמר ונשאר
בעבור רוב יודעיהם והשגחתם
אליהם ומכל זה מה שנזכר
בהלכו' שחיטה והלכות ט

Ritibus

טריפה שיש בהם מן החכמות
מה שנעלם רובו מגאלינוס
ואם אינו כן למה לא זכר
בחלאים מה שאנו רואים
אותו בעינינו ממה שהעיד'
התורה עליו מחליי הריאה
והלב כמו סמוך ללב וסמוך
לדופן ודבק האונות וחסרונם
ויתרונם ויובש הריאה ו
והמססה ומידיעתם בהערכת
האיברים הנפשיים עם הטבעיי'
מה שאמרו שני קרומות
יש למוח וכנגדן לביצי' ו
ואמרו כמין ב' פולים יש
מונחי' על פי הקדירה מ
מן הפולים ולפנים מוח מן
הפולים ולחוץ חוט השדרה
ואמרו תלתא קני' הוו חד פריש
ללבא וחד פריש לריאה וחד
פריש לכבדא : ומידיעתם
בחליים הממיתים ושאינם
ממית' ומה שאמרו חוט
השדר' אם עורו קיים מוחו
לא מעלה ולא מוריד : ואמרו
מי שנתמסמס מוחו אינו מ
מוליד : ואמרו קרום שעלה
מחמת מכה בריאה אינו קרום :
ואמרו גיד הנשה אינו נוהג
בעוף מפני שאין לו כף : ו

Ritibus vel Juribus Mactati & Diſcerpti, in quibus nonnulla ſunt, quæ Galenum etiam ipſum latuerunt. Nam ſi ea novit, quare nullam mentionem facit morborum quorundam, quos nos ad oculum videmus?

Ex iis quæ, prælucente Lege, habent de Morbo pulmonis & cordis, ſunt iſta, quando dicunt; *Si adhæreat cordi, vel, lateri, h.e. coſtis*, (*vide in Schylchan Aruch, in Jóre déah, Num.39. & Talmud Cholin cap.3. fol.48. col.1.*): item quæ ſcribunt de Cohærentia membranularum, & defectu quarundam: de Pulmonis ariditate, & ejus liquefactione vel colliquatione (videatur Talmud ibid. & Maiemonidem in הלכות שחיטה cap. 8. Jore déah num.89.).

Sic ſciverunt proportionem inter Membra animalia & naturalia, unde dixerunt; *Duas membranas habet cerebrum, quibus reſpondent teſticuli.* Item; *Quaſi duæ lentes ſitæ ſunt ad orificium cranii; Inde ab illis lentibus vel piſis introrſum, eſt Cerebrum, à piſis illis extrorſum, eſt ſpina dorſi.* Item; *Tres ſunt fiſtulæ, una ſeparata eſt pro Corde, altera pro Pulmone, tertia pro Jecore.* (*Vide Rambam in* הלכות שחיטה *cap. 6. Jore Dea, Num. 40. 41. Talm. Cholin fol. 45.2.*).

Sic noverunt, quinam morbi ſint lethales, & qui non ſint lethales.

Huc pertinet quod ajunt; *Si Spinæ dorſi membrana ſit integra & ſana, medulla nihil nocet vel prodeſt.* (*non impedit, quò minus ſtatim mactari poſſit beſtia.* Vide Jore Dea Num.32.)

Item; *Cujus cerebrum eſt liquidum vel colliquatum, is non generat.*

Item; *Cruſtra, quæ oritur ex plaga in pulmone, nulla eſt* (Majem. in הלכות שחיטה cap.7. Jóre Déa Num.36).

Item; *Nervus femoris non reperitur in avibus, quia non habent* כף *acetabulum vel curvaturam femoris* (Majem. in הלכות מאכלות אסורות cap. 8. Jóre déa Num.45.).

Ex ſubtilioribus ipſorum juribus eſt & hoc; *Beſtia legitima quæ ſugit à diſcerpta* (ab illegitima) *ejus ventriculus* (*adeps coagulatus in ventriculo ejus*) *eſt prohibitus*; *illegitima ſi ſugat à legitima, ventriculus ejus eſt licitus, quia colligitur vel ingreditur in viſcera ejus* (Vide Majem. in הלכות מאכלות אסורות cap. 4. Jore deah Num.81. Talm.Cholin cap.8.fol.116.)

Item; *Quinq, membranæ ſunt prohibitæ; Membrana vel tunica cerebri, membrana incumbens teſticulis, membrana ſplenis, membrana renum, membrana quæ eſt ſuper iliis* (Vide Majem.in הלכות מאכלות אסורות cap.7. Talm. Cholin cap.7.fol.93. *Hæ omnes ſunt prohibitæ.*

Ex admirandis maximè ipſorum Juribus de Diſcerptis eſt, quòd accuratè determinaverunt Altitudinem, à qua ſi deorſum depellatur vel dejiciatur beſtia, fiat prohibita, ratione ריסוק איברים h.e.Contuſionis membrorum lethalis (vide Majem.in הלכות מאכלות אסורות *cap.9. Jóre Déah Num. 58.). Poſtea dicunt; *Si quis reliquerit beſtiam ſuperius, & deinde veniens reperiat eam inferiùs, non anxii ſunt de Contuſione membrorum, quia beſtia novit æſtimare ſeipſam, & novit menſuram ſaltus ſui, ut non noceat ſibi, ſi ſponte deſiliat, prout ei nocet, ſi detrudatur: quia Natura in ſaltu ſpontaneo præſens eſt; ſed in caſu fugit & conſternatur,* (Vide Talm.Cholin cap.3.fol.51.)

Præterea ex mirandis ipſorum juribus & experimentis eſt & hoc; *Si beſtia calitùs*(veluti perterrefacta à tonitru vel fulgure) *areſactũ & induratum pulmonem habeat, licita eſt; ſi per manus hominum, eſt illicita: & Probationem hujus rei eſſe macerationem ejus in aquis tepidis aliquoties iteratam; ſi ſanus fiat, vel inde revertatur, licitam eſſe, ſi non illicitam.*) Talm.Cholin fol.54.1.& fol.56.2. Majemon in הלכות שחיטה cap.8.Jóre déa Num.36.). Item; *Pulmo qui eſt in-*

ומדקדוקי דיניהם כשרה שינקה מן הטריפה קיבתה אסורה טריפה שינקה מן הכשירה קיבתה מותרת מפני שהוא כנוס במעיה וממה שאמרו מחכמה אמתית והקשם יגיד עליה חמשה קרומים אסורים קרום של מוח קרום שעל הביצים קרום שעל גבי הטחול קרו׳ שעל הכליות קרום שעל העוקץ כלם אסורי׳ באכילה ׃ ומהמופלא ש שבדיניהם בטריפות שדקדקו בהגבלת הגובה אשר אם דוחין הבהמה ממנו למטה תהיה אסורה משום רסוק איברים ירצה ברסוק איברים הרסוק המביא אל המות ׃ ואחר כן אמרו הניח בהמה למעלה ובא ומצאה למטה אין חוששין משום רס״ק איברים משום דאמדה אנפשה רוצה לומר כי הבהמה משערת לעצמה ומכונה לדלוג ולא יזיקנה כאשר יזיק אם דוחין אותה כי הטבע בדלוג מזומן ונמצא ובנפילה בורח ונודד ׃ ומפלאי דיניהם עוד ונסיונותם חרותה בידי שמים כשרה בידי אדם טרפה משום צמוק ריאה ובדיקותה פוטרים שריתה במים מעת לעת אם הדרא בריאה כשרה ואם לאו טרפה ׃ ומה שאמרו ריאה כטחלא כשרה

כדיותא טרפה מאי טעמא האי שחור אדם הוא אלא שלקת ירוקה כשירה ׃ ומה שאמרו ריאה שהאדימה מקצתה כשירה האדימה כלה טריפת ורבי נתן הבבלי שהביאו ל לפניו ילוד ירוק אמר להם המתינו לו עד שיפול בו דמו רוצה לומר שלא ימולו אותו עד שיתפשט דמו בבשרו ועשו כן וחיה הילוד אחרי ילדים רבים שהיו מתים לאשה ההיא תכף למילה ׃ ועוד הביאו לפניו ילוד שהיה אדום ואמ׳ להם המתינו לו עד שיבלע דמו בו ועשו כן וחיה וקראוהו נתן הבבלי על שמו ׃ ואמרו חלב טהור סותם טמא אינו סותם ׃ ומדקות דיניהם מחט שנמצא בעובי בית הכוסות נמצא עליה קורט דם בידוע שהוא קודם שחיטה לא נמצ׳ עליה קורט דם בידוע שהוא לאחר שחיטה למאי נפקא מינה למקח וממכר ׃ מפני שלא יתכן שיהיה על המחט קורט דם לאחר שחיטה בעבור שאין הדם ניכר במת ואין לו לטעון עליו ולומר שמתה מכרת לי ׃ וכמו זה הגליד פי המכה בידוע ששלשה ימים קודם שחיטה ׃ לא הגליד המוציא מחבירו עליו הראיה ׃ ומסמניהם מעוף טהור מותחין לעוף חוט של משיחה אם

eſt inſtar ſtibii, licitus eſt; inſtar atramenti, illicitus. Quam ob cauſam? quia ater iſte color ruber erat, ſed vitium paſſus eſt; Viridis, legitimus vel licitus eſt. (Jóre déah,Num.38.).

Item; *Pulmo, qui rubet ex parte, legitimus eſt, ſi rubeat totus, illegitimus eſt. Cùm olim ad R. Nathanem Babylonium adduxiſſent infantem viridem vel flavum, dixit eis; Exſpectate, donec ceciderit in eo ſanguis ejus, h.e, Nolite eum circumcidere, donec diffundatur ſanguis per carnem ejus. Cùm ſic feciſſent, in vita conſervatus fuit infans ille, poſt plures alios ejus mulieris liberos, qui repentè poſt circumciſionem mortui fuerant. Aliâ vice adduxerunt ei infantem alium, qui rubicundus erat, Dixit eis, Exſpectate donec abſorbeatur ſanguis in ipſo. Cùm ſic feciſſent, in vita conſervatus fuit & iſte, & vocarunt eum de nomine ipſius, Nathanem Babylonium.*

Item; *Adeps mundus obſtruit, immundus, non obſtruit (* Majemon. in הלכות שחיטה, cap. 7. Jóre dea Num.46.).

Item; *Si inveniatur acus in craſſitie inteſtini dicti* בית הכוסות (des Kröſes), *& in ea grumus ſanguinis, certum eſt, illam ingreſſam eſſe ante mactationem; ſi non inveniatur in ea grumus ſanguinis, certum eſt, quòd ingreſſa ſit poſt mactationem;* למאי נפקא מינה למקח וממכר? *quia nequis poſt mactationem accedere grumus ſanguinis, quoniam non agnoſcitur ſanguis in mortuo, neq; quis inde poteſt argumentari & dicere; Mortuum vendidiſti mihi.* Item; *Si cruſtam vel cutim contraxerit os plagæ vel vulneris, certum eſt triduo antè mactationem illud inflictum eſſe; ſi non contraxerit cruſtam, actori incumbit probatio* (המוציא מחבירו עליו ראיה. vide Talm. Cholin fol.50,2.& 51.).

Inter ſigna Avium mundarum recenſent, *Si extendatur avi filum*

menſorium, *&* (ei inſiſtens) *dividat pedes ſuos*, *duos* (digitos) *hinc*, *& duos illinc*, *certum eſt*, *quòd avis ſit immunda*; ſi tres hinc, & unum illinc, *certum eſt, quòd avis ſit munda*. (Majem: הלכות מאכלות אסורות in cap. 1. Jóre déa Num. 82.). Item; *Omnis avis quæ* (cibum) *colligit ex aëre*, *& comedit* (in aëre) *immunda eſt*, *quæ cohabitat cum immundis*, *& eis aſſimilatur*, *immunda eſt: ut Sturnus juxta Corvum*.

Item; Signum fœtus in beſtia parvâ eſt טנוף; in magnâ, שליא Secundina; & in Muliere שפיר ושליא Mola, & ſecundina. Talm. Bechóroth cap. הלוקח בהמה. Rambam in הלכות בכורות cap. 4. Jóre deáh cap. 15.)

Ex maximè admirandis ſapientiæ & ſubtilitatis illorum, ſunt quoque quæ ſcribunt de דרוס conculcatione vel Dilaceratione quorundam ungulatorum, quæ diſcerpunt cibum; veluti; *Feles & martes diſcerpunt hœdos & agnos*; *muſtela aves*: Item; *Dilacertatio* (דְּרִיסָא) *non eſt vulpium*: *dilaceratio non eſt canis*: *dilaceratio non fit niſi* מִדַּעַת, *ſcienter*; *dilaceratio non eſt niſi* מֵחַיִּים *à vivis*: *dilaceratio non fit niſi ungulis*, *non dente*: *dilaceratio fit tantùm manu*, *non pede*. h. e. quod dilacerat, non projicit venenum ſuum in animalia, niſi ungulâ manus, & cum intentione, non per accidens, ungulis comprehendendo carnem beſtiæ, ſine intentione dilacerandi. In quibus maximè admirandum quod dicunt; מֵחַיִּים *A viventibus*, quo volunt dicere, Si accidat, ut abſcindant manum dilacerantis, dum ungues ejus carni ſunt infixi, nullam habebunt dilacerationis rationem; idque ideo, quia (Beſtia dilacerans) non emittit venenum ſuum, niſi dum ſeparatur ab eâ (beſtiâ, quam dilacerat) & ungues ſuos è carne illius beſtiæ educit. Ideò dicitur מֵחַיִּים poſteaquam dictum fuit מִדַּעַת.

חולק את רגליו שתים לכאן ושתי' לכאן בידוע שהוא עוף טמא ג' לכאן ואחרת לכאן בידוע שהוא טהור ׃ ואמרו כל עוף הקולט מן האויר ו ואוכל טמא השוכן עם הטמאים ונדמה להם טמא כזרזיר אצל עורב ׃ ואמרו סימן הולד בבהמה דקה טנוף ובגסה שליא ובאשה שפיר ושליא ׃ וממופלא מחכמתם ודקותם בדקותם בדרוס קצת בעלי הצפרנים הדורסים מה שאמרו דרוסת חתול ונמייה בגדיים וטלאים דרוסת חולדה בעוף ׃ ואמרו אין דריסה ל לשועל אין דריסה לכלב אין דריסה אלא מדעת אין דריסה אלא מחיים ואין דריסה אלא בצפורן לא בשן אין דריסה אלא ביד לא ברגל רוצה לומ' שאין הדורס משליך ארסו בבעלי חיים אלא בצפורן היד ובכונה מהבעל חיים לא במקרה שיאחזו צפרניו ב בבשר הבהמה מבלי כונת הדריסה ויותר מופלא מהם מה שאמרו מחיים רוצה לומר שאם הזדמן שהיו חותכין יד הדורס וצפורניו נעוצין בבשר בהמה לא היו חוששין לדריסה וזהו מפני שאינו משליך ארסו אלא בהפרדו ממנה והוצאת צפרניו מבשר הבהמה ועל כן אמר מחיים אחר שאמר

Item;

מדעת ׃ ואמרו נטלה הכבד
ונשתייר ממנה כזית במקום
מרה ובמקום שהיא חיה
כשרה ׃ ואמרו מונלא כשר
בריאה ופסול בכוליא מים זכים
ונקב פסול בריאה וכשר ב
בכוליא ואמרו הגלודה
שנשתייר בה כסלע על פני כל
השדרה כשירה ׃ ומה שיש
במשנה כתוב בהלכות טרפות
ומומי בכורות ומומי כהנים
יארך ספורו כל שכן פירושו
וזכרון נתוח העצמות בקצרה
מאד ובדברים מבוארים
ביותר וענין מבואר מאד ׃ ו
ובדבריהם הנאים אמרם יצאו
בני מעיה ולא נקבו כשירה ׃
ואחר כך אמרו לא שנו אלא
שלא הפך בהם אבל הפך בהם
טריפה שנאמר הוא עשך
ויכוננך מלמד שברא הקדוש
ברוך הוא כוננית באדם כיון
שנתהפכה אחת מהם אינה
יכולה לחיות ומה שיש להם
מן ההפרש בין דם נדה ובין
דם טהרה וזבה ובתולים
והדם מהווה מן החבורות
והטחורי׳ חולת זבה וכמיות
הקפי הנדות ובין זיבות הזכרים
והפלאים שיש להם בצרעת
ממה שיהיה עמוק משכלינו ׃

Item; *Si ablatum ſit Jecur, & remaneat duntaxat magnitudo olivæ in loco bilis, tum licita eſt.* Majemon. in הלכות שחיטה cap.8. Jóre déah Num.41.).

מונלא *Caro viva in pulmone licita eſt, illicita & illegitima in Rene; Aqua pura, & foramen, illegitima ſunt in pulmone, & legitima in Rene.* (Majem. in הלכות שחיטה cap.7. & 8. Jore déah Num.44.).

Item; *Beſtia excoriata, in qua ſupereſt magnitudo Sicli ſuper tota Spina dorſi, legitima eſt* (Majemon. in הלכות שחיטה cap.9. Jore deah, Num.59.).

Huc refer ea, quæ in Miſchna ſcrìpta ſunt de Juribus diſcerptorum, de vitiis Primogenitorum, de vitiis item Sacerdotum; quæ omnia hîc referre & recenſére, prolixum foret, nedum explicare; Anatomen item oſſium (*membrorum, quæ conſtant carne, nervis, & oſſibus*) brevisſimam, ſed verbis clarisſimis, & ſimul propriis, remque declarantibus. (Vide Talm. Oholoth.cap.1.).

Sic ajunt; *Si egrediantur inteſtina ejus, & non ſint perforata, legitima eſt* (beſtia): cui addunt; *ſiquidem illa non inverſa ſint* (dum ſc. iterum intruduntur); *ſed ſi invertantur, beſtia ſit illegitima*, ſicut dicitur; *Ipſe fecit te*, ויכוננך *& rectificavit te*, Deuteron.32.7. quo docetur, quòd Deus fecerit כוננית baſes in homine, quarum ſi vel una invertatur, non posſit vivere (Vide Talm. Chólin fol.56.2.).

Huc etiam pertinet differentia inter Sanguinem Mulieris menſtruatæ & mundæ, fluxu laborantis, virginitatis, eum qui generatur ex ulcere, hæmorrhoidalem &c. Quantitas item temporis mulierum menſtrua patientium, differentia eorum à fluxu virorum; Admiranda denique nonnulla de Lepra, quæ omnia Intellectui noſtro nimis ſunt profunda & abſtruſa.

N O T A.

Ad hac omnia & ſingula accuratè explicanda, prolixo opus foret Commentario. Materia eſt difficilis, ſubtilis, & peculiaris quoq; artis apud Hebræos. Qui volet, conſulet Libros Rituales Hebræorum in Juribus & Legibus שחיטה Mactationis, & מאכלות אסורות Ciborum prohibitorum, *veluti Majemonidem, Arba turim, Colbo, Levuſch, & ſimiles. Peculiares quoq; de his libellos conſcripſerunt in uſum Mactatorum & Laniorum, qui ſingulas etiam minutiſſimas ſtructuræ corporis animantium partes exquiſitiſſimè noviſſe, ſingulas inſpicere & examinare, & eorum omnium, quæ ad ſana & morbida, licita & illicita, dignoſcenda pertinent, debent eſſe peritiſſimi; neq;, niſi prævio examine, ad id munus admittuntur.*

FINIS QVARTAE PARTIS.

PARS QVINTA.

המאמר החמשי

I. Coſri; Non poſſum non ulteriùs tibi moleſtus eſſe rogando, ut audire poſſim ex te Verba quædam facilia & plana de Fundamentis rerum credendarum, juxta viam *Loquentium*, & ſcholaſticè (*de illis*) differentium ac diſputantium. Id tam mihi gratum erit audire, quàm tibi eſt ea ſcire, ſive ut eis credam, ſive ut ad quædam reſpondeam & excipiam. Nondum enim aſſequutus ſum ſublimem illum gradum abſolutè credendi, ſine inquiſitione & examine. Et jam pridem audivi dubia, ſententias, & diſputationes tum Philoſophorum, tùm variarum Legum & Religionum hominum: unde è re mea eſſe duco, addiſcere, & acuere, vel exercere

אמר הכוזרי אי אפשר 6
שלא ל
להטריח
עליך שתשמיעני דברים ק
קרובים ומבוארים בשרשי
האמונות על דרך המדברים
בדרך הנצחון ותהיה מותרת
לי שמיעתם כאשר היתה
מותרת לך ידיעתם אם להאמין
בהם או להשיב עליהם כי
כבר חסרתי המדרגה העליונה
מברור האמונה מבלי מחקר ו
וכבר קדמו לי ספקות וסברות
ודברים עם הפילוסופים ובעלי
תורות ודתות שונות:
והטוב לי שאלמד ואתחדד

me, ut

בהשבת הדעות הנפסדות
הסכלו' כי אין הקבלה טובה
אלא עם הלב הטו' אבל עם רוע
הלב החקיר' יותר טובה כל
שכן כשיוציא המחקר אל
אמונת הקבלה ההיא ואז
יתקבצו לאדם השתי מדרגו'
רצוני לומ' הידיעה והקבלה
יחד :

כ אמר החבר ומי לנו ב
בנפש סובלת שאיננה נפתית
לדעות העוברות עליה מדעת
הטבעיים והאצטגניני' ובעלי
הטלסמאות והמכשפים ואנשי
הקדמות והפילוסופים וזולתם
ולא יגיע אל האמונה עד ש
שיעבור על דעות רבות
מהאפיקורוסים : והחיים
קצרים והמלאכה מרובה אלא
ליחידים תהיה להם האמונה
בטבע ותרחקנה מהם הדעות
ההם כלם ויפול בנפשם מיד
מקום טעותם ואני מקוה
שתהיה מהיחידים ההם :
וכיון שלא אוכל לעמוד מעשות
רצונך לא אנהג בך על דרך
הקראים אשר עלו אל החכמה
האלהית מבלי מדרגה אבל
אקרב לך ראשי דברים י
יעזרוך בציור ההיולי והצורה :
ואחר כן היסודות הנקראים

me, ut ſciam, quomodo reſpondendum ſit ad pernicioſas & ineptas illorum ſententias, & dogmata. Non enim prodeſt Cabala, niſi acceptetur corde bono: ſi malo, Inquiſitio, vel diſquiſitio melior eſt, inprimis ſi ea educat ad credendum illi Cabalæ; tunc quippe ſimul concurrunt in homine duo iſti gradus; Scientia, & Cabala.

II. *Judæus*; Ecquis verò animam habet ita firmam & conſtantem, ut nullâ ratione illiciatur à dogmatis & ſententiis ſuper eam tranſeuntibus, (*quibus ea imbuitur*) qualia ſunt Dogmata Magiæ naturalis ſcrutatorum, Aſtrologorum, Artificum Taliſmánim ſeu πλεσμάτων, Præſtigiatorum, Patronorum Æternitatis Mundi, Philoſophorum & aliorum? Neque quiſquam (*hac ratione, per modum diſputandi & diſſerendi*) ad fidem pertinget (*ad fundamenta fidei*), niſi plurimas etiam ſententias Epicureorum percurrerit & expenderit: Vita autem brevis eſt, & Ars longa. Verùm ſingularibus & paucis quibusdam à natura quaſi contingit Fides (*Vide inf. §. 12. & 14. ut ſciant, quid, tanquam verum, credendum & amplectendum ſit*), & elongantur ab eis omnia illa dogmata (*vana, falſa & ſuperſtitioſa, ſine anxia & profunda inquiſitione & meditatione*), animâ illorum è veſtigio locum erroris illorum obſervante. Ex his ſingularibus & raris viris te unum eſſe ſpero. Et cùm non poſſim non voluntati tuæ morem gerere, non ducam te viâ Karræorum (*non ſecundum illorum methodum tecum agam*), qui ſine gradu, *h. e. non per gradus* conantur ad Sapientiam Divinam aſcendere; ſed exhibebo tibi quædam generalia, quæ te juvare poterunt; (*per quorum notitiam & intelligentiam veluti per gradus poſſis ad Sapientiam illam pertingere*) veluti; de Materia & Formâ; de Elementis, quæ Arabicè vocantur

בעתי

אסתקסאת, De Natura; (h.e. *mineralibus & metallis*), De Anima, de Intellectu, de Sapientia Divina; & Rationibus ſufficientibus tibi probabo, Animam Rationalem non indigére Corpore; porrò etiam de Vita æterna, de Decreto (*Dei*), & Voluntate atque Potentia (*hominis*; *quomodo ſc. Doctrina de Decreto Dei cum libera hominis voluntate, & potentia, conveniat*); atque hæc omnia, quantâ fieri poterit perſpicuitate & brevitate.

Dico ergo; Quantitatem & Qualitatem Senſibilium non apprehendimus niſi ſenſibus noſtris: Intellectus autem pronuntiat, illa eſſe in ſubjecto: Subjecti verò illius Formam difficulter mente aſſequi poſſumus. Ecquî enim mente concipere poſſemus Formam rei, quæ nec quantitatem, nec qualitatem habet? Cogitatio vel Imaginatio (*quæ ſecundum aſpectum oculorum judicat*, *Heb.* רעיון) judicat hoc eſſe falſum: Intellectus autem reſpondet ei, Quantitatem & qualitatem eſſe Accidentia, quæ per ſe non ſubſiſtunt, neque ſine ſubjecto eſſe poſſunt. Subjectum hoc Philoſophi appellant Materiam primam, & dicunt, Intellectum hanc apprehendere apprehenſione imperfectâ, propter ipſius (*materiæ primæ*) imperfectionem, quia enim non exiſtat actu, non poſſe certis attributis deſcribi vel deſignari (vel, *non poſſe haberi ejus denominationes & attributa*): & licet ſit in potentia, attributum vel denominationem fore corporalem (*quia Forma corporeitatis ſeu corporea alicujus rei ſemper rem comitatur ſi exiſtat, nec ullum compoſitum unquam in eam reſolvitur*, ait Muſcatus). Ariſtoteles ait, eam (*materiam*) erubeſcere videri nudam, neque etiam unquam conſpici, niſi formâ veſtitam. Quidam exiſtimant, *Aquam*, cujus mentio ſit in principio hiſtoriæ Creationis,

בערבי אסתק'סאת ואחר כן הטבע : ואחר כן הנפש : ואחר כן השכל : ואחר כן החכמה האלהית : ואתן לך ראיות מספיקות שאין הנפש המדברת צריכה לגוף אחר כן העולם הבא ואחר כן בגזירה וחפץ והיכולת בתכלית הקירוב הקצור ואומר כי ה המוחשי' לא השגנו כמותם ואיכותם כי אם בחושינו ויגזור השכל כי הם נשואו' בנושא והנושא ההוא יקשה להעלות צורתו על לב ואיך נעלה על לב צורת דבר שאין לו כמות ולא איכות וישפוט הרעיון שמציאותו שקר והשכל משיב עליו כי הכמות והאיכות מקרים לא יעמדו בעצמם ואי אפשר להם מאין נושא וקראו הפילוסופים הנושא הזה היולי ואמרו כי חשכל ישיגנה השגה חסירה מפני חסרונה בעצמה בעבור ש שאיננה נמצאת בפעל אינה ראויה לתואר מהתארים : ואם היתה בכח הנה התואר גשמי אמר ארסטו כאלו היא בושה להראות ערומה ואינה נראית עד שתלבש צורה וכבר חשבו קצת אנשים כי

המים הנזכרים בתחלת מעשה בראשית כנוי להיולי הזאת וכי רוח אלקים מרחפת על פני המים אמנם הוא חפץ האלקים ורצונו הנעשים בכל חלקי ההיולי יעשה בהם מה שירצה בעת שירצה כאשר יעשה היוצר בחומר אשר אין לו צורה :. וכיונה בהעדר הצורת והחבור בחשך ותהו ובהו : ואחר כן חייב חפץ האלקים וחכמתו סבוב הגלגל העליון אשר יסוב פעם בכל עשרים וארבע שעות ויסבב עמו כל הגלגלים כשיחודשו בזה בההיולי הזאת אשר היא בחלל גלגל הירח שנויים כפי תנועות הגלגל ותחלתם חמום האויר הקרוב מגלגל הירח בעבור קורבתו ממקום ה התנועה :. ושב אש זכה והיא אצל הפילוסופים האש ה הטבעי אין לה מראה ולא שריפה אבל היא עצם זך דק קל קראו אותו הפילוסופים גלגל האש : ואחר כן גלגל האויר : ואחר כן גלגל המים ואחר כן כדור הארץ אשר היא ה המרכז כבדה ועבתה בעבור רחקה מן מקום התנוע' ואלה הארבע יסודות מהמזגם תהיינה ההויות :.

ג אמר הכוזרי ואני רואה אותם אצלם מתחדשות במקרה באמרם נקרה לאשר קרב מהגלגל מאד שיהיה אש ומה שרחק שיהיה ארץ :

ומה

tionis, cognomen eſſe hujus Materiæ, & *Spiritum Dei incubantem ſuperficiei Aquarum*, eſſe beneplacitum & voluntatem Dei, quæ fiant in omnibus & ſingulis Materiæ primæ partibus, in quibus operetur, quicquid, & quocunque tempore voluerit, ad inſtar Figuli operantis in Materia, quæ formam nullam habet; Privationem ſeu carentiam Formæ, indigitari per *Tenebras*, & Tóhu Vabóhu, Vaſtitatem & inanitatem. Poſtea Voluntatem & Sapientiam Divinam decreviſſe, ut Sphæra ſuprema circulariter moveretur, quæ ſingulis viginti quatuor horis abſolvit circulum ſuum, & ſecum defert omnes reliquas Sphæras, per quod in Materia iſta, quæ eſt in concavitate Lunæ, variæ oriantur mutationes, pro ratione motuum Sphæricorum, quarum (*mutationum*) prima, eſt Calefactio Aëris proximi à Sphæra Lunæ, qui, quia loco motûs eſt proximus, fit Ignis puriſſimus, qui, juxta Philoſophos, eſt Ignis naturalis, qui neque videtur, *vel*, neque lucet, (*vide More par. 2. cap.*30.) neque urit, ſed ſubſtantia eſt puriſſima, tenuiſſima, & leviſſima. Philoſophi eum vocant Orbem Ignis: Poſt hanc eſt Orbis *Aëris*; dehinc, Orbis *Aquæ*, tandem, Globus *Terræ*, quæ eſt Centrum, gravis & craſſa, ceu longiſſimè remota à loco Motûs. Et hæc ſunt quatuor Elementa, ex quorum mixtione fiunt generationes.

III. *Coſri*; Ego verò video, juxta Philoſophorum ſententiam (*Epicuri*), hæc omnia eſſe per accidens (*non ex Voluntate & Sapientia Divina, ut tu dicis*); dicunt enim; *Accidit ei, quod eſt Sphæræ proximum, ut fiat Ignis, & ei quod eſt remotiſſimum, ut ſit Terra: &*

quod intermedium, prout vel Sphæra ambienti eſt propius, vel Centro Terræ, ut ſit Aër & Aqua.

IV. *Judæus*; Attamen neceſſariò fateri coguntur Sapientiam (*in his latentem*), eò quòd Subſtantia una ab altera differt (*quòd ſubſtantiis hæc inter ſe differunt*). Non enim differt Subſtantia Ignis à Subſtantia Aëris, & Aëris ab Aquæ, & Aquæ à Terræ (*accidentaliter*) ſecundum magis & minus; ſed Formâ unicuique peculiari & ſpecificâ conſtitutum eſt, ut hoc ſit Ignis, alterum Aer, aliud Aqua, aliud Terra. Quod ſi aliter eſſet, poſſet quis dicere, totam plenitudinem Sphæræ (*quicquid ſub cœlo eſt*) eſſe Terram, cujus una pars ſit ſubtilior alterâ: Alius dicere poſſet, quicquid ſub cœlo eſt, eſſe Ignem, qui, quò magis deſcendit, magis craſſam habeat Igneitatem & frigiditatem. Atqui videmus, conjungi quidem aliquando Elementum unum cum altero, ſed tamen unumquodque ſervare ſuam formam & ſubſtantiam: videmus Aërem, Aquam, & Terram, in loco uno ſe mutuò contingentia, & tamen non aſſimilantur inter ſe invicem, donec unum in alterum mutetur per alias cauſas, mutantes ea: ut v. g. Aqua recipiat formam Aëris, & Aër formam Ignis; & tum demùm Elemento uni competit nomen Elementi alterius, ſubſtantiæque illorum dignoſcuntur è formis ſuis, præter Accidentia illorum (vel, *ſine accidentibus*), quod compulit Philoſophos, ut dixerint, eſſe illic Intellectum Agentem Divinum, largientem Formas illas, (*quatuor Elementis*) ſicut largitur Formas Plantarum & Animalium, quæ omnia conſtant ex quatuor Elementis: Neque Vitis pergulana dignoſcitur à Palma Accidentibus, ſed Formis, per quas

ומדה שיתמצע היראה כפי ה
הקורב' מן הגלגל המקיף או
מן המרכז אויר ומים׃

ז אמר החבר אבל ההכרח
יביאם להודות בחכמה בהפרד
עצם מעצם כי לא יפרד עצם
האש מעצם האויר והאויר מן
המים והמי' מהארץ במעט
וברב ובחזק ובחלש אך בצור'
מיוחדת לכל אחד הושם זה
אש וזה אויר וזה מים וזה ארץ
ואם איננו כן יש לאומר לומר
כי מלא הגלגל כלו ארץ קצתו
יותר דק מקצתו ולאחר ש
שיאמר אבל מלא הגלגל כלו
אש אך כל מה שירד היראה
יותר עב אשיותו ויותר קר ו
ואנחנו רואי' פגישת יסוד
ביסוד וכל אחד מהם שומר
צורתו ועצמותו נראה האויר
והמים והארץ במקום אחד
נוגעים זה בזה ואינם מתדמים
עד שישתנה קצתם אל קצתם
בסבות אחרו' משנות אותם
ויקבלו המים צורת האויר
והאויר צורת האש ואז יהיה
ראוי היסוד לשם חבירו ויהיו
העצמים נכרים בצורתם
מלבד מקריהם והביא זה
הפילוסופים לאמר כי שם
שכל פועל אלקי נותן הצורות
האלה כאשר הוא נותן צורות
הצמחים והחיים והם כלם
מהארבע יסודות ואין הדלית
נכרת מן הדקל במקרים אבל

בצורות שמו זאת זולת עצם זאת אך יפרד במקרים דלית מדלית ודקל מדקל שתהיה על הדמיון זאת שחורה וזאת לבנה וזאת יותר מתוקה וזאת יותר ארוכה וזאת יותר קצרה ויותר עבה ויותר דקה וזולת זה מן המקרים ואין בצורות העצמיות רב ומעט כי אין כסים פחותת סוסית מאחר ולא אנוש יותר אנושיות מאחר כי גדרי הסוסיות והאנושיות לכל אישיהם מגיעים ׃ והפילוסופים הודו על כרחם כי אלו הצורות נותן אותם ענין אלקיי וקוראי׳ אותו משכיל נותן הצורות ׃

אמר הכוזרי זאת היא האמונה כאשר יכריחנו הכרח השכל להודות בכזה ומה הוצרכו לומר במקרה ולמה לא נאמר כי אשר שם זה סוס וזה אנוש בחכמה אשר לא נשיג אנחנו הפרדתה הוא אשר שם האש אש והארץ ארץ לחכמה אשר ראה אותה יתברך לא במקרה מקרבת הגלגל או ממרחקו ׃

אמר החבר וזאת היא הטענ׳ התוריה ומופתה בני ישרא׳ אשר הופך להם מן עיני העצמים מה שהופך ומה שנברא להם מן ההויות וכאשר יסתלק המופת הזה ישתוה עמך הטוען עליך בדלת על דרך הדמיון כי צמחה במה שקרה שיפול במקום ההוא

quas Unum ſubſtantiam aliam habet quàm alterum: Accidentibus autem differt Vitis una ab altera, & Palma una ab altera, dum una eſt Nigra, altera Alba, una alterâ magis dulcis, vel procerior, vel brevior, vel craſſior, vel tenuior ſeu exilior, & aliis ſimilibus accidentibus differunt. In Formis autem Subſtantialibus non datur Magis & Minus: Equus enim unus non habet minorem Equeitatem quam alius, neque Homo unus magis habet humanitatem, quàm alius. Definitio enim Equeitatis & humanitatis, omnibus eorum ſingularibus vel individuis æqualiter competit. Et Philoſophi coguntur fateri, has formas dari à re aliqua Divina, quam vocant *Intelligentem Datorem formarum*.

V. *Coſri*; Hæc revera Fides dici meretur, quando nos etiam Intellectus cogit aliquid hac ratione fateri. Quid verò nos adigit, ut dicamus, per accidens? Cur non potiùs dicemus, qui hoc poſuit Equum, hoc Hominem, *per Sapientiam* nobis incomprehenſibilem; idem ille eſt qui Ignem conſtituit Ignem, Terram Terram, per Sapientiam Divinam, non per Accidens propioris vel longioris diſtantiæ à Sphæra?

VI. *Judæus*; Hæc eſt Ratio vel Argumentatio Legalis (*& vera*), cujus demonſtrationem ſuppeditant filii Iſraël, quibus (vel, *in quorum gratiam*) ſubſtantiarum formæ ſunt mutatæ; quædam per converſionem in alias, (*veluti Virga in ſerpentem, Aqua in ſanguinem, &c.*) quædam etiam de novo creatæ; (*veluti Tabula, Manna &c. vide par.* 1. §. 83. 89. 91.). Sublatâ hac demonſtratione, æquè firma erit tibi ratiocinatio ejus, qui contra te argumentabitur, & dicet ex. gr. de Vite, quòd ideò progerminaverit,

quia acciderit, ut in locum illum caderet ſemen Uvarum: Formam autem ſeminis eſſe ab accidentali aliqua qualitate Motûs circularis Sphæræ, per quam Elementa commiſceantur & temperamentum illud accipiant, quod conſpicitur.

VII. *Coſri*; Ego verò cum tali agerem de Sphæra ſuprema ipſa, quidnam ſit quod illam moveat! & an Res illa ſit per accidens, necne! Deinde loquerer cũ ipſo de qualitatibus vel virtutibus illis ſphæricis, quę ſunt infinitæ; cùm nos videamus Formas Plantarum & Animalium eſſe finitas, quibus neque aliquid poſſit addi neque detrahi (*juxta id quod ſuprà dixit ſub finem §. 4.*). Neceſſariò autem cum innovationibus illis (vel, *cum novis illis Orbium, & variorum eorum motuum, diſpoſitionibus*), novæ quoque ſubinde oriri deberent formæ (*ſubſtantiales*) deletis aliis. (*videatur de hoc liber* חובת הלבבות *in* היחוד, *cap. 6.*).

VIII. *Judaus*; Hæc eſt Ratio; inprimis cùm etiam apprehendimus aliquâ ratione Sapientiam in multis illorum latentem (*ut Plantis & Animalibus*) & eorum Uſum, quemadmodum in libro de Uſu Animalium Ariſtotelis, & in libro de Uſu membrorum Galeni, atque aliis, multa admiranda hujus Sapientiæ explicantur. Sic palàm conſtat de Beſtiis terræ habitabilis (*domeſticis*), veluti Ovibus, Bobus, Equis, & Aſinis, quòd ſint pro neceſſitate hominis. Nihil enim commodi ab eis rediret ſi forent ſylveſtres, ſed in terra habitabili pro uſu hominum. Et quicquid indigitat & deſignat David Pſalmo 104. quando ait; *Quàm magna ſunt opera tua, Domine!* v. 24. facit ad refutanda argumenta Epicuri Græci, qui ſtatuit, Mundum eſſe per Accidens.

זרע הענבים וצורת הזרע היתה
במה שנקרה מסבוב הגלגל
ערך מן הערכי' נמזגו בו ה
היסודות מזג בא ממנו מה
שאתה רואה :

ז אמר הכוזרי ואני אדבר
עמו על הגלגל העליון עצמו
מה הוא שיגלגלהו ההיה
הדבר ההוא במקרה אם לא
ואחר כן אדבר עמו בערכים
ההם הגלגליים והם עד אין
תכלית מרוב ואנחנו רואים
צורות הצמחים והחיים יש
להם תכלית עליהם אין
להוסיף ומהם אין לגרוע והיה
ראוי שתתחדשנה עם חדוש
הערכים צורות ותמחנה
אחרות :

ח אמר החבר היא ה
הטענה כל שכן עם השגתנו
מהחכמה בהרבה מהם ומה
הצורך אליהם כאשר התבאר
בספר תועלות מיני החיים
לאריסטו ולגאלינוס וזולתם
מפלאי החכמ' וכן יתבאר ב
בבהמות היישוב בצאן והבקר
והסוסים והחמורים שהם
בעבור צורך האדם אליהם
כי אין התקנה בהם שיהיו
מדבריות אבל בישוב לתועלת
בני אדם וכל מה שרמז לו
דוד ע"ה באמרו כה רבו מעשיך
ה' לדחות טענות אפיקורוס
היוני אשר היה רואה כי העולם
היה במקרה :

IX. *Coſri*;

ט אמר הכוזרי אף על פי שיצאת מענינו מעט באר לי כונת המזמור הזה ׃

י אמר החבר הוא הולך על דרך מעש׳ בראשית ה התחיל עוטה אור כשלמ׳ רומז אל מאמרו יהי אור ׃ נ נוטה שמים כיריעה רומז אל יהי רקיע ׃ המקרה במים רומז אל המים אשר מעל לרקיע ׃ ואחר כן מה שיקרה באויר מהעננים והרוחות והאשים והברקים והזועות ושהם כלם ברשיון כמו שאמר כי בם ידין עמים והליץ בעדם כלם השם עבים רכבו המהלך על כנפי רוח עושה מלאכיו רוחו׳ ר״ל ששולחם אל מקום שירצה ובמה שירצה וכל זה תלוי ברקיע ׃ ואחר כן ה הועתק אל יקוו המים ותרא׳ היבשה כאמרו יסד ארץ על מכוניה ושהמי׳ בטבעם מקיפים ממעל לארץ ויכסוה כלה כלבוש עמקים והרים כמו שאמר תהום בלבוש כסיתו על הרים יעמדו מים ׃ אבל היכלת והחכמה הוציאה אותם מהטבע ההוא והכניסם אל העמקים מקום הימים עד שיהיה לשם מקום גדול החיים והראו׳ החכמה ואמר מ מנערתך ינוסון ׃ כנוי הכנסם

IX. *Coſri*; Etiamſi hoc nonnihil exorbitet à propoſito noſtro, tamen velim ut mihi explices mentem & intentionem illius Pſalmi!

X. *Judæus*; Pſalmus ille ſequitur ordinem hiſtoriæ Creationis: (*Sic docet Aben Eſra, quem confer cum noſtro Authore*).

Incipit (*à Luce prima*) v. 2. dicens: *Operiens ſe lumine, tanquam veſtimento*; quo innuitur ad; *Eſto Lux*.

Ibid. Qui *extendit Cœlum veluti Cortinam*; reſpondet τῷ; *Eſto expanſum*. ℣. 3. *Qui contignat in aquis*, reſpicit ad *Aquas quæ ſuper expanſum*. (*vide par. 4. §. 25.*).

Deinde progreditur ad ea, quæ ſunt in *Aëre*, veluti ſunt; Nubes, Venti, Ignes, Fulgura, Terræmotus; & explicat, quòd hæc omnia ſint vel fiant ſecundum Voluntatem Dei, ſicut Job ait; *Quia per ea judicat populos*, cap. 36. ℣. 31. Eleganter de his omnibus dicit David; *Qui ponit nubes currum ſuum, qui ambulat ſuper alas venti, qui facit Angelos ſuos ventos*, ℣. 3. 4. h. e. qui mittit eos quocunque vult, & ad quodcunque vult. Omnia hæc dependent ab Expanſo.

Dehinc tranſit ad; *Congregentur aquæ, & appareat arida*, dum ait; *Fundavit terram ſuper baſes ſuas*, ℣. 5. & porrò docet, quod Aquæ naturâ ſuâ ambiverint terram, eamq; totam texerint, quaſi veſtimentum, tam profundas valles, quàm montes, inquiens; *Voragine tanquam veſtimento operuiſti eam, ſuper montes ſteterunt aquæ*, ℣. 6; verùm Potentia & Sapientia (*Divina*) eas à natura illa ſua eduxerit, & ingredi fecerit (*incluſerit q.*) in Valles, locum ſc. Marium, ut (*in arida ſcilicet*) eſſet locus pro educatione animalium, & manifeſtaretur Sapientia (*Divina*) ſicut ait, *Ab increpatione tua fugerunt*, quod referendum ad

illorum immiſsionem in Maria & loca ſubterreſtria: Hoc innuit etiam David dum ait Pſal. 136. 6. *Eum qui extendit terram ſuper aquas*; quamvis in ſpeciem videtur repugnare ei quod hic dicit; Voragine tanquam veſtimento *operuiſti eam*; Verùm *hoc* loquitur de Natura aquarum; (*in prima earum creatione*) illud verò de Potentia & Sapientiâ Divina, (*quâ eas à terra ſeparavit, & in certum locum incluſit*) ſicut ait, *Terminum poſuiſti eis, quem non tranſibunt*. Et in his omnibus ratio fuit habita Utilitatis animalium. Quemadmodum ſcilicet homo ſuâ ſolertiâ & arte compellit aquas in excipulas, & alia ſimilia, ut accipiat inde aquas pro neceſsitate ſua ad molas, vel aqualiculos aut aquæductus (*in agris*) & alia: ſic idem hîc indigitat David dicendo; *Qui emittis fontes in convalles, ut potum præbeant omnibus beſtiis agreſtibus*, ℣. 10. 11. quando ſc. beſtias creaturus eſſes; *& juxta eas volucres habitent*; quando ſc. volucres creaturus eſſes.

Poſthæc progreditur ad; *Herbaſcat terra*, dum ait; *Qui irrigat montes de ſuperioribus ſuis*, vel, *de cænaculis ſuis*, ℣. 13. quod refertur ad illud; *Et vapor aſcendebat è terra*; ad uſum ſc. & utilitatem hominis & ſementis ejus, ſicut ait; *Qui germinare facit gramen pro jumentis*; ne ſc. homines contemnant gramen, quia ejus uſus ſit pro Beſtiis terræ habitabilis, quales ſunt Boves, Oves, Equi, Aſini, & alia, de quibus loquitur, dum addit; לַעֲבֹדַת הָאָדָם *Ad ſervitutem hominis*, h.e. עֲבוֹדַת הָאֲדָמָה *ad Agriculturam*, ut homo eorum operâ uti poſſit ad colendum terram, & cor è terra naſcentium (*h.e. ſelectiſsimas & præſtantiſsimas plantas ejus*) elicere & retinere pro ſe ipſo, ſicut ait; *Ad educendum panem e terra*, ℣. 14. cui ſimile eſt id quod Moſes dicit; *Ecce dedi vobis omnem*

אל הימים ותחת הארץ ולזה
רמז באמרו לרוקע הארץ על
המים כי הוא בנראה כנגד
אמרו תהום כלבוש כסיתו וזה
כפי טבע המים והמאמר ההוא
כפי היכולת והחכמה וכמו
שאמ' גבול שמת בל יעבורון ז
וכל זה מכוון לתועלת החיים
כאשר יראה האדם ב
בתחבולותיו ומלאכותיו רוב
מימי הנהרות בסכרים וזולתם
לקחת מן המים כפי צרכו לבית
הריחים או לתעלה וזולת זה כן
רמז הנה באמרו המשלח מ
מעינים בנחלים כדי שישקו
כל חיתו שדי כאשר תברא
החיה ויהיה עליהם עוף השמים
ישכון כאשר יברא העוף ו
ואחר נעתק אל תדשא הארץ
באמרו משקה הרים מעליותיו
כנוי לואיד יעלה מן הארץ
לתועלות בני אדם וזרעו כמו
שאמר מצמיח חציר לבהמה
שלא יבזו החציר כי הוא
מתועלות בהמות הישוב בקר
וצאן וסוסים וחמורי' וזולתם
כנה בעדם בעבודת האדם
רוצה לומר עבודת האדמה
לעבוד בהם ויוציא לב הצמח
לעצמו כאשר אמר להוציא
לחם מן הארץ דומה לאמרו
הנה נתתי לכם את כל עשב

זורע זרע רוצה לומר שהלב לאדם והקליפות לשאר החיים כמו שאמר ולכל חית הארץ ולכל עוף השמים וזכר המזונים השלשה אשר יוצאו בעבודת האדמה והם דגן תירוש ויצהר וכלם לחם : ואחר כן זכר תועלותם ואמר יין ישמח לבב אנוש : ואחר כן שמן ל להצהיל פנים משמן והלחם אשר הוא הלחם הידוע מיוחד לבב אנוש יסעד ואחר כן חזר אל תועלת ירידת המטר לאילנים שאמר ישבעו עצי ה' ארזי לבנון אשר נטע ותועלת האילנים הגבוהים למין מן החיים כמו שאמר אשר שם צפרים יקננו כאשר ההרים הגבוהים תועלת למין אחד מן החיים כמו שאמר הרים הגבוהים ליעלים : והסלעים תועלת למין אחד מן החיים כמו שאמר סלעים מחסה לשפנים והכל נכלל בזכר נ היבשה : ואחר כן נעתק אל יהי מאורות באמרו עשה ירח למועדים וזכר תועלת הלילה ושהוא בכונה מאצלו ולא במקרה ולא תהו במעשיהו ולא במקרים התלויים במעשהו כי הלילה הוא זמן העדר השמש אבל הוא עם זה מכוון לתועלות כמו שאמר תשת חשך ויהי לילה ומה שסמוך לו מן המאמר בזכרון החיות

omnem herbam ſementantem ſemen &c. Gen. 1. verſu 29. vult dicere, Cor (*medullam, nucleum, grana*) eſſe pro homine, Cortices, pro cæteris Animantibus, ſicut dicit ver. ſeq. 30. At omni beſtiæ terræ, cunctis volucribus Cœli &c. Meminit etiam (David *in ſpecie*) trium alimentorum, quæ educuntur è terra per Agriculturam, nempe, *Frumenti, Muſti, & Olei*, quæ omnia veniunt nomine *Panis* in genere; & ſimul etiam utilitatis eorum dum ait; *Vinum lætificat cor hominis*, ℣. 15. *Oleum inſervit ad nitidam reddendam faciem*, ibid. *Panis*, in ſpecie & propriè ſic dictus, *Cor hominis fulcit & ſuſtentat*. Ab his tranſit ad oſtendendum uſum deſcensûs Pluviarum pro Arboribus, dum ait; *Saturantur arbores excelſæ, cedri Libani, quas plantavit*, v. 16. Utilitatem item Arborum procerarum pro certis animantium ſpeciebus, ſicut ait; *In quibus paſſeres nidificant*; quemadmodum montes excelſi utiles ſunt ſpeciei alii, ſicut dicit; *Montes excelſi pro rupicapris*; & Petræ, pro ſpecie animantium alia, ſicut ait; *Petra hoſpitium leporibus*, vel, *cuniculis*. Omnia hæc (*quorum hactenus facta eſt mentio*) comprehenduntur (*in hiſtoria Creationis Moſaica*) ſub *Arida*. Genes. 1. 9.

Hinc porrò confert ſe (*David*) ad; *Sint luminaria*, dum ait; *Fecit Lunam in certa tempora*. Meminit utilitatis Noctis, quòd nimirùm illa ſit certo fine à Deo facta, non per accidens, quia nihil eſt inane & fruſtraneum, vel in ejus operibus, vel in accidentibus, operibus illis inhærentibus. Nox enim equidem eſt privatio Solis, ſed ſimul etiam ſuas habet utilitates & uſus, ſicut ait; *Ponis* (certo nimirum fine & uſu) *Tenebras & eſt Nox*, ℣. 20. Quò etiam referendum,

המזיקות

quod mox ſubjungit de Animalibus homini noxiis, quæ noctu diſcurrunt & obambulant, interdiu autem ſe in antra ſua recipiunt, & in habitaculis ſuis accubant, ℣.20.21.22. contrà quàm ſolent homines, & animalia manſueta, quæ inter homines educantur, ſicut ait; *Tunc* (cùm ſc. Sol oritur) *egreditur homo ad opus ſuum, & ad culturam ſuam uſq; ad veſperam.* Sic occaſione mentionis *Fluminum* ℣. 10. &c. & *Luminarium* ℣. 19. & ſeqq. delapſus fuit ad explicandam rationem animantium terreſtrium omnium, & ſimul quoque Hominis.

Nihil itaque ſupererat, niſi ut mentionem quoque faceret Aquatilium, quorum rationes magna ex parte nobis ſunt ignotæ, & Sapientia in illis latens nobis non eſt ita manifeſta & revelata, ſicut alterorum. Itaq; mentioni illorum, quorum Sapientia nobis eſt cognita & manifeſta; ſubjungit Laudationem, dicendo; *Quàm multiplicata ſunt opera tua Domine, omnia in Sapientia feciſti, &c.* ℣.24. Et poſt eam progreditur ad Mare & illa quæ in eo ſunt commemoranda, quibus ſubjungit; *Sit, vel erit, gloria Domini in ſeculum, Lætetur Dominus in operibus ſuis* ℣.31. quod reſpondet ei quod in Hiſtoria Creationis dicitur; Et vidit Deus omnia quæ fecit, & ecce bona erant valdè, Gen.1.31. Quod ad diem Sabbathi attinet, de eo dicitur; Et *quievit* (Deus die 7. ab omni opere ſuo) *& benedixit diei ſeptimo*, & ſanctificavit eũ, Gen.2..2.3. quia in eo perfecta fuerunt Opera naturalia, facta in tempore (*ſex dierum creationis*), & (*in eo*, pertingere fecit hominem (*pridiè, ſexto ſc. die creatum*), ad gradum & dignitatem Angelorum, qui non opus habent nec utuntur facultatibus naturalibus, quia ſunt Intelligentiæ, quæ ad opera ſua non indigent tempore, ſicuti nos quoque videmus, Intellectum unico momento (*ſine Menſura & motu temporis*) concipere

המזיקות לאדם והליכתם
בלילה והאספם בי׳ והאדם
והחיות הרגילות עם אדם
בהפך זה כאשר אמר יצא אדם
לפעלו ולעבודתו וגו׳ : הנה
כבר נגדרו לו החיים הארציים
כלם בזכר הנהרות ואחר כן
בזכר המאורות ונגדר עמהם
זכר האדם ולא נשאר לו אלא
זכר החיים אשר במים ורוב
ענייניהם אינם ידועי׳ והחכמה
בהם איננה נגלית לנו
כהגלותה באלו ושבח על זכרון
אלה אשר החכמה בהם נגלית
באמרו מה רבו מעשיך ה׳
ואחר כן חזר אל זכר הים ומה
שיש בו וסמך לו אמרו יהי
כבוד יי׳ לעולם ישמח ה׳ ב
במעשיו כנוי לאמרו וירא
אלקים את כל אשר עשה והנה
טוב מאד ואמר על יום השביעי
וישבות ויברך ויקדש בעבור
שנשלמו המעשים הטבעיים
אשר ישלמו בזמן והגיע האדם
אל מעלת המלאכים אשר
אינם צריכים לכחות הטבעיים
מפני שהם שכלים אינם
צריכים בפעליהם אל זמן כאש׳
אנחנו רואים השכל יצייר
ברגע אחד השמי׳ והארץ ו

והוא עולם המלאכו' ועולם
המנוחה כאשר תדבק הנפש
בו תנוח ועל כן נאמר בשבת
שהוא מעין העולם הבא :
ועתה נשוב אל דברינו על דעת
אנשי ההקשה כי היסודות
כאשר ימזגו מזגים מתחלפים
כפי התחלף המקומות ו
והאוירים והערכים הגלגים
יהיו ראוים לצורות מתחלפות
מאצל נותן הצורות והיה לכל
המוצאים מה שיש להם
מכחות וטבעים המיוחדים להם
ולקצתם דעות במוצאים
שכחותם וטבעיהם מזגיים
בלבד אינם צריכים אל צורות
אלהיות ושהצורות אינם
צריכות כי אם לצמחים ולחיים
אשר תיוחס הנפש אליהם
וכאשר נמזגו מזג יותר דק היו
ראוים לצורה יותר נכבדת
תראה בה מחכמה האלקית
יותר והיא הצמח אשר לו קצת
הרגש והשגה וניזון מן הארץ
הטובה הלחה והמים המתוקים
ונמנע מהפך זה ויגדל עד אשר
יוליד כמוהו ויעשה זרע אז
יעמוד מעשהו ויבקש הזרע ה
ההוא כמו המעשה ההוא
לחכמה הנפלאה התקועה
בו הנקראת אצלם טבע והוא
כח משתדל בשמירת המין
בעבור שלא היה אפשר ל
להשאר האיש ההוא בעצמו

concipere Cœlum & Terram. Ethic *(hæc quies Sabbathina & intellectûs exercitatio ac operatio)* eſt *Mundus Angelicus & Mundus quietis* (ab operibus corporalibus, ut Intellectus in eo perficiatur) cui dum adhæret anima, quieſcit. Ideò dicitur de Sabbatho, quòd ſit ſpecimen & Typus ſeculi futuri.

Sed nunc revertemur ad inſtitutum noſtrum, de ſententia eorum, qui ratiocinationibus meris nituntur; Elementa, ajunt, quando, pro varietate Locorum, Aërum, & conſtellationum, variè inter ſe permiſcentur, apta fiunt ad formas diverſas à Formarum datore. Et hinc omnia Mineralia ſeu foſſilia ſuas peculiares habent virtutes & Naturas peculiares & proprias. Quidam tamen illorum ſentiunt, Virtutes & Naturas Metallorum eſſe tantùm mixtas *(ex Elementorum mixtione)*, neque opus habere Formis Divinis; Formas quippe non eſſe neceſſarias, niſi Plantis & Animantibus, quibus Anima attribuitur. Et cùm miſcentur *(Elementa)* mixtione ſubtiliore, capacia fieri Formæ nobilioris, in qua magis ſit conſpicua Sapientia Divina; Ex his eſſe Plantas, quibus aliquis eſt ſenſus & apprehenſio, dum nutrimentum accipiunt è Terra bona & humida, & Aquis dulcibus, à contrariis verò detrimentum accipiunt; quæque creſcunt, donec generant ſibi ſimile, & ſemen producunt: & tùm ſubſiſtit opus eorum *(ſubſiſtunt, quia ubi huc pervenerunt ut ſemen proferant, ſummum perfectionis ſuæ gradum obtinuerunt)*: & hoc Semen quærit iterum ſimile opus producere per Sapientiam admirandam ei inditam, quæ apud eos *(Philoſophos)* vocatur *Natura*, & eſt Vis occupata in conſervatione ſpeciei, quia non fuiſſet poſſibile, ut indi-

viduum illud per ſe perpetuò conſervaretur; compoſitum quippe ex rebus diverſis (*iiſq; contrariis*). Et cuicunq; inſunt virtutes iſtæ creſcendi, ſimile ſibi generandi, & nutrimentum accipiendi, non movetur motu locali, ſed ducitur eò à Natura, ut Philoſophi loquuntur, vel potiùs, ut revera eſt, à Deo Benedicto, per occultam aliquam rationem & diſpoſitionem, quam tu, ſi placet, appellabis vel Naturam, vel Animam, vel Vim & Virtutem.

Cùm adhuc ſubtilior eſt illa Elementorum mixtio, & magis diſpoſita ut in ea Sapientia divina eluceſcat, digna quoque fit acceſſione formæ, præter potentias naturales, ita ut conſequatur alimenta ſua de longinquo, omniaque membra ejus ſint ligata q. & conſtricta, ut non moveantur, niſi voluntate ejus, majusque dominium habeat in partes ſuas, quàm Plantæ, quæ non poſſunt ſe abſcondere & ſubducere ab eo quod nocet ipſis, neque perſequi id quod ipſis eſt utile; ſed à vento pro lubitu hinc inde circumferuntur; Hinc ajunt fieri animalia, cum membris moventibus ſe in loco, (*quæ locali motu moventur*). Forma iſta ulterior vel excellentior eis indita præter Naturam, vocatur *Anima*. Magna autem eſt differentia inter Animas; prout ſc. prædominantur quatuor naturalia (h. e. *quatuor Elementa, cum quatuor ſuis proprietatibus*) & pro Intentione varia Creatoris ſapientiſſimi circa ſingula animantia ad neceſſitatem totius mundi; etiamſi multorum uſum & utilitatem non ſciamus. Quemadmodum ſc. nos Inſtrumentorum Nauticorum (*omnium & ſingulorum utilitates*) ignoramus, & exiſtimamus, illa nullius eſſe neceſſitatis vel uſus; illas

שהוא מורכב מדברים מ
משתנים ׃ והיה כל אשר
לו הכחות האלה לגדול
ולהולדה וקבול המזון לא
ינוע התנועה המקומית הוא
אשר ינהיגהו הטבע על דברי
הפילוסופים ועל האמת
שהבורא יתברך ינהיגם ב
בתכונה מהתכונות ׃ קרא
אותה התכונה ההיא אם
תחפוץ טבע או נפש או כח ׃
וכאשר דק המזג יותר ונזדמן
להראות בו החכמה האלקית
יותר היה ראוי לתוספת צורה
זולתי הכחות הטבעיים עד
שיגיע אל מזונותיו מרחוק
ויהיו כל אבריו קשורים לא
ינועו כי אם בחפצו ויהיה יותר
מושל בחלקיו מן הצמח אשר
לא יוכל להסתר ממה שיזיקהו
ולא לרוץ למה שיועילהו
והרוח משחקת בו והיה החי
בעד האיברים המניעים במקום
נקראת הצורה הנתונה לו
יתירה על הטבע נפש והשתנו
הנפשות שנוי גדול כפי ה
התגבר הטבעים הארבע עם
כוון החכם יתברך לכל
חי וחי לצורך כל העולם אליו
אף על פי שאין אנו יודעים מה
התועלת ברובם כאשר לא נדע
כלי הספינה ונחשבם ללא
צורך וידעם בעל הספינה
ועושיה וכאשר לא נדע
תועלות הרבה מאברינו

ועצמינו' אלו היו מפורדים
לפנינו לא היינו יודעים ת
תועלות כל עצם ועצם וכל
אבר ואבר אף על פי שאנחנו
משתמשים בהם ובחר לנו
כי אם היינו חסרי' אחד מהם
יהיו מעשינו חסרים ונצטרך
אליו : וכן כל חלקי העולם
ידועים וספורי' אצל בוראם
עליו אין להוסיף וממנו אין
לגרוע והיה מן הדין שתהיינה
הנפשות שונות זו מזו והיה
בדין שיהיו כלי כל נפש ראוים
לה וינתן לאריה כלי הטרף
בשנים והצפרנים עם הגבורה :
וינתן לאיל כלי המנוסה ע
עם המורך וכל נפש תכסוף
להשתמש בכחותיה כאשר
הוכנו לה ולא נשתוו הטבעים
במאומה מן החי הבהמי ו
ואיננו נכסף לקבול צורה
יתירה על הנפש החיונית אבל
נשתוו באדם ונכספו לצורה
יתירה ואין כילות אצל הענין
האלקי ואצל עליו צורה יתירה
נקראת השכל ההיולני הנפעל
ובני אדם גם כן שונים זה מזה
כי רובם טבעיהם נוטים ויטה
שכלם עם הנטייה ההיא אם
יטה עם המרה האדומה עמ
המהירו' והקלות ואם יטה עם

illas tamen Nauclerus & Navicularius novit & intelligit: quemadmodum item neſcimus uſum multorum noſtrorum membrorum & oſſium, & ſi diſperſa coram nobis jacérent, omnium & ſingulorum oſſium & membrorum utilitatem non noſſemus, quamvis illis utamur, & ſciamus, ſi vel uno illorum deſtituti eſſemus, nos ad actiones noſtras obeundas mancos & mutilos fore, eoque opus habere: ſic omnes & ſingulæ partes hujus mundi notæ & in numerato ſunt apud Creatorem, illique nihil poteſt vel addi, vel detrahi. Porrò autem æquum cenſuit (*Sapientia Divina ad mundi neceſſitatem*) ut animæ eſſent inter ſe diverſæ, & organa cuique animæ eſſent convenientia; & Ex. gr. Leoni darentur inſtrumenta ſeu organa rapacia, Dentes nimirum & Ungues cum fortitudine; Cervo, organum fugiendi, cum mollitie animi: Quæque etiam Anima appetit uti facultatibus ſuis, prout ei ſunt conceſſæ, neque in quoquam differunt naturæ in Animantibus brutis (*quia nullum eſt quod ultra Animam ſenſitivam, ceu formam ipſis propriam, aliquid ulterius & excellentius habeat*); imò ne appetunt quidem formam ulteriorem ſupra animam viventem, h. e. ſenſitivam: Aliter verò eſt de Hominibus, qui appetunt formam ulteriorem: neque etiam Res Divina avara vel parca hac in re eſt erga eos, ſed infundit eis Formam ulteriorem & excellentiorem, quæ vocatur *Intellectus Materialis paſſivus.* Quin & inter homines ipſos magna hac in parte deprehenditur differentia: plerumque enim naturæ declinant (*à mediocritate, ad alterutrum extremum*) & unà cum illis (*naturis, temperamentis*) declinat quoque Intellectus. Si declinet cum Bile flava (*cholerâ*; h. e. *ſi bilis flava apud ipſum in exceſſu peccet*);

Intellectus ejus eſt velox & præceps; Si bilis atra; erit tardus & cunctator: Mores enim (*animi*) ſequuntur temperamentum (*corporis*); adeò ut, ſi quis homo exiſtat temperamenti æqualis, utraque morum ſeu virtutum contraria (*exceſſus & defectus*) ſint in poteſtate ejus inſtar duarum lancium bilancis æqualiter conſiſtentium in manu ponderantis, qui eas additis vel demtis ponderibus, inclinat quocunque vult: hujusmodi etiam hominis Cor ſine dubio vacuum eſt à cupiditatibus nimiis, & gradum appetet ſuo ſuperiorem, qui eſt Gradus Divinus: conſiderabit inſuper talis, quid ſibi ſit faciendum, in vehementioribus ſuis naturis & motibus (*h.e. Facultatibus corporis ſeu temperamenti, & affectibus animi*), neque morem geret voluntati facultatis Iraſcibilis vel concupiſcibilis, vel aliarum: ſed conſultò aget, & petet à Deo, ut ipſum docére velit viam rectam: Et hic eſt ſuper quem Deus effundit Spiritum Propheticum, ſi Prophetiæ capax ſit; vel Spiritum Doctrinæ & Eruditionis (vel *Spiritum διδακτικὸν*), ſi gradus ejus ſit inferior, ut fiat Sanctus, non Propheta. Non eſt enim avaritia vel parſimonia apud Deum, ſed dat unicuique quod ei competit. Philoſophi vocant Datorem hujus gradus, *Intellectum agentem*, & faciunt ex eo *Angelum, in proximo gradu poſt Deum: (conf. par. 1. §. 1. & par. 4. §. 25. & R. Levi ben Gerſon in* ספר מלחמות *par. 1. cap. 5. & par. 3. cap. 13.*) & cùm Intellectus hominum ei adhærent (vel conjunguntur cum eo) hic eſt Paradiſus, & Vita æterna ipſorum (*Philoſophorum*).

המרה השחורה עמו המתון והיישוב : והמדות הולכות אחרי המזג עד אם ימצא אדם שוה הטבעים והפכי המדו' אצלו ברשותו כמו שתי כפורת המאזני' הישרי' ביד השוקל יטה אותם אל אשר ירצה בתוספת האבנים וחסרונם : והאדם ההוא בלי ספק לבו ריק מן התאוות המופלגות וכוסף אל מדרגה למעלה ממדרגתו והיא ה המדרגה האלקית והוא עומד ומחשב במה שראוי לו לעשות בהגברת טבעיו ומדותיו ואיננו נותן לכח הכעס רצונו ולא לכח התאוה רצונו ולא לזולתם אבל הוא נועץ ו ומבקש מאלקיו שיורהו הדרך הישרה וזה הוא אשר יאצל עליו רוח אלקי נבואי אם יהיה ראוי לנבואה : או למודי אם מדרגתו למטה מזאת ויהיה חסיד לא נביא שאין כילות לפניו יתברך אבל הוא נותן לכל דבר מה שראוי לו : והפילוסופים קוראים נותן המדרג' הזאת השכל הפועל וישימוהו מלאך אחרי האלקי' וכאשר שכלי בני אדם נדבקים בו הוא גם גן עדנם והתמדתם הנצחית :

יא אמר הכוזרי רצוני ש שתפרש לי הכלל הזה על דרך קצרה :

XI. *Coſri*; Velim, ut hæc generalia mihi breviter pauló ſpecialiùs declares & explices.

XII. *Judæus*;

אמר החבר יתבאר מ כי
מציאות הנפש בתנועות
וההרגש לחיים שונות מן
התנועות היסודיות ונקראת
סבתם נפש או כח נפשי
ויתחלקו הכחות הנפשיות אל
שלשה חלקי' והם מה
שישותף בו החי עם הצמח
והוא הכח הצמח ומה ש
שהשתתף בו האדם עם שאר
החיים והוא הכח החיוני :
ומה שנתייחד בו האדם ויקרא
כח הדברי ויתבאר עני' הנפש
הכללית הסתיית בבחינת
הפעולות שהם מחכת הצורות
המגיעות בחמר לא מחמת
החומר מצד שהוא חומר כי
הסכין לא יחתוך מצד שהוא
גוף אבל מצד שיש לו צורת
הסכין וכן החי לא ירגיש וינוע
מצד שהוא גוף אך מצד שהוא
לו צורת החיות והיא הנקראת
נפש : ונקראו אלו הצורות
שלמות כי בהם ישלמו
תכונות הדברים והנפש
שלמות ויש שלמות ראשון
ושלמות שני הנה הראשון היא
התחלה לפעולות והשני
עצמות הפעולות היוצאות
מההתחלה : והנפש שלמות
ראשון כי הוא התחלה ליוצא
מההתחלה : והשלמות אם
שלמות לגשם ואם שלמות
לעצם אינו גשם והנפש
שלמות לגשם והגשם אם
טבעי ואם מלאכותי והנפש
שלמות

XII. *Judæus*; Animæ exiſtentia pateſcit ex Motibus, ut & ex Senſu Animatorum; qui differunt à motibus elementaribus. Cauſa horum (*Motuum*) vocatur *Anima*, aut *Facultas animalis*. Dividuntur autem Facultates animæ in tres partes. *Una* eſt, in qua communicat animal cum Planta: & hæc eſt *Facultas vegetativa*. *Altera* eſt, in qua communicant Homo & cætera Animantia: & hæc eſt *Facultas Senſitiva*: *Tertia* eſt, quę propria eſt Hominis, & vocatur *Anima Rationalis*. Hæc Animæ univerſaliter & in genere conſideratæ ratio, elucet ex operationibus, quæ proveniunt à Formis materiæ non à Materia, quatenus eſt Materia: Culter enim (ex. gr.) non ſcindit quatenus eſt Corpus, ſed quatenus habet Formam cultri: ſic Animal non ſentit & movetur, quatenus eſt Corpus, ſed quatenus habet Formam Animalitatis, quæ vocatur Anima.

Iſtæ Formæ vocantur *Perfectiones*, quia per illas perficiuntur Res: & Anima eſt Perfectio (Ἐντελέχεια).

Eſt verò Perfectio duplex, *Prima*, & *Secunda*. *Perfectio prima*, eſt principium operationum: *Secunda*, ſunt ipſæ operationes provenientes à principio (*à perfectione prima*). Anima, eſt perfectio prima, quia principium eſt ejus quod prodit è principio: Et Perfectio, tàm Corporis, quàm ſubſtantiæ, non eſt Corpus: Anima verò eſt Perfectio corporis: Cùm autem Corpus ſit vel Naturale, vel artificiale; Anima perfectio eſt

Intellectus ejus eſt velox & præceps; Si bilis atra; erit tardus & cunctator: Mores enim (*animi*) ſequuntur temperamentum (*corporis*); adeò ut, ſi quis homo exiſtat temperamenti æqualis, utraque morum ſeu virtutum contraria (*exceſſus & defectus*) ſint in poteſtate ejus inſtar duarum lancium bilancis æqualiter conſiſtentium in manu ponderantis, qui eas additis vel demtis ponderibus, inclinat quocunque vult: hujuſmodi etiam hominis Cor ſine dubio vacuum eſt à cupiditatibus nimiis, & gradum appetet ſuo ſuperiorem, qui eſt Gradus Divinus: conſiderabit inſuper talis, quid ſibi ſit faciendum, in vehementioribus ſuis naturis & motibus (*h.e. Facultatibus corporis ſeu temperamenti, & affectibus animi*), neque morem geret voluntati facultatis Iraſcibilis vel concupiſcibilis, vel aliarum: ſed conſultò aget, & petet à Deo, ut ipſum docére velit viam rectam: Et hic eſt ſuper quem Deus effundit Spiritum Propheticum, ſi Prophetiæ capax ſit; vel Spiritum Doctrinæ & Eruditionis (vel *Spiritum διδακτικὸν*), ſi gradus ejus ſit inferior, ut fiat Sanctus, non Propheta. Non eſt enim avaritia vel parſimonia apud Deum, ſed dat unicuique quod ei competit. Philoſophi vocant Datorem hujus gradus, *Intellectum agentem*, & faciunt ex eo *Angelum, in proximo gradu poſt Deum*: (*conf. par.* 1. §. 1. & *par.* 4. §. 25. & *R. Levi ben Gerſon in* ספר מלחמות *par.* 1. *cap.* 5. & *par.* 3. *cap.* 13.) & cùm Intellectus hominum ei adhærent (vel conjunguntur cum eo) hic eſt Paradiſus, & Vita æterna ipſorum (*Philoſophorum*).

המרה השחורה עמו המתון והיישוב ׃ והמדות הולכות אחרי המזג עד אם ימצא אדם שוה הטבעים ותפכי המדו׳ אצלו ברשותו כמו שתי כפות המאזני׳ הישרי׳ ביד השוקל יטה אותם אל אשר ירצה בתוספת האבנים וחסרונם ׃ והאדם ההוא בלי ספק לבו ריק מן התאוות המופלגות וכוסף אל מדרגה למעלה ממדרגתו והיא ה המדרגה האלקית והוא עומד ומחשב במה שראוי לו לעשות בהגברת טבעיו ומדותיו ואיננו נותן לכח הכעס רצונו ולא לכח התאוה רצונו ולא לזולתם אבל הוא נועץ ו ומבקש מאלקיו שיורהו הדרך הישרה וזה הוא אשר יאצל עליו רוח אלקי נבואי אם יהיה ראוי לנבואה ׃ או למודי אם מדרגתו למטה מזאת ויהיה חסיד לא נביא שאין כילות לפניו יתברך אבל הוא נותן לכל דבר מה שראוי לו ׃ והפילוסופים קוראים נותן המדרג׳ הזאת השכל הפועל וישימוהו מלאך אחרי האלקי׳ וכאשר שכלי בני אדם נדבקים בו הוא גם גן עדנם והתמדתם הנצחית ׃

יא אמר הכוזרי רצוני ש שתפרוש לי הכלל הזה על דרך קצרה ׃

XI. *Coſri*; Velim, ut hæc generalia mihi breviter pauló ſpecialiùs declares & explices.

XII. *Judæus*;

אמר החבר יתבאר ם כי
מציאות הנפש בתנועות
וההרגש לחיים שונות מן
התנועות היסודיות ונקראת
סבתם נפש או כח נפשי
ויתחלקו הכחות הנפשיות אל
שלשה חלקי׳ והם מה
שישותף בו החי׳ עם הצמח
והוא הכח הצמח ומה ש
שהשתתף בו האדם עם שאר
החיים והוא הכח החיוני׳ ׃
ומה שנתייחד בו האדם ויקרא
כח הדברי ויתבאר עני׳ הנפש
הכללית הסוגיית בבחינת
הפעולות שהם מחמת הצורות
המגיעות בחמר לא מחמת
החומר מצד שהוא חומר כי
הסכין לא יחתוך מצד שהוא
גוף אבל מצד שיש לו צורת
הסכין וכן החי׳ לא ירגיש וינע
מצד שהוא גוף אך מצד שהוא
לו צורת החיות והיא הנקראת
נפש ׃ ונקראו אלו הצורות
שלמות כי בהם ישלמו
תכונות הדברים והנפש
שלמות ויש שלמות ראשון
ושלמות שני הנה הראשון היא
התחלה לפעולות והשני׳
עצמות הפעולות היוצאות
מההתחלה ׃ והנפש שלמות
ראשון כי הוא התחלה ליוצא
מההתחלה ׃ והשלמות אם
שלמות לגשם ואם שלמות
לעצם אינו גשם והנפש
שלמות לגשם והגשם אם
טבעי ואם מלאכותי והנפש
שלמות

XII. *Judæus*; Animæ exiſtentia pateſcit ex Motibus, ut & ex Senſu Animatorum; qui differunt à motibus elementaribus. Cauſa horum (*Motuum*) vocatur *Anima*, aut *Facultas animalis*. Dividuntur autem Facultates animæ in tres partes. *Una* eſt, in qua communicat animal cum Planta: & hæc eſt *Facultas vegetativa*. *Altera* eſt, in qua communicant Homo & cætera Animantia: & hæc eſt *Facultas Senſitiva*: *Tertia* eſt, quę propria eſt Hominis, & vocatur *Anima Rationalis*. Hæc Animæ univerſaliter & in genere conſideratæ ratio, elucet ex operationibus, quæ proveniunt à Formis materiæ non à Materia, quatenus eſt Materia: Culter enim (ex. gr.) non ſcindit quatenus eſt Corpus, ſed quatenus habet Formam cultri: ſic Animal non ſentit & movetur, quatenus eſt Corpus, ſed quatenus habet Formam Animalitatis, quæ vocatur Anima.

Iſtæ Formæ vocantur *Perfectiones*, quia per illas perficiuntur Res: & Anima eſt Perfectio (Εντελέχεια).

Eſt verò Perfectio duplex, *Prima*, *&* *Secunda*. *Perfectio prima*, eſt principium operationum: *Secunda*, ſunt ipſæ operationes provenientes à principio (*à perfectione prima*). Anima, eſt perfectio prima, quia principium eſt ejus quod prodit è principio: Et Perfectio, tàm Corporis, quàm ſubſtantiæ, non eſt Corpus: Anima verò eſt Perfectio corporis: Cùm autem Corpus ſit vel Naturale, vel artificiale; Anima perfectio eſt

corporis naturalis, Corpus porrò Naturale eſt vel organicum, vel organis deſtitutum; hoc eſt, operationes ejus perficiuntur vel cum organis, vel ſine organis: Anima eſt perfectio corporis naturalis organici, vitalitate, vel animalitate præditi in potentia, (eſt definitio Ariſtotelis), hoc eſt, educit (*in actum*) operationes vitales in potentia, & dirigit eas. Unde liquet, quòd Anima non generetur ex mixtione elementorum corporis: quia in re, quæ innovatur vel oritur ex mixtione ſeparatorum (*Elementorum*) in ea prædominatur vel unum ex ſeparatis illis, vel plura, & ſic pro hujus (*mixtionis*) ratione erit comparata quoque forma; quod ſi verò vincantur ſeparata illa, ita ut nullum eorum remaneat in forma ſua, orietur hinc forma intermedia; verùm anima non eſt de ſpecie ullius ex ſeparatis illis corporeis; ac proinde non eſt niſi Forma extrinſecùs adveniens, ſicut e. g. כופח Foculus vel Furnulus (vel, *juxta aliam lectionem*, כפתוח האבן הזן ſicut ſculptura gemmæ) non eſt de ſpecie formarum aquæ aut Terræ (*ſed extrinſecus accedit ea forma, quam habet ab artifice*).

Porrò Principium Facultatum, *vel*, prima Facultatum, eſt Facultas altrix vel nutritiva; Facultas procreatrix, ultima; Facultas auctrix, intermedia, quæ colligat vel copulat primam & ultimam. Facultas tamen generandi quoq; ſuam habet prioritatem, & licet videatur eſſe poſtrema, primum tamen obtinet dominium in materiam diſpoſitam ad recipiendam vitalitatem, (*animalitatem*) induitque eam formâ rei intentæ, miniſterio Facultatis creſcendi & nutriendi, poſteaque relinquit regimen ambabus illis, uſque ad tempus nativitatis vel partus. Sic Facultas generandi eſt cui ſervitur; Facultas nu-

שלמות לגשם טבעי ׃ והגשם הטבעי אם כליי ואם בלתי כליי כלומר שישלמו פעולותיו בכלים או בלעדי כלים והנפש שלמות לגשם טבעי כליי בעל חיות בכח רוצה לומר מוציא הפעולות החיוניות בכח ומכין אותם ויתבאר שהנפש אינה הווה מהתמזג יסודות הגוף לפי שהדבר ה המתחדש מהתמזג נפרדים אם שיגבר בו אחד מהנפרדים או יותר מאחד הנה תהיה הצורה המגעת כפי זה ׃ ואם שינוצחו הנפרדים עד שלא ישאר אחד על צורתו ותחודש מזה צורה מאמצעיותם והנפש אינה ממין דבר מנפרדי הגוף אם כן אינה אלא צורה מחוץ ככופח אשר איננו מ ממין צורות המים והעפר תחלת הכחות הכח הזן והוא ההתחלה והמוליד בתכלית ׃ והמגדל כאמצע הקושר בין ההתחלה והתכלית ׃ ולמוליד ראשית וקדימה ואם יראה מתאחר הנה הוא ימשול ראשונה על החומר המוכן לקבול החיות וילבישהו צורת הדבר המכוון בעבודת המגדל והזן ואחר כן יעזוב ההנהגה לשניהם עד עת ההולדה והמוליד נעבד והזן עובד ׃

והמגדל עובד ונעבד ולזן ה
הארבע כחות המפורסמים
העובדים אותו כל נע ב
בחפץ הרגש נע ואם א
איננו כן היה ההרגש לריק
והחכמה לא תתן דבר להבל
וריק ולא להזיק ולא תמנע
דבר צריך ולא מועיל עד
שבעלי הקשקשים ואם יראו
נחים היה להם התקבצות
והתפשטות ואם יהופכו על
גביהם תתנועעו עד שישובו
על בטנם כדי לקרב להם
המזון וההרגשו' הנראות י
ידועות אבל הנסתרות תחלתם
ההרגשה המשתתפת כי אשר
איננו ערב ואשר הוא ערב
לא יושגו כי אם בנסיון
וצריך לקבוע כח יצורי לשמור
צורות המורגשות והיא
ההרגשה המשתתפת והכח
הזוכר השומר לשמור בו ה
הענינים המושגים מהמורגשות
והכח היצרי להקריב בו מה
שנמנע מהזכרון והכח ה
המחשבי לעמוד בו על בירור
מה שיחדשהו היצרי והפסד
קצת מהעמידות החדשה עד
שישיבהו אל הזכרון : והכח
המתנועע להביא מה שיצטרך

tas nutriendi ſervit, Facultas creſcendi ſervit, & ſervitur ei *(à Facultate nutriendi)*: Facultati verò altrici vel nutritivæ quatuor notæ facultates (*alia*) inſerviunt, (*attractrix, retentrix, concoctrix, & expultrix.*

Quicquid movetur, voluntate ſenſus vel ſenſuali movetur: quod ſi enim aliter eſſet, ſenſus eſſet fruſtraneus: Sapientia autem Divina nihil dat vel fruſtrà & ſine cauſa, vel ad nocendum, nihil etiam neceſſarium vel utile ſubtrahit; adeò ut etiam conchyliata vel teſtacea, licet videantur quieſcere, tamen habeant congregationem & extenſionem (*h.e. tamen motum habeant ſibi ad ſui conſervationem neceſſarium ſeſe vel colligendo & contrahendo, vel extendendo*) & ſi invertantur ſupra dorſum ſuum, motitabunt ſeſe, donec ſuper ventrem convertantur, ad comparandum ſibi alimentum.

Senſus apparentes, h.e. exteriores, noti ſunt: ſed Occultorum (*internorum*) principium eſt Senſus communis. Nam, quid non Dulce ſit, vel quid Dulce ſit, non apprehenditur niſi Experientiâ, & neceſſe eſt ſtatuere כח היצורי Facultatem imaginatricem ad retinendas formas ſenſu (*exteriore*) perceptas, quæ eſt Senſus communis (*potiùs Phantaſia, cujus officium eſt, ſpecies à ſenſu communi perceptas, vel à ſe formatas retinere*); והכח הזוכר & facultatem *Memoriæ* ad retinendum per eam res ſenſuales apprehenſas והכח היצרי & *Reminiſcentiam (ſic exponit Muſcatus)* ad reducendum id quod memoriæ excidit & ſubductum eſt; והכח המחשבי & *Facultatem Cogitativam*, (*Cogitationem*) ad inſiſtendum per eam ſelectioni eorum quæ Reminiſcentia renovavit, & quædam eorum corrumpenda vel ſecernenda, donec illa reduxerit in memoriam (*memoriæ reſtituerit*): והכח המתנועע Facultatem item motricem vel motivam, ad adducendum id quod utile

מקירוב

&bonum, & elongandum atque repellendum id quod noxium.

Facultates porrò omnes Animantium ſunt vel Apprehenſivæ vel Motivæ. Motivarum alia, movet ad adducendum id quod eſt utile, & hæc eſt Concupiſcibilis; alia, movet ad repellendum id quod eſt noxium, & hæc eſt facultas Iraſcibilis. Apprehenſivarum etiam duæ ſunt ſpecies; vel Externæ, ut ſenſus Externi, vel Occultæ & Internæ, ut ſenſus interni: Motrix vel motiva, agit per Dominium Facultatis cogitativæ unà cum Imaginativa (היצרי). Et hic eſt ſummus gradus Animantium brutorum: non enim poteſt illis attribui Facultas motiva ad moderandas & rectificandas cauſas Senſus communis vel Phantaſiæ, & Reminiſcentiæ: ſed ſenſus reminiſcentiæ inditus eis eſt ad rectificandas cauſas motus; rationalibus verò inditus eſt motus pro uſu animæ rationalis agentis & recordantis (*in actionibus moralibus & intellectualibus*).

Senſus quinque exteriores noti ſunt, & apprehenſibilia (*objecta*) eorum quoque nota ſunt. Mediantibus illis apprehenditur Similitudo (*ſpecies rei alicujus, veluti trigonum, tetragonum* &c.) Numerus, Magnitudo, Motus, & Quies.

Exiſtentia Senſus communis pateſcit ex eo, quòd ex.gr. de Melle judicamus, quòd ſit dulce, ſi illud tantùm videmus, idq; quia habemus facultatem quinque ſenſibus communem, quæ eſt הכח היצורי Phantaſia (*vide paulò antè*), & operatur tàm inter vigilandum, quàm in ſomno.

Hanc (*facultatem*) ſequitur Facultas componens (*mente*) id quod congregatur in ſenſu communi (כח היצרי *Facultas Imaginativa*) inter ea diſtinguens (vel, *ea abſtrahens*) & differentiam inter ea faciens, quin

מקירוב וריחוק ודחיית המזיק וכל כחות כח אם משיגים ואם מניעים והמניעים אם מניע להביא מועיל והוא הכוסף ואם מניע לדחות מזיק והוא הכועס והמשיגים שני מינים אם נראים כחושים הנראים ואם נסתרי׳ כחושי׳ הנסתרים והמניע הוא עושה בממשלת המחשבי בהשתמש היצרי והוא התכלית מהחי הבהמי כי אין ראוי לקבוע לו הכח המתנועע לתקן סבות ההרגש והיצר: אך החוש היצרי נקבע לו לתקן סבות התנועה והמדבר בהפך זה נתנה לו התנועה לתקן הנפש המדברת העושה הזוכרת: החושים החמשה ידועי׳ ומושגיהם ידועים באמצעות׳ תושג הדמות והמנין והגדל והתנועה והמנוחה התבאר מצוא ההרגש׳ המשתתפת מאשר אנחנו דנין על הדבש דרך משל כשנראהו שהוא מתוק וזה בעבור שעמנו כח משותף לחושים החמשה וזה הכח הוא היצורי ופועל בהקיץ ובתנועה ואחר זה כח מרכיב מה שמתקבץ בהרגשת המשתתפ׳ ויבדיל ביניהם ויפיל המחלוקת ביניהם מבלי שיסיר

מהצורו' ההרגשה המשתתפת: וכן הוא היצרי ויש שיהיה אמת ויש שיהיה שקר : אבל היצורי אמת לעולם ואחריו הכח המחשבי והוא כח ה השופט דן על דבר שראוי שיבוקש ועל דבר שראוי ל להתרחק ממנו : ואין ביצורי ולא ביצרי משפט ודין אבל ציור לבד ואחריו הכח השומר מזכיר לענינים. מה שהשיג כמו שהזאב שונא והבן אוהב והאהבה וההיזק והאמנה והכזב' למחשבי : אבל ה השומר המזכיר הנה ישמור מה שמאמין בו המחשבי והכח היצרי כשהשתמש בו המחשבי יקרא יצרי ו וכשהשתמש בו המדבר יקרא מחשבי הצירות בפני ה המוח והיצרי באמצעיתו ו ובזכרון במאוחרו והמחשבי בכללו ורובו בעת היצרי : וכל אלו הכחות מתים כלים בכליון כליהם ואין עמידה למדבר אף על פי שייחד ל לעצמו לב הכחו' האלה בדרך מדרכי היחוד ושימציאם ב בעצמותו : זה היוצא מדברי האנשים האלה במה שלמטה מהנפש המדברת ואמרו ב במדברת שהיא השכל ההיולני רוצה לומר השכל בכח דומה

quin tamen à formis (*ſenſu perceptis*) removeat ſenſum communem. Et hæc eſt כח היצרי *Facultas imaginatrix*, quæ aliquando eſt vera, aliquando falſa: ſed היצירי ſemper eſt vera.

Poſt hanc eſt Facultas cogitatrix (דכח המחשבי), quæ eſt facultas judicans de re quæ quærenda, vel quæ fugienda eſt.

Facultas יצורי & יצרי nullum habent Judicium de re, ſed tantùm formationem, Conceptionem ſeu imaginationem.

Hanc ſequitur Facultas conſervatrix, memoriâ tenens ea quæ apprehendit (*Facultas cogitatrix*), veluti quòd Lupus odio habeat, Filius diligat; Amorem ſc. & Damnum (h. e. *Bonum vel malum*, *Utile & detrimentoſum*) Verum & Falſum: verùm conſervat duntaxat Memoria id quod credit vel approbat cogitatrix (*nihil de novo invenit vel excogitat*): & כח היצרי quando eâ utitur המחשבי vocatur יצרי; cùm verò eâ utitur Rationalis facultas, vocatur מחשבי cujus formatio (*cujus ſedes eſt*) in anteriore parte cerebri; in medio ejus היצרי; in poſteriori, הזכרון Memoria; המחשבי in toto (*cerebro*), ſed plerumque in loco היצרי.

Omnes autem iſtæ Facultates mortuæ q. ſunt & deficiunt, deficientibus organis illarum, neque ipſa Rationalis Facultas (*ſine illis, ſc. organis*) ſubſiſtere poteſt, etiamſi (*homo*) ſibi Cor (*h.e. præſtantiſſimam*) Facultatum iſtarum omnium ſingulariter & peculiariter attribuat, easque, per ſuam exiſtentiam, exiſtere faciat.

Hæc ſunt, quæ colliguntur ex verbis hominum illorum, de iis quæ ſunt infra Animam rationalem.

De Rationali Anima dicunt, quòd ſit Intellectus materialis, hoc eſt,

Intellectus in potentia, Materiæ (*prima*) ſimilis, quæ ſimilis eſt nihilo in actu (*h. e. intermedia eſt inter privationem abſolutam & actum*) & eſt omnis res in potentia. Illi inſunt Formæ intelligibiles, vel ex Inſtitutione Divina, θεοδιδάκτως, vel per habitum acquiſitum. Quæ inſunt ex inſtitutione Divina, ſunt Intelligibilia prima, in quibus conveniunt omnes homines naturali conſuetudine præditi (*rectâ & ſanâ ratione præditi, quorum mens non abrepta eſt, ait Muſcatus*). Quæ inſunt per habitum acquiſitum, ſunt per Ratiocinationem vel diſcurſum, & innovationem (*Intelligibilium ſecundorum*) demonſtrativam, Figuratione (*imaginatione, conceptione*) veritatum rationalium (*Logicarum*), veluti Generum, Specierum, Differentiarum, Propriorum, Accidentium, tàm ſeparatorum, quàm variis modis compoſitorum; Ratiocinationibus compoſitis (*Axiomatis, Enuntiationibus*) veris & falſis; Propoſitionibus parientibus conſequentias neceſſarias (*Syllogiſmos*); demonſtrativas, (*è propoſitionibus veris, & neceſſariis*) topicas, (*è propoſitionibus probabilibus*) rhetoricas, (*quando propoſitio vera habetur apud multos ex populis terræ*) Sophiſticas, (*quando præmiſſæ ſpeciem veritatis præ ſe ferunt, ſed intus latentem continent falſitatem*) aut Poëticas, (*quando præmiſſa apertè falſa eſt, & tamen propter ſimilitudinem & convenientiam cum alia re, habetur vera, vel dubia*); Præterea per cognitionem veritatis rerum Naturalium, Materiæ, Formæ, Privationis, Naturæ, Temporis, Loci, Motus, Corporum cœleſtium, & elementarium; Generationis & Corruptionis abſolutæ; Generationum item quæ fiunt in Aëre (*Meteororum*); Generationum quæ fiunt in Mineralibus vel Metallis, in Globo item terræ, in Plantis & Animantibus; per Veritatem (*veram cognitionem*) Hominis, & Animæ, quomodo

להיולי אשר הוא דומה לאפס בפעל והוא בדבר בכח ויהיו בו הצורות המושכלות אם בלמוד אלהי ואם בקנין ואשר הם בלמוד הם המושכלות הראשונות ישתתפו בהם כל בני אדם אשר על המנהג הטבעי ׃ ואשר בקנין הם בהקש׳ ובחדוש המופתי בהצטיירות האמתות הדבריות כמו הסוגים והמינים והחלקים והמדות הנפרדות והמורכבות בדרכים הנחלקים מההרכבות וההקשות המחוברות האמתיות והכזבניות והגזרות המולידות תולדות הכרחיות מופתיות או נצחיות או הלציות או הטעאיות או שיריות ובהתברר אמיתת הענינים הטבעיים בהיולי והצורה וההעדר והטבע והזמן והמקום והתנועה והגרמים הגלגליים והגרמים היסודיי׳ וההויה וההפסד המוחלטים וההויות הנולדות ההוות באויר וההוות במוצאים ׃ וההוות על כדור הארץ מצמח וחי ׃ ואמתת האדם ואמתת הצטיירות הנפש את עצמה והצטיירות

הדברים המוסריים מתמנינים ו
והשעורים המלאכיים ו
והשעורים הכוכביים ו
והשעורים הניגוניים ו
והשעורים המראיים והצביירות
הדברים האלקיים וידיעת
התחלות המציאה בסתם מצד
שהיא מציאה והתלוים בה
בכח או בפעל וההתחלה
והעלה והעצם והמקרה והסוג
והמין וההפך והדומה ו
וההסכמה והחלוף והאחדות
והרבוי וקיום התחלות
החכמות העיוניות מהמוסריות
והטבעיות מן הדבריות אשר
לא יגיעו אליהם אלא בזאת
החכמה בקיום הבורא
הראשון והנפש הכללית ו
ואיכות המינים ומדרגת
השכל מהבורא ומדרגת
הנפש מהשכל ; ומדרגת הטבע
מהנפש ומדרגת ההיולי ו
והצורה מהטבע ומדרגת
הגלגלים והכוכבים וההויות
מההיולי והצורה : ולמה
הוטבעו על המחלוקת הזאת
והקדימה והאיחור וידיעת
האנושות והאלהות והטבע
הכללי וההשגחה הראשונה :
ויש שתקבל זאת הנפש
המדברת צורה מן הרגש
כאשר תראה על עצמה מה
שיש ביצורי השומר להשתמש
ביצרי והמחשבי ותמצא ה
הצורות ההם משתתף קצתם
עם קצתם בתבניות ונפרדים

quomodo illa concipiat ſeipſam, & res alias Mathematicas, veluti Numeros, Menſuras tum artificiales, (*Geometricas*) tum Stellarum, (*Aſtronomicas*) tum Modulationum, (Muſicas), tum aſpectuum (*Opticas*); per cognitionem rerum Divinarum, (*Metaphyſicarum*), & Principiorum Exiſtentiæ abſolutè, quatenus eſt Exiſtentia, & quæ ab ea dependent, tum in potentia, tum in actu; Principii, Cauſæ, Subſtantiæ, Accidentis, Generis, Speciei, Contrarii, Similis, Convenientiæ, Differentiæ, Unitatis, & Multitudinis. Quò etiam pertinent Principia Scientiarum theoricarum Mathemathicarum, Naturalium, & Logicarum, ad quæ non aliter pervenitur, niſi per hanc ſcientiam (*Methaphyſicam*); Probatio Exiſtentiæ Creatoris primi, Animæ univerſalis, qualitatis Specierum, Gradus Intellectus à Creatore (*h.e. quæ ſit proportio Intellectus ad Deum*); Gradus item Animæ ab Intellectu, (*h.e. proportionem Animæ ad Intellectum*) Naturæ ad Animam, Materiæ & Formæ ad Naturam, Orbium Cœleſtium, & Stellarum, ad Generationes è Materia & Forma; quare item iſta omnia ita inter ſe differant & diſtincta ſint, ratio prioritatis & poſterioritatis (*ordinis*) illorum; Notitia Humanitatis & Divinitatis (*quæ ſit differentia inter Intellectum ſupremum & humanum*), Naturæ univerſalis, Providentiæ primæ.

Porrò recipit Anima hæc rationalis Formam à Senſatione, quando videt in ſeipſa id quod eſt in Senſu communi conſervativo (*ſpecierum*) pro uſu Imaginativæ & cogitativæ; & invenit formas illas certis quibuſdam qualitatibus inter ſe convenientes, & aliis differentes. Ex his

qualitatibus, vel *ideis*, (תבניות) ſunt quædam Formæ ſubſtantiales, aliæ accidentales, quas illa diſtinguit & ordinat (*ad ſuas claſſes vel prædicamenta revocat*); Genera nimirum, Species, Differentias, Propria, & Accidentia; deinde componit eaſdem compoſitione dianoëticâ, & educit ex illis utiles (*neceſſarias*) concluſiones, ope Intellectus univerſalis. Et quamvis primò adjuvetur à Facultatibus ſenſualibus, tamen iis non opus habet in formatione ſeu conceptione iſtarum rerum per ſe, & in compoſitione ratiocinationum ex illis deductarum, & quidem neque tempore verificationis (*apprehenſionis qualitatis rei externæ*) neque tempore conceptionis (*quidditatis rei*): Et quemadmodum Facultates ſenſuales apprehendunt ſenſibilia, quæ ſenſu percipiunt: ſic Facultates Intellectuales (*apprehendunt*) per abſtractionem formæ à materia, per conjunctionem cum ea (*Intellectus cum Re intellecta*): at Facultas ſenſitiva non agit per ſe, ut Facultas rationalis, ſed opus habet Facultate motivâ, & ope mediorum, formas illas ad eam pertingere facientium: Verùm Facultas intellectiva intelligit per ſeipſam, & intelligit ſeipſam, quocunque tempore voluerit. Ideò dicitur, Facultatem ſenſitivam eſſe paſſivam, Intellectivam autem, activam: neq; Intellectus eſt in actu ſine forma Intelligibilium abſtractorum in ipſo Intellectu in potentia. Ideò dicitur, quòd Intellectus in actu ſimul ſit Intelligens & Intellectum: Præterea ex facultatibus propriis Intellectus eſt, quòd Multa uniat (*ad unum revocet*) & Unum multiplicet, per compoſitionem (*revocando ſingularia, vel particularia ad Univerſale*)

בתבניות אחרות: ומן התבניות ההם צורות עצמיות ומקריות והיא מחלקת אותם ומסדרת אותם ומחדשת הסוגים והמינים וההבדלים והסגולות והמקרים ואחר תרכיבם הרכבה הקשית ותוליד מהם תועלות התולדות בעזר השכל הכללי הסומך. אותם ואם היא נעזרת ראשונה: בכחות ההרגשיים איננה צריכה אליהם בציור אלה הענינים בעצמה ובהרכבת ההקשים מהם: לא בעת האמות ולא בעת הציור: וכאשר הכחות ההרגשיים משיגים בכאן מה שמרגישים מן המורגש: כן הכחות השכליות בהפשטת הצורה מהחומר וההתדבק בה: אלא שכח המרגיש לא יפעל בעצמו כמו שיפעל המדבר: אבל יצטרך אל הכח המניע ועזר האמצעיים המגיעים הצורות אליו: אבל המשכיל משכיל בעצמו ומשכיל עצמו בעת שירצה ועל כן נאמר כי הכח המרגיש מתפעל: והמשכיל פועל: ואין השכל בפועל זולת צורת המושכלות המופשטות בעצם השכל בכח: ולכן נאמר שהשכל בפועל משכיל ומושכל יחד: ומן הכחות המיוחדות לשכל שיאחד הרב וירבה האחד בהרכבה וההתכה והשכל ואף

על פי שנראה מעשהו בזמן
בהרכבת ההקשות בעיון
ובמחשבה הבנתו לתולדת
אינה נתלית בזמן אך עצם
השכל מרומם מהזמן והנפש
המדברת כשהיא מקבילה אל
החכמו׳ נקראת פעולתה שכל
עיוני וכאשר היא מקבילה
לגבור הכחות הבהמיים נקראת
פעולתה הנהגה ונקראת שכל
מעשי : וכבר יצליח הכח
הדברי בקצת האנשים ם
מההתדבקו בשכל הכללי במה
שירוממהו מהשתמש בהקשה
והעיון ויסור מעליו חמורת
בלמוד בנבואה ותקרא ס
סגולתו זאת קדושה ותקרא
רוח הקדש : וממופתי עצמיות
הנפש שהיא איננה גשם ולא
מקרה ושהיא צורת הגשם
לא תתחלק בעצמותה ב
בהתחלק הגשם ולא במקרה
בהחלק המקרה בהחלק נושאו
כי המראה והריח והטעם
והחמימות והקרירות כבר
יתחלקו בהחלק נושאם ואם
לא יתחלקו בעצמותם והצורה
השכלית איננה כי אם המושכל
והמושכל מהאדם דרך משל לא
יקבל החלוקה כי לא יצוייר
חצי אדם ולא חלק מהאדם
אדם כמו שיצוייר חלק מהגשם
גשם וחלק מהגוון גוון וכן הגוון
והגשם מצד שהם מושכלים לא

ſale) & conflationem (*ſeparando & dividendo univerſale in particularia ſua*): & licet videatur opus ejus perfici in tempore per compoſitionem ratiocinationum in theoria & cogitatione, tamen conſequentiæ intelligentia non dependet à tempore, ſed Intellectus ipſe exemtus eſt à tempore.

Porrò, quando Anima rationalis pro Objecto habet Scientias vel Artes, vocatur operatio ejus, Intellectus theoricus: quando verò pro Objecto habet Dominium ſeu refrænationem Facultatum brutalium, tum Operatio ejus vocatur הנהגה *ἡγεμονία*, &, Intellectus Practicus.

Facultas hæc Rationalis in quibusdam hominibus felicitatem conſequitur à cohæſione ejus cum Intellectu Univerſali, qui ipſum evehit, & eximit, ut non neceſſe habeat uti ratiocinatione & ſpeculatione, & ab omni labore & defatigatione ſit immunis; in Inſtitutione videlicet Prophetica. Et hæc ejus Proprietas vocatur Sanctitas, & Spiritus Sanctus.

Præterea, de exiſtentia Animæ, (*de Anima*) quòd neque ſit corpus, neque accidens; quòd item ſit forma corporis, quæ neque dividitur in ſua ſubſtantia, cùm dividitur corpus, neque in accidenti, cùm dividitur accidens diviſo ſuo ſubjecto, ejus rei hinc quoque petitur demonſtratio; quia Color, Odor, Sapor, Calor & Frigus, dividuntur, ſi dividatur ſubjectum eorum, quamvis non dividantur in eſſentia ſua; forma autem Intellectualis nihil eſt aliud niſi Intelligibile; Intelligibile verò ex. gr. de Homine, non admittit diviſionem; non enim poteſt mente concipi dimidius homo, vel pars hominis, ſicut concipi poteſt, quòd pars corporis ſit corpus, & pars coloris ſit color: ſic

de Colore & Corpore, quatenus ſunt Intelligibilia, non poteſt concipi medietas vel diviſio corporis intelligibilis, ſicut dicere poſſumus; Dimidium corporis illius ſenſibilis, & dimidium coloris ei adjuncti: neq; dici poteſt, Dimidium Animæ rationalis quæ eſt in Rubéne, ſicut dicere poſſumus; Dimidium corporis ejus; idque, quia non noſcitur, neque definitur (*Anima*) modaliter, neque etiam oſtendi & digito monſtrari poteſt.

Quandoquidem ergo neque eſt corpus, neque accidens in corpore ſubſiſtens ſuo, apparet ejus exiſtentia per operationes ab ea prodeuntes, concludimusque, quòd ſit Subſtantia per ſe ſubſiſtens, habens proprietates vel attributa Angelorum & ſubſtantiarum divinarum. Ejus autem Inſtrumenta vel organa prima ſunt Formæ ſpirituales conceptę in media parte cerebri à Spiritu animali, à Facultate היצרי imaginatrice; quam cõvertit in המחשבי Cogitativa, quando in illa dominatur (*rationalis; vide ſuprà.*), componendo componenda, & ſecernendo ſecernenda, ad generandam ſapientiam; quæ antea fuerat Imaginativa, quando ſc. in eam dominatur facultas cogitativa non recta, veluti in pueris, beſtiis, & iis quorum temperamentum mutatum eſt à morbo, ita ut illæ ſpecies & formæ (*ortæ vel conceptæ in imaginatione puerorum, & mente captorum*) abſcondant compoſitiones & ſeparationes illas, quibus opus eſt (*quæ neceſſaria ſunt*) ad perfectam ſpeculationem vel conſiderationem cum conſilio intento; unde conſilium (*talium*) vel totum, vel ex parte, fit מחשבית cogitativum (*confuſum, quia imaginationem duntaxat ſequitur, & eâ utitur, non ratione rectâ*),

יצטייר בהם חלוק חצי גשם מושכל כמו שנאמר חצי הגשם ההוא מוחש וחצי גוון הנשוא עליו הרמוז אליו : ולא יאמר חצי הנפש המדברת אשר בראובן כמו שנאמר חצי גופו אחר שלא תוכר ולא תוגבל מצד מהצדדים ולא יורמז אליה : וכיון שאיננה גשם ולא מקרה עומד בגשם הונח בו כבר נראה מציאותה במה שיצא ממנה מהפעולות : ולא נשאר אלא שתהיה עצם עומד בעצמו מתואר בתוארי המלאכי' והעצמים האלקיים וכליה הראשונים הצורו' הרוחניות המצטירות באמצע המוח מהרוח הנפש מן הכח היצרי תשיבהו מחשבי כאש' תשלוט בו ותרכיבהו. הרכבות ותבדילהו הבדלות יביאהו אל הולדת החכמה : וכבר היה קודם זה יצרי כשהיה' שולט בו הכח הרעיוני המחשבי שאינו נכון כמו שיקרה בתינוקות ובבהמות ובמי שנשתנה מזגו מחמת חולי עד שיעלמו אותן התמונו' מהנפש האנושית ההרכבות וההפרדות המצטרך אליהם להשלמת העיון בעצה המכוונת ותבא העצה מחשבית כולה או קצתה

Quòd

ומן הראורת על הפרד הנפש מהגוף ושאיננה צריכה אליו כי הכחורת הגשמיורת יחלשו במושגיהם החזקים כעין אצל השמש והאזן אצל הקול החזק בהפסד כליהם : והנפש המדברת אינה כך אבל תתחזק כל אשר תשיג מדע חזק ממנה ומזה כי הזקן ישיג הגוף ולא ישיג הנפש אבל תתחזק אחר הנ׳ שנה והגוף בירידה ומזרת שפעולות הגוף בעלות תכלית ופעולות הנפש בלתי בעלורת תכלית כי הצורות ההנדסיות והמספריות והמשפטיות בלתי בעלות תכלית : והראיה על מציאורת עצם שכלי נבדל מהגשמים יעמוד לנפש מעמד האור לראורת : ושהנפש כשנבדלה מהגשמי׳ תתאחד בו הוא שהנפש אין מדעיה הוים לה בנסיון כי מה שיהיה בנסיון אין נחרץ עליו גוזר גמור כי לא יגזור האדם גזר גמור כי כל אדם לא יניע אזניו כאשר יגזור כי כל אדם מרגיש וכל מרגיש חי וכל חי עצם ושהכל יותר רב מהחלק וזולת זה מהמושכלות הראשונות שהאמנתנו בבירור הדעות לא תתברר בלמוד ואם לא יהיה כן היה משתלשל הענין אל מה שאין לו תכלית ואם כן הוא מאצילות אלהית תדבק בנפש המדברת וכל מה

Quòd autem Anima à corpore ſit ſeparata, neque eo opus habeat, inde probatur; quia Facultates corporales debilitantur ab Apprehenſibilibus fortibus, per corruptionem organorum ipſarum; ut, Oculus à Sole, Auris à ſono vehementi: Anima verò Rationalis nequaquam; quin potiùs quò fortiùs objectum apprehendit, eò magis corroboratur & fortior redditur: Hinc & Senium afficit Corpus, non verò animam, quæ poſt quinquageſimum annum robuſtior efficitur, corpore deficiente (*corporis viribus deficientibus & decreſcentibus*): Hinc etiam eſt, quòd operationes corporis ſint finitæ, operationes verò Animæ infinitæ: nam figuræ Geometricæ, Arithmeticæ, & Aſtrologiæ judiciariæ, ſunt infinitæ (*infinitè mente concipi poſſunt*).

Quòd verò exiſtat Subſtantia Intellectualis aliqua abſtracta à corporibus, quæ Animæ quaſi Lumen ſuppeditat ad videndum (*Intellectus nimirum agens*); & quòd Anima, quando à corporeis ſeparatur, ei uniatur, ejus rei hæc eſt ratio; quia Animæ ſcibilia (*prima*) non generantur per experientiam. De eo enim, quod habetur per experientiâ, non abſolutè decerni & pronuntiari poteſt, quòd ita ſit: nam homo non abſolutè decernere poteſt, quòd non omnis homo moveat aures ſuas, quemadmodum decernere & pronuntiare poteſt, quòd omnis homo ſentiat; omne ſentiens vivat; omne vivens ſit ſubſtantia; quòd Totum majus ſit ſuâ parte, & alia ſimilia Intelligibilia prima: Certitudo enim evidens principiorum ſcientificorum non habetur ex doctrina & inſtitutione. Si aliter eſſet, procederet res in infinitum: ſi verò ita ſit, ſequitur haberi ex Emanatione Divina, quæ Animæ

שבו

rationali adhæret & unitur: in quocunque autem eſt Forma intellectualis, illud eſt ſubſtantia incorporea, & per ſe ſubſiſtit: & dum anima format vel concipit formam (*Intelligibilem abſtractā*) id ei eſt perfectio, & eo ipſo unitur cum ſubſtantia illa Intellectuali (*Intellectu agente*), à qua unione ipſum avellit occupatio corporea. Unde non verificatur (*verè fit*) unio perfecta, niſi per abominationem ſeu averſationem omnium virtutum corporearum: nihil enim impedit eam ab unione illa præter Corpus, & cùm ab eo ſeparatur, relinquitur vacua & libera ab omni corruptione, quæ ei potuit contingere, unita nobiliſſimæ illi ſubſtantiæ, quæ vocatur *Mundus Supernus.* Cæterarum facultatum functiones non perficiuntur niſi in corpore, & perduntur, ſi corrumpatur organum ipſarum: ſed Anima rationalis ſecum figurat vel format illas figuras, & accipit corda earum (*mente illas abſtrahendo, componendo, dividendo, & conſequentias eliciendo*) ut ſuprà fuit.

XIII. *Coſri*; Videtur mihi in rebus iſtis Philoſophicis plus ſubtilitatis & evidentiæ ineſſe, quàm in aliis.

XIV. *Judæus*; Hoc verò eſt, quod tui causâ metuebam, (*ſup. §. 2.*), ne videlicet illorum ſententiis illiciaris & in illis acquieſcas. Nam quia videtur, illos habere demonſtrationes in Diſciplinis Mathematicis, & in Logica; hinc quoque fides ipſis habetur in omnibus quæ dicunt in Phyſicis, & in Metaphyſicis, & exiſtimatur, quæcunque dicunt, eſſe demonſtrativa. Et quare non primò omnium dubitas de rationibus illorum pro aſtruendis quatuor Elementis, eosque carpis de Mundo Ignis, de quo dicunt, quòd

שבו צירה שכלית בעצמותו
הנה היא עצם בלתי מתגשם
אך עומד בעצמותו וציור הנפש
לצורה שלמות לה ויהיה לה בה
ההתדבקות בעצם הזה השכלי
אבל תעתיק מההתדבקות
ההוא טרדת הגוף הנה לא
התאמת ההתדבקו' התמים
אלא במיאוס וניעול כל כחות
הגוף כי אין מונע לה ם
מההתדבקות בו זולת הגוף
וכשתפרד ממנו תשאר פנויה
ניצולת ממה שהיה אפשר לו מן
ההפסד מתדבקת בעצם הזה
הנכבד המכונה בעולם העליון
וזולת זה מהכחות אין מעשהו
כי אם בגוף ויאבד בהפסד
הכלי אבל הנפש המדברת כבר
ציירה אותם הצורות החם
ולקחה לבותיהם כמו שקדם ׃
יג אמר הכוזרי אני רואה
לדברי' האלה הפילוסופיים
יתרון דקדוק וברור על שאר
הדברים ׃
יד אמר החבר וזהו מה שהייתי
מפחד עליך מהפתוי ומנוחת
הנפש על דעותם כי למה
שנתברר מהם המופת בחכמות
ההרגליות וההגיון בטחו ה
הנפשות על כל מה שאמרוהו
בטבע ובמה שאחר הטבע
וחשבו שכל מה שאמרוהו
מופת ולמה לא תספק
בטענותם ביסודות הארבעה
ראשונה ותתבע אותם בעולם

האש אשר יטענו ששם האש
העליונה אין גוון לו שימנע
גוון השמים והכוכבים ומתי
השגנו אנחנו אש יסודית אבל
איכות חמרה בתכלית אם
תחול בארץ היתה גחלת ואם
תחול באויר היתה להבה ואם
תחול במים היתה מים
רותחים ומתי ראינו גשם
אשי ואוירי נכנסים בחומר
הצמח והחי עד שנגזור שהוא
מורכב מהארבעה כלם אש
ואויר ומים וארץ: אמר שהשגנו
המים והארץ והשתנותם
והכנסם בחומר הצמח: ולאויר
ולחמימות השמש עזר בהויה
בדרך האיכות לא בגשם
אש ולא בגשם אויר או מתי
ראינו אותם נתקים אל אלה
הארבעה בעינים אם ינתק
חלק אל דמות העפר אינו עפר
אבל היא אפר ראוי לרפוא'
והחלק הנתק אל דמו' המי'
אינו מים אבל הוא סחיטה או
לחות ארסי או מזוניי לא מים
ראוים לשתיה והחלק הנתק
אל דמות האויר היה איד או
קיטור לא אויר ראוי להתגשם
בו: ואלה גם כן פעמים ישתנו
אל בעלי חיי' או צמח או נ
נקפאו בחלקי האר' ושבו מ
מהשתנות אל השתנות ובפלא
יפול בהם השתנות אל יסוד
גמיר אמת כי אחר המחקר
יוצא לנו ההכרח להודות
בחמימות והקרירות והלחות

quòd ibi ſit ignis ſupernus, qui nullum colorem habeat, qui impediat colorem Cœli & Stellarum? Nunquam enim apprehendimus Ignem elementarem, ſed qualitatem duntaxat Caloris ſummi, qui ſi reſideat in Terra, fit Pruna, ſi in Aëre, fit Flamma, ſi in Aqua, fiunt Aquæ ferventes. Et quando vidimus Corpus Igneum & Aëreum ingredi in materiam Plantæ & Animalis, ita ut pronunciare poſſimus, quòd ſit ex illis quatuor compoſitum; Igne, inquam, Aëre, Aquâ & Terrâ?

Si dicas, nos apprehendere, Aquam & Terram mutari & ingredi in materiam Plantæ; (*Nos viciſſim dicemus*), Aërem quoque & Calorem Solis adjuvare generabilia, ſed per qualitatem (*qualitative*) non per corpus Ignis, vel per corpus Aëris (*elementaris*).

Aut quando vidimus oculis noſtris, illa reſolvi in iſta quatuor? ſi reſolvatur pars in ſimilitudinem pulveris, non erit pulvis (vel, *terra*) ſed cinis, conducens ad Medicinam: & pars alia reſoluta in ſimilitudinem Aquæ, non erit Aqua, ſed Succus expreſſus aut humor vel venenatus, vel nutritivus, non Aqua quæ potui ſerviat: pars reſoluta in ſimilitudinē Aeris, erit Vapor, aut Fumus, non Aër ad reſpirationē inſerviens. Et iſta (*in quæ compoſita reſolvuntur*) quandoq; etiam mutantur in Animalia aut Plantas, vel concreſcunt in partes terreſtres, (*ut fiant mineralia & metalla*), & devolvuntur ab una mutatione ad aliam. Miraculum foret, ſi mutarentur in Elementum purum & ſimplex. Verum eſt, nobis accuratam indagationem inſtituentibus neceſſariò fatendum, quòd ſit Calor, Frigiditas,

& Siccitas, & hæc eſſe Qualitates primas, ſine quibus, vel eorum intermediis, nullum corpus eſſe poteſt; quòd item Intellectus compoſita in ea conflet, & ex illis componat, illis etiam eas ſubſtantias (*elementa*) tanquam ſubjecta aſſignet, ac dicat, *Ignis, Aër, Aqua, Terra*; ſed hæc omnia ſunt in conceptu duntaxat mentis, & in verbis; non quòd unquam ſimplicia, vel, abſtracta extra Intellectum exiſtant; quòd denique ex eis omne compoſitum generetur. Et quomodo illi (*Philoſophi*) hoc poſſunt dicere, (*videlicet, compoſita conſtare ex elementis ſimplicibus*) cùm aſſerant Æternitatem, juxta quam nunquam non fuit Homo aliquis generatus ex ſemine, & ſanguine, ſanguis ex alimentis, alimenta ex plantis, ſicut diximus, ex potentia ſeminali & aqua, quæ mutantur in ſua ſimilia, ope Solis, Aëris & Terræ; præterquàm quòd omnes Stellæ, & Situs orbium cæleſtium, vim aliquam hac in parte habeant. Et hoc eſt dubium circa Elementa, juxta illorum ſententiam.

Verùm juxta ſententiam Legis, Deus creavit Mundum ſicut eſt, Animantia item, & Plantas ejus in ſuis formis, neque ad ea opus eſt Mediis, & compoſitione compoſitorum illorum: Et aſſertâ Novitate (*Mundi, h. e. ejus à Deo creatione*) omne difficile redditur facile, & quod obliquum, redditur rectum. Quando enim de hoc Mundo cogitatur, quòd aliquando non fuerit, & poſtea eſſe cœperit voluntate Dei, quo ſc. tempore Ipſe voluit, & quo modo voluit; non neceſſe habes anxiè & ſollicitè quærere, quomodo generata ſint corpora aut quomodo illis copulentur animæ; non etiam detrectabit anima tua accipere & agnoſcere Expanſum, & Aquas quæ ſuper Cœlum, vel, Expan-

והיבשות ושהם איכיות ראשוני׳ לא ימלט מהם או מאמצעיהם גשם מהגשמים ׃ ושהשכל יתיך המורכבות אליהם וירכיב מהם ויניח להם עצמי׳ נושאי׳ ויאמר אש ואויר ומים וארץ בציור ובמאמר לא שהם היו כלל פשוטי׳ חוץ לשכל ויתרכב מהם כל הווה ואיך יאמרו זה והם יאמרו בקדמות אם כן לא סר האדם הווה משכבת זרע ודם והדם מהמזונות והמזונות מהצמח והצמח כמו שאמרנו מכח זרע והמים אשר ישתנו לדומה עצם להם בעזר מהשמש והאויר והארץ ועוד שלכל הכוכבים ומצבי הגלגלי׳ רשם ועזר בו הנה זה הספק ביסודות על דעתם ׃ ואולם על דעת התורה הנה האל ברא העולם כמו שהוא ובעלי חיי׳ שלו וצמחיו מצויירים ולא יצטרך אליהם אמצעיי׳ והרכבת מורכביהם ובהודות בחדוש קל כל קשה והתישר כל מעקש כשידומה מזה העולם שהוא לא הוה עוד היה בחפץ האל בעת שרצה ואיך שרצה לא תצטער בחקירה איך התהוו הגשמים ואיך נקשרו בהם הנפשות ולא תתרחק נפשך מקבול הרקיע והמים אשר

מעל לשמים והשדים אשר
יזכירום רבותינו והספורים
המקווים מן ימות המשיח
ותחיית המתים והעולם הבא
ומה צרכנו אל זאת התחבולה
בהשארות הנפש אחר כלות
הגוף והמספר הצודק המקובל
כבר אמת אצלנו היעודים
הניחם יהיו רוחניי' או גשמיים
ואם נמשיך דרכי ההגיון לקיים
הדעות בהם ולבטלם יכלו
החיים בלעדי תולדה ומי לנו
באמת מה שהביאנו ב
כשהנפש עצם שכלי לא יוגבל
במקום ולא תשיגהו הויה ולא
הפסד ובמה תוכר נפשי מן
נפשך או מן השכל הפועל
ושאר העלות והעלה הראשונה
עוד איך לא יתאחדו נפש
ארסטו ונפש אפלטון וידע
כל אחד מהם דעת חבירו
והאמנתו וסתריו וכלל ה
הפילוסופים : עוד איך לא
ישכילו מושכליהם פתאם
כמו שהם אצל האל ואצל
השכל הפועל ואיך תשיגם
השכחה ולמה יצטרכו אל
התבונ' במושכליהם חלק א
אחר חלק עוד איך לא ימצא

Expanſum; Dæmones item, quorum mentionem faciunt Rabbini noſtri; ea denique, quæ referuntur nobis exſpectanda de diebus Meſſiæ, Reſuſcitatione mortuorum, & Vitâ æternâ. Et quid opus habemus ingenioſâ iſtâ ſolertiâ (*Philoſophorum, de qua ſuprà*) pro Immortalitate Animæ poſt conſumptionem corporis, cùm iis, quæ fide dignâ Cabalâ ſunt revelata, nobis ſufficienter verificentur promisſiones iſtæ, (*quòd videlicet Anima noſtra, poſt ſeparationem à corpore, ſuperſtes ſit futura, ligata in faſciculo viventium*) in quibus meritò acquieſcendum, ſive ſint ſpirituales ſive corporales? (vel juxta aliud exemplar, *Verificatur nobis Vita Animæ, & hæreditas futura ſeu ſpiritualis, ſeu corporalis*). Quod ſi ſequamur methodum Logicâ, ſententias has confirmando & refellendo (*pro & contra de illis diſſerendo & diſputando*) conſumetur illis diſputationibus vita noſtra ſine fructu. Ecquis enim ex nobis eſt, qui clarè aſſequatur ea, quæ nobis de Anima in medium producunt? veluti, quòd Anima ſit ſubſtantia Intellectualis, loco non determinata, neque generationi & corruptioni obnoxia? quâ in re dignoſcatur anima mea ab anima tua? aut quæ tradunt de Intellectu agente, de reliquis cauſis & cauſa prima? Inſuper quare non uniantur inter ſe Anima Ariſtotelis & Anima Platonis (*ſi per ſuam Intellectionem cum Intellectu agente omnes uniuntur*), ut unusquisque illorum ſciat (*& veluti in ſpeculo intueatur*) mentem, fidem & occulta ſocii ſui, & omnium Philoſophorum! Cur item non intelligant intelligibilia ſua repentè prout ſunt apud Deum & Intellectum agentem? Quomodo obnoxii eſſe posſint oblivioni? Quare opus habeant diſpoſitione vel meditatione circa intelligibilia ſua, ab una parte progrediendo ad alteram? (*in inſtanti enim omnia intelligere & compre-*

hendere deberent): quare non exiſtat Philoſophus idem, quando dormit, quando eſt ebrius, & quando cerebrum ejus vel ulcere corripitur, vel contuſionem & percuſſionem patitur, & quando ſeneſcit & veteraſcit? Et quid dicturi ſimus de eo, qui ſummum in Philoſophia apicem eſt aſſequutus, & in confuſionem vel perturbationem incidit ex atra bile, vel ulcere cerebri, ut omnis ſuæ ſapientiæ obliviſcatur? an ſit idem ipſe, qui fuit antea, an verò alius? præterea ſi ponamus illum à morbo ſuo convaleſcere gradatim, & tentare de novo doctus evadere (*priſtinam eruditionem recuperare*), ſed conſeneſcere, neque ſcientiam primam conſequi poſſe, an duabus erit præditus Animabus inter ſe diſtinctis? (*unâ ſc. per quam primò doctus evaſit, & alteram, per quam de novo didicit*): vel ſi ponamus, temperamentum ejus mutari, ut ad Tyrannidem & concupiſcentias vel voluptates deflectat, an dicendum, illum habere unam animam in paradiſo, & alteram in inferno? quis ſit terminus ſcientiæ per quam Anima hominis ſit à corpore ſeparata, & incorruptibilis? (*Per unionem cum intellectu agente, quam Philoſophi Illi ſtatuunt*). Si requiratur univerſalis ſcientia entium; multa relinquuntur Philoſopho, quæ nunquã cognoſcit, tam ex iis quæ ſunt in cælo, quàm ex iis quę ſunt in terra & mari; Si ſufficiat quorundam tantùm ſcientia, ecce hac ratione omnis anima rationalis erit ſeparata (*& cũ intellectu agente unita, neq; quicquam proderit ſtudium multum, quod quis ad res ſciendas & intelligendas impendit*), quia Intelligibilia prima ei ſunt infixa & inſita: Si verò ſeparatio hæc animę fiat per conceptionem Decem Prædicamentorum, & eorum quæ ſupra illa ſunt (*transſcendentium, quæ ſunt Unum, Res, Verum Bonum*) ex prin-

הפילוסוף עצמו כאשר יישן וכשנשתכר וכשהגיע לו ב ברסאם כלומר מורסא במוח וכשמצאה אותו הכאה במוחו וכשיזקין ויבלה ומה אשר נגזר על מי שהגיע לקצה מחכמת הפילוסופיא וקרהו בלבול שחורי או ברסאם ושכח כל חכמתו האם אין זה הוא בעינו או נאמר שהוא זולתו עוד נניח שהוא בריא מחליו בהדרגה וקבל עליו להתלמד מראש והזקין ולא ישיג המדע הראשון האם ישובו לו שתי נפשות נבדלות אחת משתיהן בלעדי האחרת עוד נניח שנשתנה מזגו אל אהבת ההתגברו' התאוו' הנאמר כי יש לו נפש בגן עדן ונפש ב בגיהנם ואי זה הוא הגבול מהמדע שתשוב בו נפש האדם נבדלת מהגוף בלתי אובדת אם היה בכלל מדע הנמצאות הרבה מה שנשאר על הפילוסוף לא ידעהו ממה שבשמים ובארץ ובים ואם היה מספיק הקצת הנה כל נפש מדברת נבדלת לפי שהמושכלות הראשונות תקועו' בה ואם היה אמנם הפרד הנפש בציור העשרה מאמרים ומה שלמעלה מהם מהתחלות התבונה ויוכללו בהם הנמצאות

כלם כשיקחם הניונות מבלעדי
השלמה לתכליתם הוא מדע
קרוב יושג מיומו ורחוק שישוב
האדם מלאך מיומו ואם אי
אפשר מבלתי הגעתם לקצה
וההקפה בהם הגיוניות
וטבעיות הוא עיון בלתי
מושג והוא אובד בלי ספק על
דעתם : והנה כבר נתפתית
לדמיונות נפסדות ובקשת מה
שלא נתן לב יוצרך עליו ולא
הושמה בטבע בשר השגתו
בהקשה אבל הושם זה בטבע
הנבחרים מסגולת הבורא
יתברך הזכים מזכי הבריאה
בתנאים אשר הזכרנום יגיעו
אותן הנפשות אשר יציירו
העולם בכלליו ויראו אלקיהם
ומלאכיו ויראה קצתם את
קצתם וידע קצתם סתרי
קצתם כמו שנאמר גם אני
ידעתי החשו : ואנחנו לא
נדע זה ובמה זה אם לא
שיבואנו מדרך הנבואות
ואלו היתה חכמת הפילוסופיא
בזה אמת היו זוכרים דברים
בנפשות ובנבואה והם כשאר
בני אדם : אמת שיש להם
יתרון בחכמות האנושיות :

ex principiis ſcientiæ, quibus comprehenduntur omnia Entia, ſi ea ſumas Logice (*notione univerſali*) ſine perfecta & particulari cognitione eorum; ſic ſcientia erit facilis, & unius diei ſpacio comparari poteſt. Abſurdum autem eſt dicere, Hominem converti poſſe in Angelum (*quomodo vocant Intellectum agentem*) die uno: Si verò non aliter ad eam perveniri poſſit, quàm per perfectam cognitionem Logicam, & Naturalem (*h. e. Univerſalem & Singularem*), tùm talis hæc eſt Speculatio (*tale ſtudium*) quam nemo apprehendere vel conſequi poteſt, & ſine dubio, juxta ſententiam ipſorum, peribit (*Philoſophus*, vel, *eſt non ens, ſc. illa apprehenſio*). En, ſic ſedúceris ad Imaginationes perniciofas, & ad quærendum id, cujus conſequendi poteſtatem tibi Creator non dedit, cujusq; apprehenſio per ratiocinationem non indita eſt naturæ carnis; ſed ſolùm conceſſum naturæ ſelectiſsimorum de peculio Dei Benedicti, (*iis qui ſunt peculium peculii, ut alibi loquitur par.2.§.44. veluti fuerunt Patriarchæ, Prophetæ, & Viri ſancti*) ceu puriſsimarum creaturarum, cum conditionibus alibi à nobis commemoratis (*loci videlicet & temporis*; *par.2.§.14.& par.3.§.65.& par.4.§.3.*) quarū ope animæ eorum eò pertingunt, ut concipiant mente mundum Univerſum, ut videant Deum ſuum, & Ejus Angelos; ut videant alii alios, & alii aliorum ſecreta ſciant, ſicut dicitur; *Etiam ego ſcio, ſilete*, 2.Reg.2.3.& 5. Hoc quomodo ſit vel fiat, nos ignoramus, niſi quòd obtingat per viam Prophetiæ. Quod ſi Philoſophia eſſet vera, recordarentur (*Philoſophi*) multarum rerum de Animabus (h. e. *dicere & indicare poſſent, quam fecilitatem percipiat Anima ex unione cum Intellectu univerſali vel agente*) & de Prophetia (*quinnám ex iis pertigerit ad gradum Propheticum. Confer par.1.§.4.*). Atqui videmus illos eſſe ſimiles reliquis hominibus. Verum

equidem eſt illos excellere in Sapientia humana (*Vide par.4.§.13.*) ſicut Socrates ad populum dicebat; *Ego non nego Sapientiam veſtram Divinam; ſed dico; Neſcio, vel, non intelligo eam; ego enim peritus ſum Sapientiæ humanæ.* At excuſationem merentur, quia rationibus his Philoſophicis opus habuerunt propter defectum Prophetiæ & Lucis Divinæ inter ipſos (*conf. par.4.§.13.*): unde confiſi ſunt Scientiis ſuis demonſtrativis & certiſſimis in ſummo gradu, in quibus unanimes hac in parte fuerunt, adeò ut ne quidem inter duos de illis ſcientiis diſſenſio fuerit (*Muſcatus ſcribit, intelligi hîc Diſciplinas Mathematicas & Logicam, ut ab initio hujus Paragraphi*): at quoad cæteras, propemodum nullus eſt inter eos conſenſus vel inter duos, ſed magna ſententiarum varietas in Metaphyſicis, atque in multis etiam Phyſicis: aut ſi ſecta aliqua unanimis & conſentiens deprehendatur in dogmate vel ſententia aliquâ, id non provenit ex ἐξετάσει inquiſitione & conſequentia, quibus inſiſtat & innitatur ſententia eorum, ſed quòd ſint Secta unius alicujus è Philoſophis (*quem pro capite & principe ſuæ ſectæ agnoſcunt*) à quo eam acceperunt; uti ſunt; Secta Pythagoræ, Empedoclis, Hippocratis, Ariſtotelis, Platonis, & aliorum: Illi item qui in Tenebris & Luce philoſophantur (*h.e. in loco opaco, & propter denſitatem arborum, quaſi ex tenebris & Luce mixto. Hinc legant alii* בְּצֵל In umbra. *Muſcatus exiſtimat intelligi Academicos, qui à Platone originem ſuam duxerunt, qui propè Athenas Agrum & vineam habebat, quam unicam ex ſuis bonis ſervavit ſibi, ubi philoſopharetur, & Academiam vocarit*), item Peripatetici, qui ſunt Ariſtotelici. Habent hi de Principiis ſententias, quæ animos corrumpunt, quaſq; Intellectus ſanus contemnit; veluti ſunt Rationes eorum de motu circulari Sphæræ, quòd videlicet (*hoc motu*) quærat perfectionem ſibi deficien-

כמו שהיה אומר סקראט
הראשון לעם : אני לא
אכפור חכמתכם האלהית
אבל אני אומר לא אדעה :
אמנם אני חכם בחכמה
האנושית : ויש להם התנצלות
למה שנצטרכו הקשיהם
להעדר הנבוא׳ והאור האלהי
אצלם הבטיחו החכמו׳ ה
המופתיות בטחון אין תכלית
אחריו והתיחדו בזה ואין חלוף
בין שני אישים בחכמות ההם
וכמעט שאין הסכמה בין שני
אישים במה שיתחלפו אחר
זה מהדעות במה שאחר
הטבע גם בהרבה מהטבע ואם
נמצא כת אחת מסכמת על
דעת אחרת הנה אין זה
לחקירה ותולדה שעמדה
עליהם דעתם אבל שהם
סיעת א׳ מהמדברים קבלו
ממנו כסיעת פיתאגורש וסיעת
אבנדקלי׳ וסיעת אפוקראט
וסיעת ארסטו וסיעת אפלטון
וזולתו ובעלי החשך והאור
וההולכים והם מסיעת ארסטו
ולהם בהתחלות דעות
מפסידות השכלים יבזם השכל
בהעללתם בסבוב הגלגל שהוא

יבקש שלמות יחסר לו כדי
שיהיה נכחי לכל צד ׃ ולמה
שלא יתכן זה תמיד לכל חלק
יבקשהו על התמורה והעקב
וכמו התעצמם בשפעים
השופעים מהראשון יתברך
ואיך התחייב מהמדע בראשון
מלאך ומן המדע בעצמו גלגל
והודרגו אל אחרת עשרה
מדרגות ועמדו השפעים אצל
השכל הפועל ולא יחוייב ממנו
לא גלגל ולא מלאך ודברים הם
בספוק למטה מספר יצירה
ובכלן יש ספקו' ואין הסכמת
בין פילוסוף וחביריו אבל ינוצלו
על כל פנים ונתן להם שבח
על מה שטענו ממופשט ה
הקשיהם וכונו הטוב ועשו
הנימוסים השכליים ומאסו
העולם והם על כל פנים
מעולי' אחר שלא יחוייב להם
קבול מה שאצלנו ואנחנו
יחוייב לנו קבול העדות ו
והקבלה אשר היא כראיה ׃
ש אמר הכוזרי השמיעני ב
בחסדך כללים מקוצרים מן
הדעות אשר נתבררו אצל
חכמי שרשי האמונה והם
הנקראים אצל הקראים בעלי
חכמת הדברים ׃

deficientem; ut ita ſit oppoſita (vel, *præſens*) omni lateri vel angulo mundi: Quia ergò non competat hoc omnibus & ſingulis ejus partibus (*ut ſimul exiſtant in omnibus angulis*), ideò eam hoc quærere per mutationem & viciſſitudinem. Huc refer, quòd ſe obfirmant ad aſſerendum Influentias influentes à Cauſa prima, Deo ſc. Benedicto, & quomodo ſequatur ex notitia cauſæ primæ Angelus, & ex notitia ſui ipſius Sphæra (*in Angelo ſc. primo, emanante à Cauſa prima, vide par.4.ſub finem §.25.*). Sicq; gradatim progrediuntur ad undecim gradus, & ſiſtunt vel ſubſiſtere faciunt Influentias apud Intellectum agentem, voluntque ab eo nec emanare Sphæram, nec Angelum. Hæc omnia longè magis ſunt dubia & infirma, quàm ea quæ habentur in libro Jezirah: & in ſingulis ſunt dubia & levia multa, de quibus non convenit inter Philoſophum & ejus ſocios vel aſſeclas. Excuſantur tamen, & laudem merentur, quòd argumententur ex nuda Ratiocinatione (vel *ratione, ſine Cabala*), bonum finem habeant, laudabilia præcepta Intellectualia fecerint, & Mundum contemnant. Quo nomine omninò laudandi ſunt, quia illi non tenentur accipere ea quæ nos habemus (*per traditionem*); nos verò tenemur acceptare Teſtimonium (*Scripturæ*) & Cabalam, quæ nobis eſt loco Rationis.

XV. *Coſri*; Explica mihi quæſo generalia quædam fundamenta vel axiomata de Sententiis vel Dogmatis, quæ habent Sapientes Fundamentorum Fidei (*quærentes Fundamenta fidei confirmare rationibus Intellectualibus, Theologi naturales*) qui à Karræis vocantur *Periti Sapientiæ verborum.*

N O T A.

[1.] *Heb.* חָכְמַת הַדְּבָרִים, *ut Arabicè* עלם אלכאלם, *unde &* הַמְדַבְּרִים *dicti*, *ſecta*

Certa quadā fuit ſecta Philoſophorum apud Arabes, quorum frequens quoq; mentio apud Hebræos, maximè Majemonidem in More hannevóchim par. 1.*cap.* 71. *Communiter reddunt* Loquentes. *R. Jehuda Muſcatus ad præcedentem* §.14.*ubi eorum quoq; mentio, ſcribit*; Ex hoc loco clarè videtur, quòd vox מדברים, juxta hunc Authorem, non id ſignificet, quod voluit R. Samuel Aben Tybbon in expoſitione vocum difficiliorum libri Móre, ita ſcribens: מדברים *eſt nomen certæ cujusdam ſectæ Philoſophorum ſciolorum, qui de rebus ſtatuunt non ſecundum intellectum, neq; ſecundum earum naturam, ſed ſecundum imaginationem & phantaſiam ſuam, & confundunt homines multitudine verborum & orationibus ſpecioſis, quæ nullam habent veritatem, unde eorum Ars vocatur* חכמת הדברים Sapientia verborum, *quaſi dicas eam non eſſe Intellectualem, ſeu, cum intellectu congruentem.* Verùm ut ex ſententia Authoris hujus liquet, ſic vocantur ab Arte rationis quam habuerunt. Unde ſuprà §.1. dicit Rex, *Verba quædam facilia & plana de fundamentis rerum credendarum, juxta ſententiam* המדברים בדרך הנצחון *topicè vel dialecticè loquentium, ratiocinantium & diſputantium.* Et ſic quoque vocat eos paragrapho ſequenti 15.&c. Quibus ulteriorem lucem addit quod Judæus de illis dicit §. ſequenti 16. Fieri autem poteſt, ut poſtmodùm remanſerit hoc nomen certæ cuipiam Sectæ, Sapientiam ſine ſapientia & arte affectantium, & uſu ipſorum quaſi proprium factum fuerit, quòd eſſent πολυλόγοι, ſubtilitatis & elegantiæ verborum ſtudioſi, ut Majemonides de illis teſtatur in More par. 1. cap. 74. At primariò & propriè videtur hæc vox ſignificare לשון דבור שכלי בחכמה ודעת Sermonem intellectualem cum arte & ſcientia. Idque verba Authoris noſtri arguunt. *Hactenus Muſcatus.* Juxta cujus mentem ſignificantur Logicè, Dialecticè, vel etiam Metaphyſicè, ſcholaſtico more differentes & diſputantes. *Sic paragrapho ſequenti* בְּדֶרֶךְ הַדִּבּוּר *exponit*; בְּדֶרֶךְ הַנִּצָּחוֹן Topicè, Dialecticè, בגבולים הגיוניים terminis Logicis, quos §.12. vocat דברים.

XVI. *Judæus*; In his nulla eſt utilitas, præter acumen verborum & terminorum, (*quibus utuntur*) & aliquid adjumenti ad id quod dicitur; *Eſto monitus ut diſcas Legem, ut habeas quod reſpondeas Epicuro (h.e. ad redarguendos adverſarios).* Nam Sapiens perfectus, (*vel ſyncerus & ſimplex*) quales ex.gr. fuerunt Prophetæ, non multum poſſunt prodeſſe homini per modum inſtitutionis,

יו אמר החבר אין בזה תועלת זולת החדוד בדברים והעזר על מה שנאמר הוי זהיר במה שתשיב את אפיקורוס כי החכם התמים כמו הנביאים על הדמיון מעט הוא שיוכל להועיל אדם בדרך הלמוד ולא

ישיב על חולק בדרך הדבור
ובעל הדבור יראה עליו הוד
חכמה עד שישיב לו השומע
יתרון על התמים ההוא החסיד
אשר חכמתו אמונות לא
ישיבהו מהם משיב ותכלית
המדב' הוא בכל מה שילמדהו
ולמדוהו שיכנס בנפשו ובנפש
תלמידו האמונות אשר בנפש
התמי' ההוא המוטבע ואפשר
שתפסיד חכמת הדברים הרבה
מאמונות האמת במה שיביאהו
מהספקות. והדעות הנעתקות
כאשר נראה מאשר לומדים
מקצבי השיר ומדקדקים ב
במשקלם ונשמע להם המיה
ודברי' מבהילי' בחכמתם ו
ונראה המוטבע הוא טועם
משקל השיר ולא יעבור עליו
דבר בשום פנים ותכלית
האנשי' ההם שיהיו כמו זה
אשר נראה סכל במקצב מפני
שאינו יכול ללמדו להם והם
יכולים ללמדו אמת כי המוטבע
הזה יוכל ללמד מוטבע כמוהו
ברמז מעט וכן העם המוטבעים
לתורה ולהתקרב אל האלקים
יקדחו בנפשותם ניצוצות

tionis, neque etiam reſpondebunt diſſentienti per terminos Diſputatorios, aut Logicos (*per Syllogiſmos & ratiocinationes artificioſas*). Sed בַּעַל הַדִּבּוּר h. e. הַמְּדַבֵּר *Dialecticus, peritus artis Verborum ſeu terminorum*, palmam & gloriam ſapientiæ hic reportabit, ita ut auditor ipſi præcellentiam ſit daturus ſuper Sapientem illum ſyncerum & ſanctum, cujus Sapientia conſtat fundamentis (*apud ipſum certiſſimis*), à quibus nemo ipſum dimovere poteſt. Finis τοῦ המדבר Loquentis, Diſputatoris Dialectici, in omnibus quæ tùm alios docet, tum diſcit, eſt, ut in animam ejus, & animam diſcipulorum ejus ingrediantur & imprimantur Fundamenta fidei, quæ in Anima Sapientis ſynceri & ſimplicis quaſi naturaliter ſunt inſita. Fieri etiam poteſt, ut Sapientia illa Verborum ſeu terminorum (*Ars diſputatoria*) multa credenda vera corrumpat & perdat, partim ex dubiis, quæ ipſi hinc de iis incidunt (*& ex quibus ſe extricare non poteſt*) partim ex ſententiis aliunde translatis & deſumptis (*quæ ipſi etiam ſcrupulos movent*). quemadmodum videmus eos, qui præcepta carminum faciendorum (*artem Poëſeos*) addiſcunt, & in eorum dimenſionibus admodum accurati ſunt, perplexas & ſtupendas Leges in arte ſua habere, ad quas ſe adſtringunt; cùm, qui Naturâ Poëta eſt, ſtatim (*& ſine labore*) ſapidum poëma fundat, nullo prorſus vitio laborans: & illos priores, (*qui ex præceptis artem hanc addiſcunt*) nullum alium finem ſibi propoſitum habere, quàm ut fiant ſicut iſte (*qui naturâ eſt Poëta*), quem videmus artis eſſe ignarum, quia non poteſt eam docere ipſos, ipſi autem poſſunt docere illum. Naturalis enim (*Poëta*) poteſt docere alium naturâ talem ſicut ipſe, exiguo labore, ſicut in illorum animis, qui naturâ diſpoſiti ſunt ad Legem, & ad appropinquationem vel acceſſum ad Deum, accenduntur vel ardent

ſcintillæ ex verbis Virorum ſanctorum, quæ convertuntur in luminaria in cordibus ipſorum: Qui verò hanc diſpoſitionem naturalem non habet, opus habet Sapientiâ ſeu Diſciplinâ verborum vel terminorum; & tamen fieri poteſt, ut nihil ipſi proſit, imò ut ipſi noceat.

XVII. *Coſri*; Non peto à te, ut profundiùs hanc materiam ingrediaris: ſed peto tantùm quędam de Fundamentis fidei ipſorum, quæ memoriæ meæ juvandæ inſerviant; quia audivi famam eorum, & appetit anima mea ea ſcire.

XVIII. *Judæus*; *Articulus primus*;

I. *Confirmanda & tenenda eſt (ajunt) Novitas Mundi, hacq; ſtabilienda per Deſtructionem ejus Antiquitatis ſeu Aeternitatis.* Id ſic faciunt; Si tranſiens ſeu fluens Tempus non habet principium, tum ſingularia exiſtentia in tempore tranſeunte ad hoc uſque tempus, erunt infinita: quod verò infinitum eſt, non exit in actum; quomodo ergo ſingularia illa exirent in actum cùm ſint infinita? Deinde; nullum dubium eſt, quin Tranſiens tempus primum, & ſingularia exiſtentia, numerum habeant finitum. Nam in potentia Intellectus eſt, millia, & millena millia multiplicare in infinitum: hoc, inquam, quidem eſt in potentia intellectus, ſed nequaquam poteſt illud educere in terminum actus: Verùm ſi quid exeat in actum, & poſtea numeretur, numerus in actum exiens erit ſine dubio finitus: quomodo verò quod infinitum eſt, exibit in teminum actus? Itaq; neceſſariò Mundus habet Principium, & circulatio ſphærarum cæleſtium Numerum qui pertingit ad finem (*finitum*). Hujus generis eſt; Quod non

מדברי החסידים וישובו מ
מאורות בלבותם חולת
המוטבע הוא צריך אל ח
חכמת הדברים ואפשר שלא
תועילהו ואפשר שתזיקהו ׃
יז אמר הכוזרי אינני מבקש
ממך שתעמיק בענין הזה אבל
אבקש ממך דבר בשרש ה
האמונה יהיה לי למזכרת
מפני ששמעתי שמעו ונכספה
נפשי אליו ׃
יח אמר החבר תחלה מה
שצריך להעמיד חדוש העולם
ולקיים הדבר בבטול קדמות
העולם אם היה החולף אין לו
ראשית הנה האשים הנמצאים
בזמן החולף עד העת הזאת
אין תכלית להם ומה שאין לו
תכלית לא יצא אל הפועל ואיך
יצאו האישים ההם אל הפועל
והם אין להם תכלית מרוב ואין
ספק כי לחולף ראשון ולאישים
הנמצאים מספר יגיע אל
תכלית כי בכח השכל לבנות
אלפים ואלפי אלפים כפולים
עד לאין תכלית זה בכח אבל
שיוציאהו אל גבול הפועל לא
כי אם מה שיצא אל גבול הפעל
ונמנה אחר כן המנין היוצא
אל הפועל יש לו תכלית בלא
ספק ומה שאין לו תכלית איך
יצא אל גבול הפועל אם כן
לעולם התחלה ולסבובי הגלגל
מספר מגיע אל תכלית ׃ ומזה
כי מה שאין לו תכלית אין לו

חצי ולא כפל ולא ערך מספרי ואנחנו נדע כי סבובי גלגל השמש חלק משנים עשר מסבובי הירח וכן שאר סבובי הגלגלים קצתם אל קצתם ויהיה זה קצת זה ואין במה שאין לו תכלית קצת ואיך ישוב זה כמו זה וכן גילו אין לו תכלית והוא קצת ממנו או גדול ממנו רוצה לומר שהוא יותר מספר או פחות מספר ומזה איך הגיע מה שאין לו תכלית אצלנו אם היה לפנינו מן הבראים מה שאין תכלית למספרם איך הגיע המספר אלינו וכאשר יהיה לדבר תכלה אי אפשר לו מבלי תחלה ואם איננו כן יהיה כל אחד מ מהאישים צריך במציאותו להמתין למציאות אישים לפניו אין להם תכלית ולא ימצא איש:

פרק ב' העולם חדש כי הוא גוף והגוף איננו נמלט מתנועה ומנוחה ושתיהם מקרים מתחדשים עליו באים זה בעקב זה והבא עליו חדש מבלי ספק בעבור בואו והחולף חדש כי אם היה קדמון לא היה נעדר ושניהם חדשים ומה שאיננו נמלט מן החדושים הוא חדש כי לא קדם לחדושים והחדושים חדשים אם כן הוא חדש:

פרק ג' אי אפשר למתחדש בלי סבה שתחדשהו כי אי אפשר

habet finem, non habet medium, neque duplum, neque proportionem numeralem. Scimus autem, quòd circuitus Solis ſit pars duodecima circuituum vel circumvolutionum Lunæ (*h.e. quòd habeat proportionem ad eam Unius ad Duodecim*), & ſic cæterarum quoque Sphærarum circuitus ſuas habent ad ſe invicem proportiones, ut una certæ partis rationem habeat ad alteram; in eo autem quod infinitum, talis reſpectus partis non habet locum; & quomodo poſſet fieri unum ſicut alterum & ei ſimile itidem ſc. infinitum, cùm ſit ejus pars, aut illo majus, h.e. majorem aut minorē habeat numerum, quàm alterum? Sic quomodo ad nos perveniet, quod nullum habet finem? Si coram nobis ſint creaturæ, quorum numerus eſt infinitus, quomodo pertingit ad nos numerus? Et, ſi quid habeat principium, neceſſariò quoque habebit finem: Secus enim unumquodq; ſingulare ad exiſtentiam ſuam deberet exſpectare exiſtentiam ſingularium priorum, numero infinitorum, & ſic nullum exiſteret ſingulare vel individuum:

II. *Mundus eſt novus (creatus) quia eſt corpus.* Corpus autem nequit eſſe ſine Motu & Quiete: & hæc duo ſunt accidentia in eo innovata, atq; ſibi invicem ſuccedentia. Quod autem alicui ſupervenit (*accidit*) id ſuo adventu ipſo novum eſt, & quod tranſit, novum eſt: nam ſi æternum eſſet, non privationē pateretur: itaq; ſic ambo ſunt nova. Quod autem non poteſt eſſe ſine novitatibus (*accidentibus de novo ipſi advenientibus*), illud ipſum novum eſt: quia non præceſſit (*non fuit ante*) innovationes; cùm ergo innovata ſint nova, ipſum quoq; novum eſt.

III. *Quod innovatum eſt, non poteſt eſſe ſine Cauſa innovante illud.* Quod enim

innovatur, nequit eſſe ſine temporis certi aſſignatione; quòd potuiſſet eſſe vel priùs vel poſteriùs *(vel citiùs vel tardiùs)*. Appropriatio autē ad ſuū tempus, ut nec priùs ſit, nec poſterius, neceſſariò requirit Appropriatorem.

IV. *Deus eſt æternus, non tranſiens (h. e. nullum principium habens).* Nam ſi eſſet novus *(ſi haberet ſui principium)* neceſſe foret ut haberet Innovatorem, & hoc procederet in infinitum, neque intelligeretur, donec pervenīretur ad Innovatorem æternum ſeu primum, qui ille ipſe eſt, quem nos quærimus.

V. *Deus eſt æternus, nullum habens finem.* Nam cuicunque competit Æternitas, ab eo removetur privatio. Innovatio enim privativa requirit cauſam æquè ac privatio nova requirit cauſam. Non enim privatur aliquid à ſeipſo, ſed à ſuo contrario. Deus autem nec contrarium habet, nec ſimilem. Nam quod ſimile ipſi eſt, eſt Ille Ipſe *(Deus ſicut ipſe)*: Idem non numeratur ab annis (vel, *per duo*, *Heb.* משנים): Contrarium privans non poteſt eſſe æternum, quia æternitas exiſtentiæ ejus *(Dei)* jam eſt probata; non etiam poteſt eſſe novum, quia omne novum eſt cauſatum vel effectum æterni hujus: quomodo ergo Cauſatum poſſet privare ſuam cauſam?

VI. *Deus non eſt Corpus.* Nam corpus nequit eſſe ſine rebus innovatis. Quod autem non poteſt effugere res innovatas, id novum eſt: Et falſum eſt, in ipſum cadere accidens: nam accidentis ſubſiſtentia eſt in corpore ſuſtinente: & accidens eſt agens in corpus, illud ſequens, & ejus adjunctum. Deus autem non determinatur neque appropriatur ex una parte ſine altera. Hoc enim eſt de proprietatibus corporis.

למתחדש עת שיתיחד יתכן לקבוע בו לפניו ואחריו והתיחדו בעתו מבלעדי מה שלפניו ומה שלאחריו מצריך אל מיחד ׃

פרק ד׳ האלקים קיים קדמון לא יחלוף כי אם היה חדש היה צריך אל מחדש וזה משתלשל אל מה שאין לו תכלית ולא יובן עד שיגיע אל מחדש קדמון הוא הראשון והוא אשר אנחנו מבקשים ׃

פרק ה׳ האלקים נצחי לא יחלוף כי מה שנתקיים לו הקדמות התרחק ממנו ההעדר כי חדוש הנעדר צריך אל סבה כמו שהעדר החדש צריך אל סבה כי לא יעדר הדבר מחמת עצמו אך מחמת הפכו ואין הפך לו ואין דמיון כי מה שהוא דומה לו בכל פנים הוא הוא לא יסופר בשני׳ אבל ההפך המעדיר לא יתכן גם כן שיהיה קדמון כי כבר התבארה קדמות מציאותו ולא יתכן שיהיה חדש כי כל חדש אמנם הוא עלול לקדמון הזה והיאך יעדיר העלול עלתו ׃

פרק ו האלקים איננו גוף ׃ כי הגוף איננו נמלט מחדושים ומה שאיננו נמלט מן החדושים הוא חדש ומן השקר שיקרהו מקרה כי המקרה עמידתו בגוף הנושא והמקרה מעולל לגוף הולך אחריו נשוא עליו ׃ והאלקים יתברך איננו נגבל ואיננו מתיחד בצד מבלתי אחר כי זה מתנאי הגוף ׃

VII. *Deus*

פרק ז האלקים יודע כל
דבר קטן וגדול ולא ימלט
מידיעתו דבר כי התבאר שהוא
ברא הכל וסדרו ותקנו כמו
שאמר הנוטע אזן הלא ישמע
אם יוצר עין הלא יביט ואמר
גם חשך לא יחשיך ממך ואמר
כי אתה קנית כליותי ׃

פרק ח האלקים יתברך
חי כי כבר נתקיימה לו החכמה
והיכולת אם כן נתקיימה לו
החיות · אך לא כחיותנו
הנגדרת בהרגשה ובתנועה
אבל חיות ענינו השכל הגמור
והיא הוא והוא היא ׃

פרק ט האלקים חפץ
כי כל הבא ממנו באפשר
שיבא הפכו או העדרו או קודם
העת אשר בו או אחריו ויכלתו
על שני הענינים שוה ואי א
אפשר שלא יהיה חפץ ישיב
היכולת אל אחד מהם מבלתי
האחר · ויש לאומר לומר כי
מדעו מספיק משיצטרך אל
יכולת וחפץ ׃ כי מדעו מ
מיחד לכל אחד משני ההפכי׳
ומדעו הקדמון הוא הסבה בכל
חדש כאשר הוא וזה מסכים
לדעת הפילוסופים ׃

פרק י חפצו יתברך קדמון
נאות למדעו לא יתחדש עליו
דבר ולא ישתנה מאצלו והוא
יתברך חי בחיות עצמותו לא
קנוייה וכן יכול ביכלתו וחפץ
בחפצו כי מן השקר מציא דבר
וסותרו יחד ולא יאמר עליו
יכול ביכולת סתם ׃

VII. *Deus ſcit omnem rem parvam & magnam, neq; à Scientia ejus quicquam excipitur.* Conſtat enim, quòd crearit, ordinarit, & diſpoſuerit omnia, ſicut dicitur; *Qui plantat aurem, annòn audiet? an formans oculum non aſpiciet?* Pſal. 94. 9. Item; *Etiam tenebræ non faciunt tenebras apud te,* Pſ. 139. 12. Item; *Quia tu poſſides renes meos,* Ibid. v. 13.

VIII. *Deus Benedictus vivit.* Jam enim aſſerta eſt ejus Sapientia, & Potentia; ac proinde quoque Vita. Verùm ea non eſt ſicut Vita noſtra, definita Senſu & Motu: Sed Vita ejus eſt Intellectus purus, & ea (*vita*) eſt Ipſe, & Ipſe eſt Illa (*vita*).

IX. *Deus eſt volens.* Nam quicquid provenit ab eo, poſſibile erat ut veniret ejus contrarium, vel ut non veniret, vel priori aut poſteriori tempore veniret: Et potentia ejus in duas res eſt æqualis, neque fieri poteſt ut Voluntas non convertat potentiam ad unam illarum ſine altera. Sunt etiam qui dicant, Scientiam ejus ſufficere, ut non opus habeat Potentiâ & Voluntate: ſcientiam enim ejus appropriare in alterutrum contrariorum, & Scientiam ejus æternam eſſe cauſam omnis novi prout eſt. Et hoc convenit cū ſententia Philoſophorū.

X. *Voluntas Dei eſt æterna, conveniens cum ejus Scientia, nec in ea quicquam innovatur vel mutatur apud ipſum:* Ut Deus Benedictus vivit per vitam eſſentiæ ſuæ, non acquiſitam: ſic Potens eſt per Potentiam ſuam, Volens per voluntatem ſuam. Falſum enim eſt, exiſtere ſimul rem & contrariū ejus, neq; dicitur de eo, Potens eſt per potentiā, abſolutè (*ne quis exiſtimet, Potentiam ejus eſſe aliquid ſuperadditum eſſentiæ, ut in homine, ait Muſcatus*).

XIX. *Coſri*; Hæc ſufficiunt mihi pro memorali: ſine dubio autem ea quæ recenſuiſti de Anima, Intellectu, & cæteris Fidei articulis, tranſlata ſunt ex verbis aliorũ, quorum mentionem feciſti. Ego verò nihil aliud peto à te, quàm tuam ſententiam, & quid tu credas? Et jam dixiſti mihi, te paratum eſſe, in hęc & ſimilia inquirere (*& ea mihi explicare*): neq; opinor te defugiturum, quò minùs diſſeras de *Decreto Divino*, & *de Libero arbitrio*, quia hæ duæ præcipuæ ſunt quæſtiones Sapientię. Expone itaq; tuã de his ſententiam.

XX. *Judæus*; Non negat naturam poſſibilis vel contingentis, niſi qui perverſi & profani eſt ingenii, qui dicit ea quæ non credit. Vides enim quomodo ſe præparet quiſque ad id quod vel ſperat, vel timet: id quod te docet, illum credere, quòd res illa ſit poſſibilis, & præparatio ad eam proſit. Quod ſi crederet, rem illam abſolutè & neceſſario futuram, tùm exponeret ſeſe liberè, non inſtrueret ſe armis bellicis contra inimicum ſuum (*ad ſui defenſionem*) neque annonâ contra famem. Si dicat, illam præparationem neceſſariã eſſe ei, qui non ſatis præparatus eſt; (*abſq; hoc medio, quod & ipſum eſt à Deo decretum*) confitetur ſic cauſas medias, & quòd per illas exiſtant ea quæ pòſt fiunt; invenit item inter cauſas medias rei futuræ Voluntatem ſeu Liberum hominis arbitrium, ſi veritatem fateri velit, neque obſtinatus eſſe: fatebitur etiam, ſeipſum conſtitutum inter illud (*futurum*) & voluntatem ſuam, in rebus poſſibilibus vel contingentibus, ita ut ſi velit, eas faciat, vel omittat. Neque, ſi hoc credatur, quicquam derogatur juri Dei, ſed omnia redeunt ad ipſum diverſis modis, prout oſtendam.

יט אמר הכוזרי זה מספיק למזכרת ובלי ספק שזה אשר זכרת בענין הנפש והשכל ואלה האמונות אמנם הוא מועתק ממה שאתה זוכר מדברי זולתך ואני איני מבקש כי אם טעמך ואמונתך וכבר אמרת לי כי אתה מזומן לחקור על זה והדומה לו ואני סבור שאין לך מנוס מחקור בשאלת הגזרה והבחירה מפני שהיא משאלו' החכמה אמור דעתך בזה׃

כ אמר החבר אינו מכחיש טבע האפשר כי אם מתעקש חנף יאמר מה שאינו מאמין בו כי אתה רואה מהזדמנותו למה שהוא מקוה או ירא מה שירך שהוא מאמין כי הדבר ההוא באפשר ויועיל בו הזימון ואלו היה מאמין כי יהיה על כל פנים היה נמסר ולא היה מזדמן בכלי מלחמה לאויבו ולא בשבר לרעבונו ואם יאמר כי הזימון ההוא צריך למי שלא הזדמן כבר הודה בסבות אמצעיות ושבהם עמידת המתאחרות והוא ימצא בעתיד החפץ בכלל הסבות האמצעי' אם יודה האמת ולא יתעקש ועתיד להודות כי ימצא עצמו מונח לו בינו ובין חפצו בדברים האפשריים לו אם ירצה יעשם ואם ירצה יניחם ואין באמונה הזאת הוצאת דבר מדין האלקים אך הכל שב אליו על פנים מתחלפים כאשר אבאר

Dico

ואומר כי כל הידיעות
מיוחסות אל העלה הראשונה
על שני דרכים אם על הכונה
הראשונה אם על דרך
ההשתלשלו' דמיון הדרך ה
הראשון הסדור וההרכבה
הנראים בחי ובצמח ובגלגלים
אשר לא יתכן למשכיל ה
המשתכל שייחסהו אל הכקרה
אך אל כונת עוש' חכם ישים
כל דבר במקומו ויתן לו חלקו
ודמיון השני שרפת האש
הזאת על הדמיון לקורה הזאת
כי האש גוף דק חם פועל
והקורה גוף מתלחלח נפעל
ומדרך הדק הפועל שיעשה
בנפעלו והחם היבש שיחמם
ויכלה לחות הנפעל עד
שיתפרדו חלקיו וסבות הפעלים
האלה והפעליות האלה כאשר
תבקשם לא ימנע ממך
השגתם ואפשר שתמצא סבות
סבותם עד שתגיע אל הפלכים
ואחר כך אל עלת הפלכים ואב
אל העלה הראשונה ובאמת
אמר האומר כי הכל מגזרת
הבורא ובאמת אמ' האחר
בבחירות ובמקרים בלתי
שיוציא מאומה מהדבדים
ההם מגזרת האלקים ואם
תרצה תקרב מציאת זה
בחלוקה הזאת המעשים יהיו
אלקיים או טבעיים או מקריים
או מבחריים ו והאלקיים
מהסבה הראשונה יוצאים על
כל פנים אין להם סבה זולת
רצון

Dico ergo; Omnia ſcibilia (*vel juxta aliam lectionem*, Omnia cauſata) referuntur ad Cauſam primam duobus modis; Vel ſecundū intentionem primam, vel per concatenationem & dependentiam. Exemplum primi modi eſt Diſpoſitio & compoſitio, quæ conſpiciuntur in Animalibus, Plantis, & Orbibus cœleſtibus, & à nullo Intelligente ac ſanâ mente prædito attribuuntur Accidenti, ſed intentioni Factoris ſapientis, qui unumquodque conſtituit in loco ſuo, & ei dat portionem ſuam. Exemplum ſecundi modi eſt, quando ex.gr. hic Ignis comburit iſtam trabem: nam Ignis eſt corpus ſubtile, calidum, agens: & Trabs eſt corpus humidum, patiens. Jam verò ſolet Agens ſubtile agere in id quod patitur (*vel, in ſuum patiens*): & calidum ac ſiccum calefacit & conſumit humidum patiens, donec partes ejus ſeparentur. Quod ſi in cauſas harum actionum & paſſionum inquiſiveris, non impoſſibilis tibi erit apprehenſio illarum; quinimo illarum cauſas etiam cauſarum invenies, donec pervenias ad orbes cæleſtes, (*Heb.* הפלכים *ex lingua Arabica, in qua* פלכים *idem eſt, quod Hebr.* גלגלים), & hinc ad cauſam Orbium, ac denique ad Cauſam primam.

Itaque verè dicit, qui dicit, Omnia fieri ex Decreto Dei: verè etiam dicit alter, qui aſſerit Librum arbitrium, & Accidentia, nec quicquam derogat vel detrahit Decreto divino. Si velis, poteris hæc iſtâ diſtinctione cōciliare: Actiones ſunt vel Divinæ, vel Naturales, vel Accidentales, vel Electivæ ſeu liberæ. *Divinæ*, à cauſa Divina proveniunt omnimodo, nullam aliam habentes cauſam prꝑter Voluntatem Divinam. *Naturales*, ſunt

à cauſis mediis (*ſecundis*) accommodatis illis, & perducentibus eas ad finem perfectionis ſuæ, quamdiu nulla reliquarum trium cauſarum eas impedit. *Accidentales*, ſunt etiam à cauſis ſecundis, ſed accidentaliter, non naturaliter, vel ordinatè, vel intentionaliter: nullam etiam habent præparationem ad perfectionem, ad quam pertingant, & in qua ſubſiſtant: præterea conditionantur à cæteris tribus partibus (*actionum*). *Electivarum* autem cauſa eſt voluntas hominis, electionem faciens (*Liberum hominis arbitrium*): Liberum arbitrium autem eſt ex cenſu Cauſarum ſecundarum, & cauſas habet catenatim dependentes à cauſa Prima, dependentiâ non coactâ (*ſine tamen coactione*): quia Poſſibili ſeu Contingenti exiſtente, Anima conſtituta eſt inter Conſilium & Contrarium ejus, facereque poteſt ex ambobus quod vult. Et hoc liberum arbitrium vel laudandum vel vituperandum eſt, id quod non convenit reliquis cauſis ſecundis: non enim vituperatur Cauſa naturalis, vel Accidentalis, etiamſi in quibusdam illarum Poſſibile exiſtat, prout non culpatur infans vel dormiens, cùm damnum aliquod inferunt, cùm contrarium poſſibile fuiſſet: non autem culpantur, quia cogitatio ab illis eſt ablata (*quia nullam habent cogitationem & voluntatem vel conſilium*). An vides eos, qui Poſſibile vel Contingens negant, non iraſci contra eum qui ex propoſito eis nocet? aut an ſe tradunt & exponunt ei, qui furari conatur ipſis veſtimenta eorum, & frigore eos lædere (*ſine reſiſtentia & defenſione*), quemadmodum ſe exponunt vento Aquilonari quando flat in die frigido, qui ipſis nocitu-

רצון האלקים יתברך והטבעיים
מסבות אמצעיות מוכנות להם
ומגיעות אותם אל תכלית
שלמותם בעוד שלא ימנע מונע
מאחד מהשלשה חלקים
והמקריי' מסבות אמצעיות גם
כן אך הם במקרה לא בטבע
ולא בסדר ולא בכונ' ואין להם
הכנה לשלמות יגיעו עדיו
ויעמדו אצלו ומתנים בהם
בחלקים השלשה: אבל
הבחיריים סבתם חפץ האדם
בעת בחירתו והבחירה מכלל
הסבות האמצעיות ולבחירה
סבות משתלשלות אל הסבה
הראשונה השתלשלות מבלי
דוחק בעבור שהאפשר נמצא
והנפש מונח לה בין העצה
והפכה תעשה מה שהיא
רוצה מהם: וצריך שתשובח
או שתגונה על הבחירה ההיא
מה שלא יחוייב זה בשאר
הסבות האמצעיות כי לא
תגונה סבה טבעית ולא מקרית.
אף על פי שהאפשר נמצא
בקצתם כאשר לא תאשים
התינוק והישן כאשר יזיקו ו
והיה באפשר הפך זה אבל
אינך מאשימו מפני הסתלק
המחשבה ממנו התראה אשר
הם מכחישים האפשר האינם
בועסים על מי שיזיקם בכונה
או הנמסרים הם למי שיגנוב
בגדיהם ויזיקם בקור כאשר
נמסרים אל הרוח הצפונית
כשהיא מנשבת ביום קור עד
שתזיקם או יאמרו שהכעס

rus eſt?

כח כחב נקבע לבטלה שיכעס
האדם על דבר מבלעדי דבר
אחר וכן שישבח ויגנה ויאהב
וישנא וזולת זה אם כן אין
לבחירה מצד שהיא בחירה
סבה הכרחית כי תשוב
הבחירה ההיא הכרח ויהיה
דבור האדם הכרחי כמו תנועת
דפקו ובזה מרה שתכחישהו
הראייה כי אתה מוצא עצמך
יכול על הדבור ועל השתיקה
בעוד שתהיה בממשלת השכל
ולא ימשלו בך מקרים אחרים:
ואלו היו החדושים מכוונים
כוונה ראשונה מהעלה
הראשונה היו נבראים לעתם
עם כל רגע והיינו יכולים לומר
בעולם וכל אשר בו כי עתה
בראו הבורא ולא היה ע
למופתים ענין שיפלא האדם
מהם כל שכן שיאמין בעבורם
ולא היה לעובד יתרון על
הממרה כי שניהם עובדים
עושים מה שהושמו לעשותו
והובאו אליו עם דבות גדולות
משיעור האמנה הזאת
והגדולה שבהן הכחשת העין
כאשר אמרנו אבל הדבה
המשגת מי שאומר בבחירה
בעבור הוציאו קצת הדברים
מגזירת האלקים ית' יש לטעון
עליה במה שקדם זכרו כי לא
הוציא אותם מגזירתו כל עקר

rus eſt? Aut, an dicent, Iram eſſe facultatem falſam, fruſtrà homini inditam, ut iraſcatur rei uni, & non rei alii (*ſine cauſa*): Sic, ut eadem ratione laudet, vituperet, amet, odio habeat, & ſimilia? Hoc ſic poſito, Arbitrium, quatenus tale non habebit cauſam neceſſariam, quia ipſum Arbitrium ſic fieret neceſſarium: Sic ſermo hominis neceſſarius eſſet, perinde ac neceſſarius eſt pulſus (*arteriarum*) ejus. Hoc verò ſana ratio falſum eſſe docet; Deprehendis enim in te, te poteſtatem habere loquendi vel tacendi, quamdiu Intellectus in te habet dominium, neque tibi prædominantur accidentia alia. Quod ſi innovata (*ea quæ fiunt*) intentione primâ intenderentur à Cauſa prima, tum ſingulis horis & momentis nova crearentur (*à Deo*), & poſſemus dicere de Mundo, & iis quæ in eo ſunt, quòd nunc eum creet creator (*per continuas ſc. & ſucceſſivas creationes*), neque in Prodigiis & Miraculis quicquam foret miraculoſi homini, nedum ut propter ea crederet (*commoveretur ad credendum*): nullam etiam ſic haberet fidelis Dei cultor prærogativam ſupra Rebellem & inobedientem: ambo enim æqualiter eſſent Cultores (*Dei, ejus voluntatem facientes*) atque facerent id, ad quod faciendum conſtituti ſunt, & (*neceſſariò*) adducti; ut alia multa & magna abſurda præteream, quæ hanc ſententiam conſequuntur, inter quæ maximum eſt Negatio oculi (*experientia ocularis*), quemadmodum diximus.

Sed & eum, qui Liberum Arbitrium aſſerit, abſurda urgent, velut;

1. *Quòd quædam excipiat & eximat à Decreto Dei.*

Ad hoc autem reſponderi poteſt ex antè dictis: non enim prorſus

ea excipit à Decreto ejus, ſed refert illa ad Ipſum per concatenationem & dependentiam.

2. *Quòd res illas eximat à Scientia Dei.* Poſſibile enim ſeu Contingens abſolutum, naturâ ſuâ eſt ignotum.

Circa hoc prolixi ſunt המדברים Loquentes, & tandem dicunt, Scientiam ejus (*contingentis*) eſſe per accidens, neque Scientiam rei eſſe cauſam ejus, quòd ſit; non etiam Scientiam Dei impellere vel cogere ea quæ ſunt ut ſint, ſed illa nihilominus eſſe contingentia, quæ eſſe poſſent, vel non poſſent. Nam ſcientia rei futuræ, non eſt cauſa ut ea fiat, ſicut ſcientia rei præteritæ non eſt cauſa cur ea ſit, ſed tantùm viſio quaſi illius. Nam Scientiam habent Deus, Angeli, Prophetæ, & Arioli: &, ſi Scientia eſſet cauſa exiſtentiæ, ſequeretur, quòd ideò aliqui futuri ſint in horto Edenis, quòd ſciverit Deus hos eſſe juſtos, ſine reſpectu cultûs Dei, (*etſi Deum non colant*), alii verò in Gehennâ, eò quòd hos peccaturos ſciverit (*etiamſi non peccent*); ſequeretur etiam quòd homo ſatiari poſſit licet non edat, ſed ideò, quia Deus ſciat, illum ſaturatum iri hoc vel illo tempore, ſicque tolluntur cauſæ mediæ, vel ſecundæ: quòd ſi autem tolluntur, tolluntur etiam potentiæ mediæ vel ſecundæ (*animæ ſc. hominis*), & ſic quod de Abrahamo dicitur; *Et tentavit Deus Abrahamum*; explicandum erit, quòd Deus ejus pietatem è potentia in actum eduxerit, ut eſſet cauſa Boni, vel Felicitatis ejus, juxta id quod dicitur; *Quia feciſti rem hanc, benedicendo benedicam tibi*, Geneſ. 22. 16. Et quia innovata neceſſariò ſunt vel divina, vel ex reliquis com-

אבל משיבם אליו בדרך ה
ההשתלשלות ותשיגנו אחרי
כן דבה אחרת והוא הוציאו
הדברים ההם מידיעתו כי
האפשר הגמור מושכל בטבעו
וכבר האריכו בזה המדברים
ויצא להם כי הדעת אותו
במקרה ואין ידיעת הדבר סבה
להיותו ולא תכריח ידיעת
האלקים בהוות והם עם זה
באפשר שיהיו ושלא יהיו כי
אין הידיעה במה שיהיה היא
הסבה בהיותו כאש' הידיעה
במה שהיה איננה סבה להיותו
אך ראיה עליו כי הידיעה
לאלקים ולמלאכי' ולנביאי'
ולידעוני' ואלו היתה הידיעה
סבה להויה היה בדין שיהיו
עתידים בגן עדן לידיעת
האלקים אלו שהם צדיקים
מבלי שיעבדו ואחרים בגיהנם
לדעתו שהם עתידים לחטא
מבלתי שיחטאו והיה בדין
שישבע האדם מאין אכילה
לידיעת אלקי' שהוא ישבע
בעת פלוני ובטלו הסבות
האמצעיות ואלו היו בטלות
היה מסתלק מציאות הכחות
האמצעיות והיה מאמרו
והאלקים נסה את אברהם על
נכון להוציא עבודתו מן הכח
אל הפועל להיות זה סבת
טובתו כמו שאמר יען אשר
עשית את הדבר הזה כי ברך
אברכך ובעבור שהיו החדושים
צריכים להיות אלקיים או
זולתם מן החלקים והיה

memoratis

האפשר שיהיו כלם אלקיי' בחר ההמון ליחסם כלם אל האלקים להיות זה יותר חזק באמונה אך יש למכיר להכיר עם מעם ואיש מאיש וזמן מזמן ומקום ממקום וענינים מענינים אחרים : ויראה כי החדושים האלקיים לא נראו על הרוב כי אם בארץ מיוחדת והיא אדמת הקדש ובעם מיוחד והם בני ישראל ובעלי דת האמתי ובזמן ההוא ועם הענינים ההם אשר נתלו בהם ממצות וחקים נראה בסדורם כל מאויי לב ונראה בקלקולם כל רעה ולא הועילו הענינים המקריים והטבעיים דבר בשעת הקלקלה ולא הזיקו בשעת הסדור : ועל כן היו בני ישראל טענה בכל אומה על האפיקורוסים אשר ראו דעת אפיקורוס היוני באמרו כי כל הדברים הם נופלים במקרה כי לא תראה בהם כונת מכוון וסיעתו נקראים בעלי ההנאה כי סברתם כי ההנאה היא התכלית המבוקשת והיא הטובה סתם : ובקשת בעל התורה מן המצוה בה שיהיה נכבד אצלו מוסר כל חפציו אליו יתברך ומבקש למוד אם הוא חסיד או אותות וכבוד אם הוא נביא או המון נרצה עם

memoratis ſpeciebus, & potuiſſent omnia eſſe Divina, maluit vulgus omnia attribuere Deo, & ad eum referre, quia hoc magis faciat ad confirmandam fidem (*in Deum*). Verùm Intelligens & eruditus novit diſcernere populum unum ab altero, virum unum ab altero, tempus unum ab altero, locum unum ab altero, & res unas ab aliis, ac deprehendit, Innovata Divina (*merè*) non videri utplurimùm vel communiter niſi in terra peculiari, Terrâ videlicet ſanctâ; in Populo peculiari, qui ſunt Filii Iſraël, & ſectatores Legis ſeu Religionis veræ; & quidem eo tempore, atque cum iis rebus, quæ ab illis dependent; Præceptis videlicet & Statutis, in quorum Ordine (*& obſervatione*) videntur (*in populo*) omnia deſiderabilia cordis, in eorum verò corruptione & deſtructione, omnia mala, neque res Accidentales & Naturales quicquam proſunt tempore deſtructionis eorum, vel nocere poſſunt tempore Ordinis eorum (*obſervati*). Hinc Filii Iſraël argumento ſunt omnibus populis contra Epicureos, qui amplexi ſunt ſententiam Epicuri Græci, dicentis, Omnia fieri per accidens, neque in illis conſpici intentionem intendentis (*Dei*): hujus aſſeclæ vocantur Voluptuarii, quia Voluptas ipſis eſt ultimus Finis quæſitus, & Summum hominis Bonum. Vir autem Legis (*Legi Divinæ addictus*) nihil aliud petit à Legiſlatore, niſi ut ſit honoratus apud ipſum (*ne faciem ejus redire faciat vacuam, ſed ipſum exaudiat, juxta illud Pſal. 91. ver. 15.*), omnes ſuas voluntates tradens & committens Deo, & petens ab ipſo vel Doctrinam ſi fuerit Sanctus, vel Miracula & Gloriam (*gloriæ Divinæ manifeſtationem viſibilem*) ſi fuerit Propheta, aut Multitudo populi accepta (*Deo*); obſervatis tamen

in Lege commemoratis conditiónibus Temporum, Locorum, & Actionum vel Operum; neque curat Cauſas naturales & accidentales, ut qui novit, quòd ipſarum Malum à ſe depelli poſſit vel Doctrinâ (*divinâ*) quâ antè inſtructus eſt contra malum illud; aut per Gloriam (*ſigna & miracula*) quæ ipſi fit tempore mali illius: Bonum verò Cauſarum accidentalium non poſſit impediri vel ab impio, vel à pio: quòd item Bonum Impiorum ſit inter Cauſas naturales & accidentales, neque evitari poſſit malum illarum veniens: pios autem per eaſdem cauſas proſperari, & tutos eſſe à malo illarum.

Sed ferè digreſſus ſum à ſcopo & propoſito meo: ad illud itaque revertor & dico, Davidem b.m. tres cauſas *Mortis* adduxiſſe, quando dixit; 1. *Quia Dominus percutiet eum*; in quibus verbis continetur prima cauſa, DEUS videlicet; 2. *Aut dies ejus veniet, & morietur*; quibus continetur cauſa ſecunda Naturalis, 3. *Aut in bellum deſcendet, & conſumetur*; ubi habetur Cauſa tertia Accidentalis; 1. Sam. 26. 10. *Quartam*, electivam ſc. vel voluntariam, omiſit: nullus quippe homo eſt, qui eligat aut velit mortem. Licet enim Saul ſeipſum interfecerit, non id fecit, quòd eligeret aut vellet mortem, ſed ut averteret machinationes & opprobria inimici ſui. Similes partes vel Cauſæ deprehenduntur in *Sermone*. *Sermo* enim *Prophetarum* quando induuntur Spiritu ſancto, in omnibus & ſingulis verbis intenditur & dirigitur à Re Divina, neque ullum verbum conſiſtit in Libero Prophetæ arbitrio: *Sermo Naturalis*, ſunt indicia & motiones rebus convenientes, de quibus volunt

הענינים הנזכרים בתורה מן העתים והמקומות והמעשים ואיננו משגיח בסבות ה הטבעיות והמקריות ׃ וידע כי רעתם דחויה ממנו אם בלמוד שיתקדם לו בהצעה לרעה ההיא או בכבוד שיעשה לו בעת הרעה ההיא ׃ אך טובות הסבות המקריות איננה נמנעת מן הרשע כל שכן מהחסיד וטובות הרשעים היא בסבות ההם המקריות והטבעיות ואין דוחה לרעתם כשובא אבל החסידים יצליחו בסבות ההם והם בטוחים מרעתם וכמעט שלא א אצא מכונתי ועתה אשוב ואומ׳ כי דוד עליו השלום הביא שלשה חלקים בסבות המות ואמר כי ה׳ יגפנו והיא הסבה האלקית ׃ או יומו יבא ומת והיא הסבה הטבעית ׃ או במלחמה ירד ונספה והיא הסבה המקרית והניח החלק הרביעית רוצה לומר המבחרית כי אין אדם שיש לו דעת בוחר במות ואף על פי ששאול המית את עצמו לא מבחרו המות אך לדחות התעוללות האויב בו ׃ וכמו תחלקים האלה בדבור כי דבור הנביאים בעת שלובשת אותם רוח הקדש בכל דבריהם מכוון מן הענין האלקי ואין לנביא דבר בבחירה מדבריו ׃ והדבור הטבעי הם הרמזים והתנועות הראויות לעניינים

שרוצים להליץ בעדם ומביאה
הנפש אליהם בלעדי הסכמה
קודמת אבל הלשונות המייסכם
עליהם הם מורכבים מ
מעניינים טבעי ומבחרי ׃
והדבור המקרי הוא דבור
המשוגעים בעת שגעונם לא
יסודר ממנו ענין ולא יגיע אל
חפץ מכוון ׃ והדבור המבחרי
הוא דבור הנביא בעת
נבואתו או דברי הדעתן ה
המחשב המחבר מליצתו ו
ובוחר דבריו כפי שיראה שהוא
ראוי לכוונתו ׃ ואלו היה
רוצה היה מחליף כל דבר מהם
בזולתו ׃ ועוד אם היה רוצה
היה מניח ענין ולוקח זולתו
וישליחם כל החלקים האלה
אל האלקים יתברך בדרך
ההשתלשלות לא שהם בכונה
ראשונה ממנו ואם איננו כן
דברי התינוק ודברי מטורפי
הדעת ומליצת הדברן ושירי
המשורר דברי האלקים יתברך
מכל זה ׃ אבל טענת העצל
על הזריז באמרו כבר קדם
בדעת אלקים מה שיהיה
איננה טענה כי זה כמו אמרו
אלוהיה אמר לי כי אשר יהיה
אי אפשר לו שלא יהיה אומר
לו אמת הוא אבל לא תמנע
הטענה הזאת שיקח ה
האדם העצה הטובה ותזמן
כלי מלחמה לאויביך והמזון
לרעבונך כאשר יתברר לך כי
הצלתך או אבדתך אינם
נגמרים כי אם בסבות
האמצעיות

volunt [illegible] ai (*quas volunt aliis indigitare: vide par. 2. §. 72.*): ad eas inducit anima ſine inſtituto & conſenſu de eis præcedente: ſed linguæ ex conſenſu inſtitutæ, ſunt compoſitæ ex re naturali & electiva vel arbitrariâ. *Sermo Accidentalis*, eſt ſermo amentium tempore amentiæ ipſorum, ex quo nihil componi poteſt, quique non aſſequitur voluntatem intentam (*id quod intenditur*). *Sermo Electivus* eſt Sermo Prophetæ tempore Prophetiæ ipſius, aut Viri periti, eruditi, qui meditate componit orationem ſuam, & verba eligit, prout videt ea intentioni ſuæ eſſe convenientia, ita ut, ſi vellet, unumquodque mutaret in aliud, (*pro unoquoq; aliud adhiberet*), vel etiam, ſi vellet, rem vel materiam illam relinqueret, & aliam aſſumeret. Hæ partes (*Sermonis*) omnes poſſunt Deo attribui per concatenationem & dependentiam; non quòd ſint ab Ipſo intentione primâ (*& immediatâ*): ſecus enim dicendum eſſet, Verba puerorum, & mente captorum, orationem Oratoris, & Carmen Poëtæ, eſſe omni ex parte verba Dei.

Argumentatio verò Pigri contra ſedulum & diligentem, dicentis, *In mente Dei jam præceſſiſſe quod futurum eſt*, nulla eſt. Hoc enim perinde eſt ac ſi diceret; Id quod futurum eſt, non eſt poſſibile ut non ſit vel fiat. Dicam itaque ei; Verum hoc equidem eſt: interim tamen non impedit hominem, quin utatur conſilio bono, & te inſtruas armis bellicis contra inimicum tuum, cibo item contra famem, quandoquidem conſtat, tuam ſalutem vel interitum non poſſe perfici, niſi per cauſas ſecundas, è qui-

bus utique fortiſsima & efficaciſsima eſt, ut eligas vel diligentiam & ſtudium, vel indiligentiam & negligentiam. Neque eſt quod excipias vel argumentéris ab eo quod paucis accidit, & rarò, vel per accidens; dum ſcilicet aliquando videmus perire eum, qui diligentiâ eſt uſus, vel temerarium & ſtultum liberari. Nam nomen *Securitatis* longè aliam ſignificationem habet, quàm nomen *Periculi*: neque vir prudens fugit è loco ſecuritatis in locum periculi, prout fugit è loco periculi in locum ſecuritatis: Salus & liberatio, quæ accidit in loco periculi, dicitur eſſe miraculoſa: mors autem quæ contingit in loco ſecuritatis, dicitur eſſe præter naturam.

Diligentiam itaque eligere & adhibere omnes tenentur (*omnium eſt officii*), & ut eam adhibeat, *Conſilium meum* eſt ei, qui illi credit: Negligentia autem & Temeritas, conſilium eſt, hoc conſilium deſtruens (*illi contrarium*). Omnia tamen per Dependentiam redeunt ad Deum. Quod verò fit per Decretum Dei abſolutum, eſt Gloria (*glorioſa Dei manifeſtatio & præſentia*) & Miracula: & hoc non opus habet cauſis ſecundis, quamvis eas adhibere & neceſſarias facere poſſet, veluti Liberatio Moſis à fame per quadraginta dies ſine cibo: Perditio populi Senacharibi ſine cauſa viſibili & apparente (*externâ*). Cauſarum verò Divinarum (*Actionum merè & immediatè Divinarum*) apud nos nullæ ſunt cauſæ, quia eas ignoramus, & dicitur de illis, quòd Præparatio nihil ad eas proſit; quod eſt verum: ut præparationes animales (*ſpirituales*), Secreta nimirum Legis, ei qui illarum eſt peri-

האמצעיות ומכללם אך החזקה
שבחם שתבחר בזריזות
ובהשתדלה או בעצלה ובעכוב
ואל תטען במה שיקרה
למעטים ובעתות מעוטו' ובדרך
המקרה מאבוד המשתדל
והנצל המופקר הפתי כי שם
הבטחה יש לו ענין מובן בלתי
ענין שם הסכנה ואין דעתן
בורח אל מקום הסכנה
ממקום הבטחה כאשר הוא
בורח ממקום הסכנ' אל מקום
הבטחה ומה שיקרה במקום
הסכנה מן ההצלה יאמ' כי הוא
נפלא ומה שיקרה במקום
הבטחה ממיתה יאמר שהוא
דבר חוץ לטבע והבחירה
בהשתדלות חובה ומסבות
ההשתדלות עצתי זאת למי
שיאמין בה ומסיבות ההפקר
העצה שהיא סותרת העצה
הזאת ׃ והכל שב ב
בהשתלשלות אל האלקים ׃
אך אשר יהיה בגזירה גרידא
הוא הכבוד והאותו' וזה אין
מצריך אל סבות אמצעי'
ואפשר שיצריך אליהם כהצלת
משה מן הרעב ארבעים יום
מבלתי הכרת מזון ׃ ואבדן
עם סנחריב מבלי סבה נראית ׃
אך בסבות אלהיו' אינן אצלנו
סבות מפני שאין אנו יודעים
אותם ׃ ובהם יאמר כי לא
יועיל בהם ההזדמנות והוא
אמת אבל הזימונים הנפשיים
והם סודות התורה למי
שידעם והתחכם בהם הם

tus &

מועילים מביאים הטוב ודוחים
הרע : וכאשר ישתדל האדם
בסבות האמצעיות אחר שימסר
אל האלקים במה שנעלם
ממנו בלב שלם ימצא טוב ולא
יחטיא אבל הכנסו בסכנה
הגמורה לבטחונו באלקים
נכנס תחת ולא תנסו את ה'
אבל המאמר בשוא בצוותו
בעבודה למי שקדם בדעתו
שימרהו או שיעבדהו איננו
שוא כי כבר הקדמנו וביארנו כי
המרי והעבודה לא יגמרו כי אם
בסבות האמצעיות והיתה סבת
עבודת העובד הצווי בעבודה
וכן קדם בידיעתו שהוא עובד
ושסבת עבודתו שמוע תוכחתו
וכן קדם בדעתו מרי הממרה
בסבות האמצעיות אם בחברת
הרעים או בתגבורת מזג רע
או נטות אל התענוג והמנוחה
ותוכחתו לו מקל ממריו כי מן
המפורסם כי לתוכחת רשם
בנפש על כל ענין וכי הממר'
תתפעל נפשו לשמע התוכחות
אפילו מעט הפעלות כל שכן
כשתהיה התוכחת להמון כי
יש בהם על כל פנים מקבל
וכבר הועיל ואינו שוא :

תחלת ההקדמות אשר
בהם קיום העצה הזאת
ההודאה בסבה הראשונה
ושהוא עושה וחכם ושאין
במעשיו שוא אך כלם בחכמ'

tus, & eruditus, proſunt, bonum adducentes, & malum avertentes. Etcùm homo adhibet cauſas ſecundas, poſteaquam ſe Deo commendavit, in eo quod ab ipſo abſcondi tum eſt, corde perfecto, inveniet bonũ, neq; aberrabit: Sed ſi adeat periculum purum (*manifeſtum*) ex fiducia in Deum, incurrit in illud; *Non tentabitis Dominum Deum tuum.* Quod verò dicitur, *Fruſtraneum eſſe ei præcipere pietatem, de quo antea novit, quòd ei ſit rebellaturus, aut ipſum veneraturus*; id fruſtraneum eſſe nego: Jam antè enim expoſuimus, quòd Obedientia & Inobedientia non perficiantur, niſi per cauſas ſecundas: & cauſa Obedientiæ obedientis eſt Præceptum obedientiæ (*per quod ad eam incitatur*), & ſic antea præceſſit in Scientia ejus (*Dei*) quòd obediens ſit futurus, & cauſam obedientiæ ejus fore Auſcultationem redargutionis ſuæ: ſic in ejusdem ſcientia præceſſit Inobedientia inobedientis per cauſas ſecundas, ſeu ex pravo conſortio, ſeu ex vi temperamenti vitioſi, aut ex inclinatione ad voluptatem & otium: redargutio autem ſeu objurgatio alleviat rebellionem ejus, quia conſtat, redargutionem omninò relinquere impreſſionem in anima, & animam inobedientis affici ab auditu redargutionum, ſaltem aliquali paſſione, inprimis ſi redargutio fiat ad integrum populum: quia inter eos ſemper aliquis exiſtit, qui eam recipiat, & ſic prodeſt, neque eſt fruſtranea.

Ad hoc meum conſilium confirmandum, ſequentes obſerventur propoſitiones, vel Regulæ;

Prima eſt, ut confiteamur & agnoſcamus Cauſam primam, quòd ille ſit Factor ſapiens, nec in operibus ejus quicquam ſit fruſtra-

neum, ſed omnia ſint ſapientisſima & & ordinatisſima, ſine omni corruptione vel pravitate. Hoc confirmatur in anima per conſiderationem multarum rerum Creationis, (*apparentium & manifeſtarum*) per quæ fundamenta infiguntur animæ intelligentis (*etiam de paucis occultis*) ut credat, nihil eſſe in operibus vel actionibus ejus pravi: & licet id in quibusdam videatur eſſe, non tamē hujus rei causâ labefactatur fides ejus, ſed attribuit illud ignorantiæ animæ ſuæ, & tenuitati intellectus ſui (*conf. par. 3. §. 45*).

Secunda; Ut agnoſcamus Cauſas ſecundas, non tanquam Agentes, vel Efficientes, ſed tanquam Cauſas materiales, aut inſtrumentales: Nam ſemen (*virile*) & Sanguis (*muliebris*) ſunt materia hominis: Membra ſementationis conjungunt (*illa duo*): Spiritus & facultates (*Seminis & ſanguinis*) ſunt inſtrumenta utrinque inſervientia ex Voluntate Dei, & per iſta perficitur ejus Imago, delineatio, accretio, & nutritio. Quin & in aliqua re creata (*in diebus ſex creationis*) opus fuit causâ mediâ vel ſecundâ, veluti Pulvere terræ, qui materia fuit hominis. Itaque fieri non poteſt, ut non confiteamur & agnoſcamus Cauſas medias.

Tertia; Quòd Creator det cuique materiæ Formam optimam, & convenientisſimam, quam poteſt recipere; quòd item Deus benefaciat, neque ſuam gratiam, ſapientiam, & gubernationem ſubtrahat ulli rei: quòd etiam ex. gr. in Pulice & in Múſca æquè eluceat, ac in ordine Sphærarum (*vide. par. 1. §. 68. & par. 3. §. 17. & par. 4. §. 25.*), neque aliter differant res, quàm ratione materiæ ſuæ (*vide par. 4. §. 25.*). Itaq; non eſt quòd dicas; quare me non creavit Angelum? ſicut

וסדור אין בהם קלקול וכבר התיישב זה בנפשות בהתבונן ברוב הבריאה ומה שנשתרש ממנה בנפש המשתכל עד שהאמין שאין במעשיו קלקול ואם יראה במקצתם לא תתקלקל אמונתו בעבור זה אבל ייחסהו אל סכלות נפשו ומיעוט הבנתו׃

וההקדמה השנית ההודאה בסבות אמצעיות אך אינם פועלות אבל הם סבות על דרך החומר או על דרך הכלים כי השכב׳ זרע והדם חומר לאדם ואברי ההזרעה מחברים והרוחות והכחות כלים משמשים ביניהם בחפץ האלקי׳ ויגמר בהם צלמו וקוו וגדולו והזונו ואפילו בדבר ה הנוצר יש שצריך אל הסבה האמצעית כעפר אשר הוא חומר האדם וא׳ אפשר שלא להודות בסבות אמצעיות׃

וההקדמה השלישית כי הבורא יתברך נותן לכל חומר הטובה שבצירות שאפשר לו לקבל והמתוקנות שבהם ושהוא יתברך מטיב לא ימנע חנינתו וחכמתו והנהגתו מ מדבר וכי חכמתו בפרעוש וביתוש על הדמיון איננה מקצרת מחכמתו בסדור ה הגלגלים אך התחלפו הדברים מחמת חמריהם ואין לך לאמר למה לא בראני מלאך כאשר

אין לתולעת לאמר למה לא בראני אדם :

וההקדמה הרביעית ההודאת כי למציאות מדרגות עליונות ותחתונות וכל מה שיש לו הרגש והשגה וחוש מעולה מאשר אין לו זה בעבור קורבתו ממדרגת הסבה הראשונה אשר הוא השכל בעצמו וכי הפחות שבצמח יותר מעולה במדרגה מן המעולה שבמוצאים והפחות שבבהמה יותר מעולה במדרגה מן המעולה שבצמח והפחות שבאדם יותר מעולה במדרגה מן המעולה שבבהמה : וכן הפחות שבבני תורת האלקים יותר מעולה במדרגה מן המעולה שבאומות עכום שאין בהם תורת האלקים : כי התורה שהיא מאת האלקים מקנה הנפשות מנהג המלאכים ותכונתם וזה מה שאין משיגי' אותו בלמוד : והראיה על זה כי ההתמדה על מעשה התורה ההיא מביאה אל מדרגות הנבואה אשר היא הקרובה שבמדרגות האנושיות אל האלקים אם כן בעל התורה הממרה טוב מאשר אין לו תורה כי הוא כבר הקנתהו תורת האלקים מנהג מלאכותי השקיף בו על מדריגת ה המלאכים אף על פי שמריו בלבל אותו עליו והפסיד נ נשאר לו ממנו רשמי' ונשאר כאש הכוסף אליו אבל אם

ſicut Vermis non eſt quod dicat, quare me non creavit hominem?

Quarta; Ut confiteamur, quòd Entia habeant gradus ſuperiores & inferiores: Nam quicquid habet ſenſationem (*vitam*) apprehenſionem, & ſenſum, pręſtantius eſt eo, quod hæc non habet; quia propiùs accedit ad gradum Cauſæ primæ, quę eſt Intellectus in ſubſtantia ſua: minima item Planta dignitatis gradu ſuperat præſtantisſimum metallorum: & minima Beſtia nobiliorem habet gradum præſtantisſimâ plantâ: minimus Hominum gradum habet digniorem, quàm præſtantisſima beſtia; minimus deniq; Filiorum Legis Dei nobiliorem habet gradum, quàm pręſtantisſimus gentium Idololatricarum, qui Legẽ Dei non habent. Nam Lex, quæ eſt à Deo, acquirit Animabus Angelorum qualitatem & proprietatem: hanc verò non apprehendunt per doctrinam (*ratiocinationem naturalem*). Ratio hujus rei eſt, quia continuatio operum Legalium illorum adducit ad gradum Prophetiæ, qui eſt inter gradus humanos Deo proximus. Unde rebellis vel contumax, qui habet Legem (*Divinam*), melior eſt eo qui non habet Legem, quia illa ei jam acquiſivit qualitatem Angelicam, quâ inſpicit in gradum Angelorum: & licet ejus rebellio vel inobedientia illam (*qualitatem*) diſturbet & corrumpat, remanent tamen in eo impresſiones, & quaſi ignis eam appetens; ut ſi optio ei daretur, non eligeret eſſe

in gradu ejus qui Legem non habet, quemadmodum homo ægrotans & doloribus afflictus, ſi ei daretur optio, utrum mallet eſſe equus, aut piſcis, aut avis, alacris & doloris expers, ita ut ſeparatio fieret inter ipſum & Intellectum, qui eum appropinquare facit ad gradum Divinum, illud non eligeret.

V. Quòd Animæ audientium accipiant ſignaturam vel impreſſionem ab increpatione redarguentis, ſi illa fiat verbis gratis & acceptis. Et ſanè omninò Increpatio habet utilitatem; & licet non convertat inobedientem, ne faciat malum, accenditur tamen ex ea in ipſius anima quædam ſcintilla, quâ videt, opus illud ſuum (*vel agendi illam rationem*) eſſe malum, quæ eſt pars Converſionis, & ejus initium.

VI Quòd Homo inveniat in Anima ſuâ potentiam vel faciendi, vel omittendi malum, in rebus quæ ipſi ſunt poſſibiles: quod ei eſt impoſſibile, non eſt impoſſibile, niſi propter defectum cauſarum ſecundarum, aut propter ignorantiam illarum. Exemplum hujus rei ſit pauper peregrinus: ille neſcit regere, hoc eſt, dominari populo, hocque ei eſt impoſſibile: quod ſi verò ei adeſſent cauſæ mediæ vel ſecundæ, & ſapientiam haberet illas adhibendi, (*pro rei, temporis, loci, vel aliarum circumſtantiarum neceſſitate*) perficeretur voluntas ejus, non aliter ac perficitur in eo, cui cauſæ mediæ præſentes ſunt, qui eas novit, & (*pro re nata*) poteſt regere: Talis dominatur vel imperat domui ſuæ, liberis & ſervis ſuis, & quod magis eſt, membra

היו נותנין לו הבחירה לא היה בוחר שיהיה במדריגה מי שאין לו תורה כאשר האדם כאשר יחלה ויעונה ב במכאוביו. אלו היו נותנין לו הבחירה שיהיה סוס או דג או עוף מתענג בלי מכאוב ויבדל בינו ובין השכל אשר יקרבהו אל מדרגת האלהות לא היה בוחר בו :

וההקדמה החמשית כי נפשות השומעים מקבלות רושם לתוכחת המוכיח כאשר תהיה בדברי מקובלים ו ולתוכחת באמת על כל פנים תועלת ואם איננה משיבה הממרה מעשות הרע יקדח בנפשו מן התוכחת ההיא ניצוץ ורואה כי המעשה ההוא רע וזה חלק מן התשובה והתחלה לה בו :

וההקדמה הששית כי האדם מוצא מנפשו יכולת לעשות הרע ועזבו הענינים אשר הם אפשר לו ומה שנמנע ממנו לא נמנע כי אם להעדר הסבו׳ האמצעיות או לסכלות האדם בהם : והדמיון בזה רש נכרי איננו ידע להנהיג רוצ׳ למשול בעם וזה נמנע ממנו ואלו היו נמצאו׳ הסבות האמצעיות ויהיה הוא חכם להתעסק בהם היה נגמר רצונו כאשר נגמר רצונו במי שסבותיו נמצאו׳ וידעם ויצהיג׳ ממה שמושל בביתו ובבניו ובעבדיו ויותר מזה אבריו ע״ע כאשר

ſua pro

ירצה וידבר במה שירצה ויותר
כזה מחשבתו ודמיונו יצייר לו
הקרוב והרחוק בעת שירצה
ועל הענין שירצה כי הוא
מושל בסבותיו האמצעי' ועל
כן לא יתכן שינצח החלש
את החזק בשחוק האשקאקש
הנקראת שטרנג בערבי ולא
יאמר הצלחה ורוע מזל א
אשדשיר ובמלחמת ה
האשקאקש כאשר יאמר ב
במלחמת שני המלכים
הנלחמים כי סבות האשדשיר
ומלחכת שטרנג נמצאות כלם
וינצח החכם בהנהגתו תמיד
ולא יירא סבה טבעית שצריך
להתנו' בה ולא סבה מקרית
אלא בעת נכרי מחמת
התעלמות וההתעלמו' נכנס
בסכלות כאש' אמרנו ועם
כל זה הכל מיחס אל הסבה
הראשונה בדרכים הנזכרים
אך אל הכונה הראשונה
בחדושי בני ישראל כל ימי
היות השכינה בתוכם ו' אבל
אחר כן הענין מסופק אלא
בלבות המאמיני' האם ה
החדושי האלה בכונה ח
הראשונה מן האלקים או
בסבות גלגלים או מקרים : ואין
טענה פוסקת אך הטוב שייוחס
הכל אליו יתברך כל שכן ח
הדברים הגדולים כמות :
והנצוח : והמלחמות : ו
וההצלחה : והחסרון : והדומה
לזה :

ſua pro lubitu ſuo movet, loquitur quotieſcunque vult; imò cogitatio & imaginatio ejus fingit ſibi tam propinqua, quàm longinqua quandocunque vult, & de quacunque re vult: quia dominatur cauſis mediis. Non enim poteſt debilior vincere fortiorem in ludo latrunculorum, qui אשקאקש *Schachim* vocatur, Arabicè אשטרנג neque dicitur Fortuna vel infortunium eſſe in ludo latrunculorum & certamine Schachico, quemadmodum id dici ſolet de bello duorum Regum belligerantium, quia cauſæ illorum ludorum omnes habentur, & ſapientior vel peritior ſuâ prudenti gubernatione ſemper vincit, neque metuit cauſam naturalem, cum qua paciſci oporteat, vel çauſam accidentalem, niſi fortè rariſſimè & inſolenti aliquo tempore, propter occultationem (*veri ductus obſervandi*): hæc autem occultatio ingreditur Ignorantiam, ſicut diximus. Et tamen utut hæc ſint, omnia per vias vel modos commemoratos (*per cauſas ſecundas*) referuntur ad Cauſam primam. Sed ad Intentionem ejus primam (*referuntur*) res innovatæ (*extraordinariè, & miraculosè factæ*) inter filios Iſraëlis, quamdiu Majeſtas Divina præſens fuit in medio illorum: quamvis poſtea res facta ſit dubia (præterquam in cordibus fidelium), an illæ res fuerint intentione primâ à Deo, an verò per cauſas cœleſtes, vel accidentales! (*poſteaquam ſc. præſentia Divina extraordinaria ab illis fuit ablata*). Cujus rei decidendæ argumentum evidens equidem non habemus; optimum tamen eſt, ut omnia Deo attribuantur, inprimis res magnæ, uti ſunt Mors, Victoria, Bella, Proſperitas, Paupertas & ſimilia.

CONCLUSIO LIBRI

XXI. *Judæus*; Hujus & ſimilium rerum inveſtigatio bona eſt, ut & inquirere in qualitatem judiciorum Dei quæ exercet in ſervos ſuos; quomodo illa dependeant ab eo, à quo illa ſuſpendit Propheta. b. m. dum dixit; *Viſitans iniquitatem Patrum in filiis, eorum qui ipſum oderunt: exercens autem benignitatem in millenos, eorum qui ipſum diligunt*; proportionem item ſingulorum peccatorum & pœnarum, juxta ea quæ hac de re habentur in Scriptura, & verbis Rabbinorum noſtrorum; quænam ſint ea quæ convertunt hominem ad pœnitentiam, & quæ non convertunt eum; Pœnitentiæ conditiones & requiſita; quænam afflictiones veniant per modum probationis & tentationis, & quę per modum pœnæ & ultionis peccati præcedentis; quæ item per modum permutationis vel viciſſitudinis (*ut Deus poſtmodum ei benefaciat*), ſeu in mundo hoc, ſeu in mundo futuro; quæ denique propter iniquitatem patrum; quæ Bona veniant propter merita præcedentia, vel propter merita patrum, vel ad probandum & tentandum; Commixtionem modorum iſtorum (*quando ſc. plures cauſæ concurrunt & conjuncta ſunt*) & alia, quorum ſcientia eſt profunda, & non niſi poſt multarum cauſarum inveſtigationem indagari poteſt; veluti, cur juſto ſæpè ſit malè & impio benè? Quorum ratio non manifeſta eſt, illa relinquentur Scientiæ & juſtitiæ Dei; homo verò agnoſcet, ſe cauſas etiam manifeſtas non ſufficienter intelligere, nedum occultas: Et cùm pertinget in verbis vel ratiocinationibus ſuis ad Subſtantiam primam, ac proprietates ejus, ſeparabitur ab eis, & videbit ſibi oppoſitum.

חתימת הספר

כא אמר החבר זה והדומה לו החקירה עליו טובה ועל איכות דיני האלקים בעבדיו ותלותם במה שתלאם הנביא עליו השלום מן פוקד עון אבות על בנים לשונאיו ועושה חסד לאלפים לאהביו ושקול עון ועון עם עונש ועונש ממה שבא במקרא ובדברי רבותינו ומה שמשיבין אותו בתשובה ומה שאין משיבין ותנאי ה התשובה ומה שיבא מן הצרות על דרך הבחינה והנסיון ועל דרך הפרעון מעון שקדם ועל התמור' בעולם הזה ועל דרך התמור' בעולם הבא או בעבור עון אבות ומה שיבא מן הטובות לזכות שקדם או בעבור זכות אבות או לבחינת ונסיון: והמזג הפנים האלה זולתם ממה שדעתם עמוקה ואפשר שיגלה בחקירת ברוב הסבות כצדיק ורע לו רשע וטוב לו: ומה שאיננו נגלה ימסר בו הענין אל דעת ה האלקים וצדקו ית' ויודה האדם בסכלותו בסבות האלה הנגלו' כל שכן הנסתרות וכאשר יגיע בדבריו אל העצם הראשון ומה שהתחייבו בו מן המדות יבדל מהם ורואה

בעדם מסך אור בהיר מנצח
הראות וימנע ממנו השיגו
בעבור קצרת ראותנו ודעתנו
לא בעבור הסתרו והחסרו כי
הוא בהיר ונגלה ומפורסם
ביותר אצל בעלי הראות
הנבואיו׳ משיצטרכו אל הבאת
ראיה: ותכליתנו מהכרת
אמתתו שנכיר בטבעיות מ
מה שלא היתה סבה דבר מן
הטבעים ונייחסהו אל כח בלתי
גשמי אבל כח אלקי כאשר
אמר גאלינוס בכח המצייר וישי׳
לו יתרון על שאר הכחו׳ ורואה
שאיננו מחמת המזג אבל
לענין האלקי ובאותות שאנחנו
רואים בהפוך עין העצמים
ושנוי המנהגים ובריאת נ
נמצאות לא היו מבלי תחבולה
קודמת וזהו ההפרש בין
מה שנעש׳ על ידי משה ובין
מה שעשו החרטומים בלטיהם
אשר אם היו מחפשים עליהם
היו מוצאים התחבולה כמו
שאמר ירמיה הבל המה מעשה
תעתועים בעת פקודתם
יאבדו ר״ל אם תפקדם ותחפש
עליהם יהיו לאפס כדבר
המזוייף והענין האלהי כל א
אשר תחפש עליו תמצאהו
כזהב הנקי וכאשר יגיע אל
המדרגה הזאת נאמר כי יש
שם בלי ספק ענין שאיננו

ſitum velamentum Lucis clarisſimæ, viſum vincentis, quam apprehendere ipſi eſt impoſſibile; propter imperfectionem viſus & ſcientiæ noſtræ, non propter illius abſconſionem vel defectum, quia clarisſima, ſplendidisſima & manifeſtisſima eſt iis qui viſiones habent Propheticas, ut nullis opus habeant rationibus & probationibus (*vide par. 4. §. 3.*): Summa enim cognitio noſtra de Dei veritate (ſeu *de Deo*) conſiſtit in hoc, 1. quòd cognoſcamus, in rebus naturalibus quædam eſſe, quæ nullas habent cauſas à naturis, hoc eſt, Elementis, unde ea attribuimus virtuti non corporeæ, ſed Divinæ, ſicut Galenus ait de Facultate formatrice (*quæ ineſt ſemini*), præcellentiam ei largiens ſupra omnes reliquas Facultates, & exiſtimans, hanc Facultatem non eſſe à temperamento, ſed à Re Divina. 2. (*cognoſcimus Deum*) per ſigna & miracula quæ videmus, veluti ſunt Converſio ſpeciei externæ ſubſtantiarum, mutatio conſuetudinum (*rerum ordinariarum & ſolitarum*), creatio entium quæ antea non fuerunt, ſine præcedente aliqua ſolertia (h. e. *ſine ullis adhibitis præſtigiis, incantationibus & ſimilibus ſuperſtitionibus*). Et hæc eſt differentia inter ea quæ facta ſunt per Moſen, & inter ea quæ facta ſunt à Magis incantationibus ſuis, in quibus, ſi accuratè fuiſſent examinata, inventę fuiſſent pręſtigiæ, ſicut Jeremias dicit; *Vanitas ſunt, opus erroneum vel illuſorium, in tempore viſitationis eorum peribunt*, Jer. 10. 15. h. e. ſi viſitaveris & examinaveris, illa, nihilum erunt ceu res falſa: id verò quod per Moſen factum eſt, quò magis examinabis & explorabis, tantò magis invenies illud inſtar auri puriſſimi. Ad hunc gradum ubi pervenitur, dicere ſolemus, illic abſq; dubio eſſe aliquid, quod non ſit corporeum,

ſed omnia corporea regat, in cujus indagatione mentes noſtræ deficiunt. Itaque probabimus Opera Dei Benedicti, & continebimus nos ab enarranda ſeu explicanda eſſentia ejus: nam ſi apprehenderemus ejus veritatem (*verè, uti eſt, aſſequi poſſemus*), cederet id ad ejus imperfectionem. Neque eſt quod attendamus ad verba Philoſophorum, qui Mundum Divinum (*ab omni materia abſtractum*) in gradus dividunt, ſed, juxta nos, omnes illi (*gradus*) ſunt gradus Divinus, ab uno (*Deo*) qui (*ſolus*) ſeparatus vel immunis eſt à corporeitate, neque niſi Deus eſt, qui omnia corporea regit. Quod autem Philoſophos induxit ad multiplicandos Deos, fuit, quòd deprehenderint motus plures orbium cæleſtium, quos numerarunt, & plures quàm quadraginta invenerunt. Cenſuerunt itaque, unumquemque illorum motuum cauſam habere ab altero diverſam, atque adeò etiam eò deduxit eos ſpeculatio ut ſtatuerent, motus illos eſſe voluntarios, non neceſſarios, vel naturales, & porrò quoque concluderent, unumquemq; motum eſſe ab anima, & unamquamq; animam habere Intellectum, & Intellectum unumquemque eſſe Angelum à materia abſtractum: Hos Intellectus, vel Intelligentias has vocarunt *Deos, Angelos, Cauſas ſecundas*, & aliis nominibus. Ultimus illorum graduum, & nobis proximus, eſt ipſis *Intellectus Agens*, de quo dicunt, quòd regat Mundum hunc inferiorem, exinde *Intellectus Materialis*, dehinc *Anima*, pòſt, *Facultates naturales & vitales, ut & facultas ſingulorum membrorum*. Quæ omnia ſubtilitates ſunt gignentes acumen, non veritatem, & qui iis ſeducitur, omninò eſt Epicureus. Mittamus itaq; Ratiocinationes Kar-

נשמי מנהיג כלל השמיורת ודעותינו גלאות מחקור עליו אם כן נבחן בפעליו יתבר' ונעמוד מספר עצמי כיאלו היינו משיגים אמתתו היה זה חסרון בו ואל נשגיח לדברי ה הפילוסופי' אשר מחלקים העולם האלהי אל מדרגות אך כלם אצלנו מדרגה אלהית מאחד שנפרד מההגשמות ואין כי אם אלוה מנהיג הגשמיים ואשר הביא ה הפילוסופים להרבות האלקים בחינתם תנועות הגלגלים ספרום והגיעום אל יותר מארבעי' וראו כי לכל תנועה מהם סבה זולת סבת האחרת והוציא להם העיון כי התנועות ההם חפציות לא הכרחיות ולא טבעיות והתחייב שתהיה כל תנועה מנפש ולכל נפש שכל והשכל ההוא הוא מלאך נפרד מחומר וקראו השכלים ההם אלקים ומלאכים ועלות שניות וזולת זה מהשמות ואחרית מדרגתם והקרוב מהם אצלינו השכל הפועל אמרו כי הוא מנהיג העולם הזה התחתון ואח' כן השכל ההיולני ואחר כן הנפש ואחר כן הכחות הטבעיו' והכחות החיוניות וכח אבר אבר וזה כלו דקדוק יקנה חדוד לא אמת והנפתה לו על כל פנים אפיקורוס ונעזוב ראית הקראים במצות

דוד לבנו ׃ ועתה שלמה בני דע את אלהי אביך ועבדהו וראיתם מזה שצריך לדעת את האלקים ידיעה ברורה ואחר כן התחייב עבודתו אבל הזהיר לסמוך על אביו וזקניו להאמין באלקי אברה' יצחק ויעקב אשר דבקה בהם השגחתו וקיים להם יעודיו בהרבו' זרעם והנחילם ארץ כנען וחנות שכינתו בתוכם ׃ וזולת זאת והדומה לו וכמו זה הוא אמרו אלקים אשר לא ידעום ואשר לא ידעתם לא רצה בהם הידיעה באמתתם. אבל אשר לא תראו מהם לא טוב ולא רע ואין צריך שתקוו' ולא שתיראום ׃

כב ואחר כן היתה מענין החבר שהסכים לצאת מארץ כוזר ללכת ירושלם ויחר למלך כוזר על פרידתו ודבר עמו על זה ויאמ' לו מה תבקש היום בירושלם ובארץ כנען ׃ והשכינה נעדרת מהם והקורבה אל האלקים מושגת בכל מקום בלב הטהור והכוסף החזק ולמה תכנים עצמך בסכנת המדברות והימים והאומות המתחלפות ׃

nes Karraitarum, qui ex eo quod David filio ſuo præcepit, dicendo; *Tu verò Salomon fili mi*, דַע ſcito *Deum patris tui, & ſervi illi*, 1. Chron. 28. 9. argumentantur & concludunt, (*ex voce* דַע Scito) ſciendum eſſe Deum ſcientiâ clarâ (*& demonſtrativâ per rationes intellectuales & ſpeculativas*), & hinc demum ſequi ejus cultum: Aſt monet vel hortatur ibi (*David filium ſuum*) ut inſiſtat veſtigiis Patris ſui & majorum ſuorum, credendo in Deum patrum ipſorum, Abrahami, Iſaci, & Jacobi, quibus adhæſit (*ſingulariter*) Ejus providentia, quibusque promiſſiones ſuas implevit, ſemen ipſorum multiplicando, hæreditario jure Terram Canaan eis donando, Majeſtatemque ſuam Divinam inter ipſos habitare faciendo, & alia ſimilia. Et ſimile eſt, quod alibi dicitur; (*h.e. eodem ſenſu accipitur verbum* יָדַע *in ſeqq. locis pro ſcientia acquiſita ex miraculis Divinis & experientia*); *Et coluerunt Deos* אֲשֶׁר לֹא יְדָעוּם *quos non ſciverunt*, Deut. 29. 26. item: *Eamus poſt Deos alienos, quos non* יְדַעְתֶּם *ſciviſtis*, Deuter. 13. 2. in quibus locis non intelligitur per *τὸ Scire* vel *Cognoſcere*, Scientia vel cognitio veritatis & naturæ illorum, ſed ſenſus eſt; *A quibus neque bonum neque malum unquam vidiſtis, unde non eſt quod vel in eos ſperetis, vel eos timeatis.*

XXII. Poſt hæc res Socii Judaici tulerunt, ut conſtitueret proficiſci è terra Coſar, & iter ſuſcipere Hieroſolymam. Quam ſeparationem cùm moleſtè ferret Rex Coſar, idcirco loquutus eſt cum eo, & dixit ad ipſum; Quid quæres hodiè Hieroſolymis & in Terra Canaan? Majeſtas Divina abſceſſit ab eis, & undiquaque patet acceſſus ad Deum, cum corde puro, & deſiderio ardenti. Ad quid teipſum conjicies in pericula deſertorum, marium, & populorum variorum?

אמר

XXIII. *Judæus*; Majeſtas ſeu *Præſentia Divina Viſibilis* eſt quæ ſubtracta ipſis eſt: ea enim non revelatur, niſi Prophetæ aut Multitudini populi acceptæ (*Deo grata*) & in loco proprio ac peculiari (*in Terra ſancta*). Et hæc eſt illa quam præſtolamur, juxta id quod dicitur; *Quia oculo ad oculum videbunt, quando reducet Dominus Tzijonem*, Jeſa. 52. 8. Hinc etiam dicimus in Precatione quadam noſtra; *Et videant oculi noſtri cùm reduces Tzijonem*: Sed *Majeſtas Divina occulta & ſpiritualis* eſt cum omni Iſraëlita indigena, & cum omni qui Legi (*Dei*) veræ adhæret, atq; inculpatus eſt in ſuis actionibus, corde mundo, & animâ purâ, erga Deum Iſraëlis. Terra quoq; Canaan peculiariter eſt Dei Iſraëlis, & actiones (*Legales*) non perficiuntur niſi in ea: multa etiam præcepta fruſtra obſervantur ab eo, qui non habitat in terra Iſraëlis: Cor item & Anima non poſſunt eſſe pura & munda, niſi in loco de quo conſtat quòd ſit Deo dicatus. Etenim ſi hoc fiat in ſimilitudine & parabolâ (*h. e. in loco ad ſimilitudinem & imitationem Templi Hieroſolymitani exſtructo, & Dei cultui dicato, uti ſunt Synagogæ & Eccleſiæ*) quanto magis fiet in loco qui revera talis, ut ſuprà expoſuimus (*par. 1. §. 97.*), & deſiderium ejus excitabitur, animaque purificabitur; maximè ſi quis in eum proficiſcatur è loco longinquo, & is, qui ob commiſſas iniquitates quærit (*hac ratione*) expiationem apud Deum, cuique impoſſibile eſt ſacrificia offerre, quæ unicuique iniquitati (*in Lege*) ſunt aſſignatæ, tam pro iis quæ ex ſuperbia, quàm quæ ex errore ſunt commiſſæ, & nitatur ei quod Rabbini noſtri dixerunt; *Exilium expiat iniquitatem*, ſi inquam Exilium ſuſcipiatur in locum Deo gratum. Quod ad Pericula attinet, quæ tali ſunt adeunda

כג אמר החבר השכינה הנראית עין בעין היא אשר נעדרה כי איננ' נגלית כי אם לנביא או להמון נרצה ב במקום המיוחד והיא אשר אנחנו מצפים לה כאמרו כי עין בעין יראו בשוב ה' ציון ׃ וכאמרנו בתפלתנו ותחזינ' עינינו בשובך לציון אך ה השכינה הנסתרת הרוחנית היא עם כל ישרא' אזרחי ועם כל בעל דת האמתית זך המעשי' טהור הלב נפשו ברה לאלהי ישראל וארץ כנען מיוחדת לאלהי ישראל ו והמעשים לא ישלמו כי אם בה והרבה ממצות ישראל בטלו' ממי שאינו דר בארץ ישראל והלב והנפש אינם טהורי' חכים כי אם במקום שיודעים בו שהוא מיוחד לאלקים ׃ ואלו היה זה בדמיון ובמשל כל שכן שהוא אמת כאשר קדם באורו ׃ ותתעורר התשוקה אליו ותטהר הנפש בו כל שכן מי שהולך אליו ממקום רחוק וכל שכן למי שקדמו לו עונות והוא מבקש כפרת האלקי' ואי אפשר לו בקרבנות אשר היו קבועי' לכל עון ועון מזדון ושגגה ויסמוך על מה שאמרו רבותינו גלות מכפרת עון כל שכן אם יהיה הגלות למקום רצוי אבל

הסכנה בים וביבשה איננה
נכנסת באמרו לא תנסו את
ה' אלקיכ' אך סכנה שהוא
מסוכן כמו מי שתהיה לו
סחורה מקוה שירויח ואלו
היה מסוכן יותר מזה מצד
כספו כפי תשוקתו וקוו ה
הכפר היה הדין עמו בהכנסו
בסכנות אחר אשר חשב עם
נפשו והודה על מה שעבר
מימיו והסתפק בו והחזיק
בשאר ימיו ברצון אלקיו ו
ונכנס בסכנה ואם יצילנו
אלקיו ישבח ויודה ואם
ימיתהו בעוונתיו ירצה ויודה
כי התכפר לו רב עונותיו ו
ורואה אני זה יותר עצה טובה
מאשר יסכנו בנפשם במלחמות
בעבור שיזכרו בגבורה או
בעבור שיקחו שכר גדול ו
ושיותר קלה היא הסכנה
הזאת מאשר יכנסו במלחמת
הרשות כדי לקבל שכר על
המלחמה :

כד אמר הכוזרי לפנים היית
בוחר בחירו' ואני רואה א
אותך עתה שאתה רוצה
להוסיף עבדות וחובות שתהית
חייב בהם כשתדור בארץ
ישראל במצות שאין אתה
חייב בהם הנה :

כה אמר החבר אבל אני מ
מבקש החירות מעבדות הרבי'
אשר אני מבקש רצונם ואינני

adeunda & ſubeunda terrâ mariq́ue, illa non incurrunt in id quod dicitur; *Non tentabitis Dominum Deum veſtrum*; ſed intelliguntur hîc ea, quibus quis ſe exponit, qui negotiationem habet ſpe lucri. Quin ſi alter ille majoribus periculis ſe obiiceret, ex deſiderio & ſpe expiationis (*iniquitatis conſequendæ, ut ante*); tamen rectè faceret pericula iſta adeundo; eò quòd rationibus ſubductis cum anima ſua & confeſſione factâ, pro omnibus per totam ſuam vitam commiſſis & præteritis (*extra terram*), ab iis cupiat deſiſtere, & ſibi proponat, reliquum vitæ ſuæ tempus ſecundum voluntatem Dei tranſigere (vel, *in favore & gratia Dei*), & hoc nomine periculis ſe committat: Si Deus ex illis ipſum liberaverit, cum laudabit, gratiasq́ue ei aget: ſi eum occiderit, vel mori ſiverit in iniquitatibus ejus, & ſic acquieſcet, gratias aget, & credet, expiatas eſſe multas inquitates ſuas. Hoc conſilium mihi videtur eſſe longè melius, quàm eorum qui vitam ſuam periculis objiciunt in Bellis, ut fortitudinis nomine celebrentur, vel mercedem amplam conſequantur: & levius mihi videtur hujusmodi periculum, quàm eorum qui ſe conferunt liberè in bellum mercenarium.

XXIV. *Coſri*; Antea eligebas Libertatem (*par.1.§.115. & par.4.§.23.*) nunc video te præferre Servitutem, & officia vel onera, ad quæ obſtrictus eris, quando habitabis in terra Iſraëlis, præceptorum ſc. quorundam obſervationem, à quibus hîc es immunis.

XXV. *Judæus*; (*Nequaquam*): Imò quæro tantùm libertatem à ſervitute plurium, quorum gratiam & favorem aucuper, nec tamen aſſequor,

etiamſi eò annitar omnibus diebus vitę meę; quin & ſi maximè eam aſſequerer, mihi tamen nihil prodeſſet; hoc eſt, Libertaté à ſervitute hominum, & quærendâ gratiâ illorum: quæro autem Servitutem alterius, cujus gratia exiguo labore acquiri poteſt, & prodeſt in hoc & futuro ſeculo; Gratiam ſc. & Favorē Dei. Ejus Servitus eſt Libertas vera, & Humiliatio corā ipſo, eſt vera Gloria.

XXVI. *Coſri*; Quando hæc omnia credis, quæ dicis, Deus ſciet occulta tua, & Miſericors Deus cor duntaxat requirit, ſciens occulta, & revelans abſcondita (*ac proinde, vult dicere, ſufficit tibi fides tua, neq; neceſſe eſt, ut in peculiarem locum te conferas, ſed perinde eſt, in quocunque loco fueris*).

XXVII. *Judæus*; Hoc verum eſt, ſi Opus vel Actio ſit impoſſibilis, ſed in medio quaſi poſitus eſt homo inter ſua deſideria, ſeu voluntates, & actiones ſuas (*ita ut in libero ejus arbitrio & poteſtate ſitum ſit, res poſſibiles vel facere, vel omittere*); ac proinde reus vel culpabilis ſit, quando mercedem apparentem non elicit (*perfectam*) per actum bonum apparentem (*perfectum*). Unde dicitur; *Et clangetis tubis illis, & in memoria eritis coram Domino Deo veſtro*; Item; *Et erunt vobis in memoriam coram Domino Deo veſtro*, Num.10.℣.9.10. Item; *Memoriale clangoris*, Levit.23.24. non quòd Deus opus habeat memoriali; ſed quòd Opera illa opus habeant perfectione, & tùm demùm idonea ſint ad promerendum mercedem, quemadmodum Oratio opus habet externâ pronuntiatione, ut perfectæ & abſolutæ deprecationis & orationis formam habeat. Actio enim & Intentio, quando perfecta ſunt prout oportet, demùm habent retributionem, per *ἀνθρωποπαθείαν*, ac ſi eſſent memoriale

משיגו ואפי' אם אשתדל בו כל ימי חיי ואלו הייתי משיגו לא היה מועיל לי רוצה לומר עבדות בני אדם ובקשת רצונם ואבקש עבדות אחר ישיג רצונו בטורח מעט והוא מועיל בעולם הזה ובבא והוא רצון האלקים : ועבודתו היא החירות האמתי והשפלה לו היא הכבוד על האמת :

כו אמר הכוזרי כאשר אתה מאמין בכל מה שזכרת כבר ידע האל מצפונך ורחמנא לבא בעי יודע המצפונים ומגלה הנסתרות :

כז אמר החבר זה אמת כאשר ימנע המעשה אבל האדם מונח בינו ובין מאויו ומעשהו והאדם נאשם כאשר אינגו מביא השכר הנראה אל המעשה הטוב הנרא' ועל כן נאמר והרעותם בחצוצרות ונזכרתם לפני ה' אלקיכם והיו לכם לזכרון לפני ה' אלקיכם זכרון תרועה לא שהאלקים צריך הזכרה והערה אך שהמעשים צריכים לשלמות ואז יהיו ראוים לגמול כאשר צריכים עניני התפלה לבטא בהם אל השלמות הגמור מהתחנה והבקשה וכאשר יהיה המעשה והכונה שלמים כראוי יהיה עליהם הגמול ויהיה זה על דרך בני אדם

כאלו הוא זכרון ודברה תורה
כלשון בני אדם ואם היה
המעש' בלעדי כונה או כונה
בלתי מעשה תאבד התוחלת
אלא במה שא' אפשר המצאת
הכונה והתודות אל המנע
המעשה מועיל קצת תועלת
בהתודותינו בתפלתנו באמרנו
מפני חטאינו והדומה לזה :
ובהערת בני אדם והתעוררותם
אל אהבת המקום הוא הקדוש
ינחץ הענין המיוחל שכר גדול
וגמול רב כמו שנאמר אתה
תקום תרחם ציון כי עת
לחננה כי בא מועד כי רצו
עבדיך את אבניה ואת עפרה
יחננו רוצה לומר כי ירושלם
אמנם תבנה כשיכספו בני
ישראל לה תכלית הכוסף עד
שיחוננו אבניה ועפרה :
כח אמר הכוזרי אם הדבר
כן מנעך אשם ועזרך מצוה
האלקים יעזרך על כונתך
ויגזור לך הטובה כבקשתך
והשתדלותך ויהיה לך עוזר
וסומך וירבה שכרך על בר
לבך ומצפונך כי הוא בעל
הטובה ואלקי החסד והגמול
אין אלוה כבלעדיו ואין צור
זולתו יעשה עמך כחסדו עם
המכוונים כונתך לשמו ב
ברחמיו אמן אמן סלה :

נשלם ספר הכוזר ו ת
תהלה לאל שהיה לי
לעוזר : אשר בו כל
כושל נעזר :

memoriale: nam loquitur Lex ſæpe *ἀνθρωποπαθῶς*: & cùm vel actio eſt ſine intentione, vel Intentio ſine actione, omnis retributionis ſpes perit, niſi impoſſibilis fuerit Intentionis exequutio. Quin & confeſſio vel agnitio impoſſibilitatis actionis aliquid etiam prodeſt, ſicuti in oratione quadam noſtra fatemur, dicentes; *Propter peccata noſtra* &c. & ſimilia. Quod ſi etiam ardenti deſiderio & amore Terræ ſanctæ ferantur & ducantur, omniquе ſtudio rem inde ſperatam promovére & accelerare conentur, merces & retributio magna eos manet, ſicut dicitur; *Tu exurges, & miſereberis Tzijonis, quum tempus erit miſerendi ejus, quùm venerit tempus ſtatutum; quando maximè diligent ſervi tui lapides ejus, & pulvere ejus delectabuntur,* Pſal.102.14. hoc eſt, Hieroſolyma certò reædificabitur, quando Filii Iſraëlis ardenti ejus deſiderio flagrabunt, ita ut & lapidibus, & pulvere illius delectentur.

XXVIII. *Coſri*; Quod ſi res ita habet, tum qui te prohibere vellet, peccaret, qui te verò juvabit, benè aget. Itaque Deus tibi adſit, & promoveat intentionem tuam! decernat ſuper te bonum, juxta petitionem & conſilium tuum, ille juvet & ſuſtentet te, multiplicetque mercedem tuam pro puritate cordis tui, & occultis tuis! Ille enim author eſt omnis boni, & Deus miſericordiæ atque retributionis, non eſt Deus, neq; rupes, præter Eum: Faciat tecum ſecundum miſericordiam ſuam, & cum omnibus illis, qui eandem tecum intentionem habent, ad ſuam gloriā per miſerationes ſuas. Amen, Amen, Selah.

SOLI DEO GLORIA.

MANTISSA

Aliquot Diſſertationum, ad quorundam locorum ulteriorem illuſtrationem.

I.

ISAACI ABARBENELIS
DISSERTATIO
De eo;
Quòd, & qua de cauſa, apud Prophetas per EDOM, Romani & Chriſtiani *intelligantur?*

Ex Commentario ipſius in Eſajam Cap. XXXIV. in quo Prophetia contra Edom continetur.

P*Aginâ* 11. *ad* §. 4. *ubi* Chriſtiani *nomine* Edom *intelliguntur, & inſigniuntur, quod in Hebraeorum ſcriptis paſſim fieri omnes norunt, promiſimus, nos Abarbenelis Diſſertationem de Ratione hujus appellationis Lectori exhibituros. Quamvis enim in Lexico Talmudico ad vocem* אֱדוֹם *ea de re varia ex Hebraeorum ſcriptis produxerimus; quia tamen nullus pleniùs ea de re ſcripſit, quàm ille, non abs re fore exiſtimavi, ſi locum illum integrum hîc Lectori legendum & expendendum proponam. Non quòd aliquid ſolidi illis ineſſe exiſtimem, ſed ut malitia & internecinum Judaeorum erga Chriſtianos odium, ac virulentia, quam ſapè inficiari conantur, detegatur, Ea refutare hoc hoc tempore noſtri non fuit otii, ſit id aliorum opera. Talia ſunt, quae ſuam futilitatem ſponte produnt. Aliqua in hanc rem inveniet ſtudioſus Lector apud Clariſſimum D. Coccejum, Comment. in Prophetam Obadiam ab initio. Sic ergo ſcribit Abarbenel:*

Intelligentia hujus Prophetiæ, & aliarum in libris Propheticis occurrentium, dependet ex eo, *quòd Roma, tota Italia, & omnes Chriſtiani, ſint ex filiis Edom*; Et hoc frequentisſimè occurrit apud Sapientes noſtros in Talmud & Medraſchim omnibus, ſine contradictione aut hæſitatione ulla; adeò ut dicant, *Romanos deſcendere ex duce Magdiel, qui erat*

ex ducibus Eſau, qui ipſe eſt Edom (Mentio ejus Geneſ. 36. 43. & 1. Chron. 1. ℣. 54.). Sic explicant quoque verba illa, quibus Iſaac Eſavo benedixit; *Pinguedines terræ erunt habitatio tua*, Geneſ. 27. 39. *Hæc*, ſcribunt, *eſt Italia Javanis*. Et in capite primo Tractatus Talmudici Megillah dicit Rabba: *Italia Javanis eſt Roma.* Et in capite Talmudico, quod incipit אלו הן הגולין explicant iſta verba Jeſa. 34. 6. *Quia ſacrificium Domino eſt in Bozra, & mactatio magna in terra Edom*, de Roma: *Dicit Reſch Lakiſch: Tres errores commiſſurus eſt princeps Romæ &c.* Et in libro Jelammedenu explicant caput illud totum de Roma; & verba verſus 9. *Et convertentur torrentes ejus in picem*, explicant de Tiberi, & תארסינוס (*quis hic torrens vel fluvius ſit, mihi non conſtat, videant de eo Geographi*) qui alluunt Romam, ſicut ſuprà ſcripſi. Et in Vajikra rabbah, iſta; *Et extendet ſuper eam lineam deſolationis, & lapides vacuitatis*, ℣. 11. exponuntur de urbe magna Româ. In Capitulis R. Eleaſaris; iſtud; *Quis iſte qui venit de Edom?* & reliquos verſus capitis 63. Jeſaiæ, de Roma. Atque ſimilia loco innumera reperiuntur apud illos: quia hoc ex Traditione continua certum & indubitatum apud ipſos erat, *Romam & totam Italiam inhabitari ab Edomæis.*

Sed & Interpretes Sacri Chriſtianorum idem tradiderunt. Nicolaus Lyra, magnus ipſorum ſcriptor, ſcribit, *à Magdiele duce egreſſos Romanos*. Et in Commentariis in Prophetam Obadiam ſcribit ad verba hæc; *Et aſcendent Servatores in monte Tzijon, ad judicandum montem Eſau*, ver. ult. quòd *Mons Eſau* ſit *Roma*, & de Apoſtolis qui eò venerunt ex Tzijon ad judicandum, & docendum Romanos religionem ſuam, intelligenda verba iſta: de dominio item ipſorum Romæ, dictum eſſe; *Et erit Domini regnum.*

Verùm ille, qui haud ita nuper fuit ex Sapientibus populi noſtri, & à Religione Judaica defecit in Hiſpania, cujus nomen in Iſraële antea fuit *Schelomo Levi*, poſtea autem factus eſt princeps & magnus inter Chriſtianos, Epiſcopus Burgenſis, ut fidem ſuam confirmaret contra populum ſuum, diſſenſit ab eo, & conatus eſt eum hac in re refutare, ut ſic declinaret Prophetias Jeſaiæ, Obadiæ, Jeremiæ, qui prophetarunt de vaſtatione Edom, ſcribens; *Judæos ex odio Chriſtianorum hoc ex ſeſe finxiſſe, neque quidquam habere quo hoc probent*, & Rationes quaſdam affert, quibus oſtendere conatur, Romanos non eſſe ex filiis Edom.

Accuratè mihi autem rem expendenti, viſum eſt, Antagoniſtam noſtrum Argumentum validiſſimum ſic potuiſſe formare, ad probanbandum, Romam non eſſe Edom; Si Ro-

Si Róma eſt Edom vel ex Edomæis, id erit vel reſpectu Terræ, quòd illa videlicet fuerit olim Edom; vel reſpectu populi ibi habitantis, qui ſit ex Edomæis; vel reſpectu religionis & fidei, quam Edomai olim habebant, quamque illi hodiè ſequantur.

Atqui omnia hæc tria ſunt abſurda:

I. *Reſpectu terræ*: quia Edom antiqua eſt terra Seir, in qua habitarunt Eſau & ſemen ejus. Hanc verò conſtat hodiè vicinam eſſe terræ Iſraëlis. Hinc dicitur in Lege; *Et accepit Eſau uxores ſuas, & filios ſuos, & filias ſuas, & omnes animas domus ſuæ, & greges ſuos, omnia quoq; jumenta ſua, & omnem ſubſtantiam ſuam, quam acquiſiverat in terra Canaan, & ivit in terram aliam à facie Jacob fratris ſui: Erat enim ſubſtantia eorum multa, ut non poſſent habitare pariter: neq; poterat terra peregrinationum eorum ſuſtinere eos propter gregem eorum: Et habitavit Eſau in monte Seir: Eſau eſt Edom*, Gen. 36. ℣. 6. 7. 8. Sic legimus, cùm Iſraëlitæ egrederentur ex Aegypto, in terram Iſraelis, illos circuiviſſe terram Edom, ſicut dicitur; *Vos tranſituri eſtis per terminum fratrum veſtrorum, filiorum Eſau, qui habitant in Seir*, Deut. 2. 4. Et David, quia filii Edom vicini ejus mali fuerunt, eos oppugnavit, ſubjugavit, & præſidiarios poſuit in terra ipſorum. Unde toto tempore Davidis, Salomonis, Rechabeam, Abijah, Aſa, & Jehoſaphat, nullus fuit Rex in Edom, uſque ad Jehoram, filium Joſaphati, propter cujus prævaricationem Eſau ab ipſo defecit, & jugum ejus excuſſit, Regemq; ſuper ſe conſtituit. Præterea tempore Templi ſecundi Haſmonæi etiam, ut Joſeph Gorionides ſcribit, dominati ſunt ſuper filios Edom, coegeruntque eos ut circumciderentur: Cum etiam Veſpaſianus & Titus aſcenderent ad pugnandum contra Judæam, venerunt filii Edom Hieroſòlymam, & conjunxerunt ſe cum Judæis, contra Romanos. Quæ omnia docent, Terram Edom eſſe vicinam & propinquam terræ Iſraëlis, quæ eſt in Aſia. Roma autem eſt in Europa, maximâ ab Aſia diſtantiâ: unde non poteſt eſſe Terra Edom.

II. *Reſpectu populi & familiæ*; Edom, qui eſt Eſau, fuit è ſemine Abrahami, è filiis Eber, & ex generationibus Schemi, filii Noachi, ut Scriptura docet. Romani verò, & omnes Itali, à Javan, filio Japheti, ſicut dicitur; *Et filii Javan, Gomer, Magog, Madaj, Javan, Thubal, Meſchech, & Tiras: & filii Javan; Eliſah, Tarſis, Cittim, & Rodanim*, Geneſ. 10. 2. 3. 4. Conſtat autem *Cittim* eſſe Romanos, & Italos, ſicut etiam Onkelos expoſuit. Quod ſi verò Romani ſint filii Japheth, & Edomæi filii Schem, patet, illos non poſſe eſſe unum populum:

III. *Reſpectu*

III. *Reſpectu Religionis & fidei* idem quoque eſt impoſſibile: quia Edomæi ſunt Cananei in abominationibus fidei ſuæ: Romani verò & Chriſtiani non ſequuntur fidem & religionem illorum, nec quicquam cum illis commune habent in religione & actionibus ſuis.

Concluditur ergo, Romanos & Chriſtianos non eſſe filios Edom vel filios Eſau, neque ratione terræ, neque ratione populi, neque ratione religionis & fidei.

Hæc eſt ſumma Argumentationis & diſcurſus ejus: ipſe enim non ita formavit eum ut ego feci.

Porrò autem convitiatur & calumniatur Apoſtata iſte, & inimicus gentis noſtræ, Sapientes Iſraëlis, & diſtendit os ſuum contra Legem noſtram ſine modo, adeò ut etiam impudenter ſcribat, *Edom*, cujus mentio fit in libris Propheticis, in Comminationibus, veluti apud Jeſaiam, Jeremiam, Obadiam, & alios, dici de *Iſraelitis*, qui malè faciendo, & continuis peccatis ſuis facti ſint filii Eſau; imò etiam ſcribit, unum ex Legis Interpretibus, celebrem in Miſchnajoth, fuiſſe R. Meir, qui fuerit proſelytus Edomæus: & quia nos hujus traditiones & expoſitiones ſequamur, ideò Prophetas vocare Iſraëlitas nomine *Edom*. Sic dicit, *Bozra* eſſe cognomen Synagogæ Iſraëliticæ: Quia enim Propheta tempore Proſperitatis populum Dei exercituum vocarit כֶּרֶם חֶמֶר *Vineam ruboris*, Jeſ. 27. 2: ideo poſt ejus vaſtationem, poſteaquam excidium ei obvenit, & בּוֹצְרִים *Bozerim* vindemiatores venerunt contra eam, vocari בָּצְרָה *Bozra*. Et alias ſimiles impietates & calumnias plures ibi coacervat, ut probet, Vaſtationem Edom, quam Propheta hîc (Eſa 34.) comminatur, & Vaſtationem Bozrah, de Iſraëlitis dici; contrà quàm Sapientes noſtri exiſtimarunt, qui illud expoſuerunt de Chriſtianis, & amplectentibus religionem Chriſti. Concludit verba ſua, Sapientibus Iſraëlis applicando iſtud Davidis; *Gladius eorum ingrediatur cor eorum*, Pſ. 37. 15.

Quis verò eſt vir Sapiens, cui dederit Deus cor ad intelligendum ſcientiam, & oculos ad videndum, qui non videat deliria iſta, in quibus nihil eſt ſolidi?

Nam Prophetiæ, quæ mala comminantur ipſi Edom, expreſsè docent, & dicunt, ea ipſi eventura in pænam, quòd malefecerit Iſraëli: & quòd in vaſtatione Edom Iſraël egreſſurus ſit ex captivitate ſua, & populus ſervandus per Jehovam ſcutũ auxilii ſui, ſalvatione æternâ, ædificanda & reſtauranda urbs Tzijon. Omnia hæc cùm apertiſſimè ſint

revelata

revelata in Prophetiis ei qui oculos habet, quid opus eſt reſpondere ad ſomnia & verba Apoſtatæ iſtius, qui in vanum aperit os ſuum. Mirum autem eſt hunc improbum, cùm rationes quæſiverit refutandi Traditionem Magiſtrorum noſtrorum de Edom, cur non dixerit, Edom, cujus mentionem faciunt Prophetæ, eſſe illam Edom, quæ vicina eſt terræ Iſraëlis? & quare poſt vanitatem hic iverit atque adeò vanus factus fuerit, ut ea protulerit, in quibus nihil prorſus eſt ſolidi, quæque omnes ea videntes derideant. Sed vis Veritatis coegit eum credere, Prophetias iſtas non eſſe dictas de illa Edom, quæ vicina eſt terræ Iſraëlis.

Quisnam igitur revera ſit ille populus Edom, de quo vaticinati ſunt Prophetæ, diſquirendum nobis, & ſciendum eſt? Et quia hæc fides; quòd ſc. Roma, & omnes Chriſtiani, amplectentes fidem Jeſu Nazareni, ſint Filii Edom, per Traditionem perpetuam jam olim recepta eſt inter Iſraëlitas, nemine penitùs diſſentiente, incumbit nobis, qui hoc credimus, reſpondere ad Achilleum iſtud Argumentum, quod produxi ab initio.

Inquiſivi apud Sapientes noſtros antiquos & recentiores, ſed non inveni apud eos reſponſionem ſufficientem ad illud.

Quamvis enim R. Nachmanides, R. Niſſim, & R. D. Kimchi ſcripſerint: Romanos eſſe filios Edom, & accepiſſe religionem Jeſu Nazareni ex ore Sacerdotis Edomæi (quia Edomæi primò omnium amplexi ſunt fidem ejus); tamen non reddunt rationes & probationes verborum ſuorum.

Idcirco ego ſurrexi ad reſpondendum verbis iſtius Antagoniſtæ noſtri, tum ex *Ratione*, tũ ex eo quod ex *Hiſtoriis* hac de re vidi & collegi.

Dico ergò; Quamvis, propter longitudinem temporis, in Annalibus Romanorum non inveniatur, *per quamnam ſeriem filii Edom venerint Romam, & in Italiam*, ideò non neganda vel falſi redarguenda eſt Traditio Rabbinorum noſtrorum. Iſidorus enim, Scriptor antiquus, & magnus inter Chriſtianos, in libro quinto Etymologiarum ſuarum ſcribit, quod dignum eſt quod hic referatur: Dicit ibi: *Non ſunt reprehendendæ & neganda verba Hiſtoricorum antiquorum de iis, quæ apud ipſos repeQuodriuntur de Originibus populorum & gentium, illorumq; in alias atq; alias mutatione. Nam ecce non verè ſcimus maximæ urbis Romæ familiam & originem; an ſc. Trojani illuc venerint, & ſedes ibi fixerint, ut vult Saluſtius, aut an ab Evandri filiis ea ædificata ſit, ut vult Virgilius; aut an ſit à Romulo, ut alii tradunt.*

Quod ſi verò celebris iſtius, & Urbium Dominæ, origo ſit hodiè ignota, ut certò dici non poſſit, à quibus originem & familiam ſuam ducat, quid erit de urbibus aliis ipſi minime comparandis? Nam longitudo dierum, & vetuſtas temporis, gignit errorem, & ignorantiam iſtarum rerum. Hæc ſunt ejus verba. Sic ergò & nos dicimus; Gentes terrarum in perpetuo ſunt motu, & transferuntur ab una terra in aliam. Unde ſi Italia maximè terra Citthæorum & ex filiis Javan primò fuerit in initio creationis, & diebus diluvii, quid impedit, quò minus poſtea, progreſſu longo temporis, populi ex filiis Edom venerint, & ibi ſedem fixerint? Inprimis cùm hujus rei fundamentum magnum reperiamus apud Joſephum Gorionidem qui ſcribit; *Cùm Joſeph & fratres ejus aſcendiſſent ex Aegypto, ad ſepeliendum Jacobum patrem ſuum, & magnus exercitus Aegyptiorum egreſſus eſſet cum eis, aggreſſi ſunt eos in viâ Duces Eſau, & pugnarunt cum eis: devicit autem eos manus Joſephi, & cepit Tzepho filium Eliphas, filium Eſau, & ſelectiſſimos ejus, duxitq; eos vinctos in Aegyptum. Aufugerunt verò Tzepho & viri ejus ex Aegypto, veneruntq; in Aphricam ad* אגניאס *regem Carthaginis & Africæ, à quo honorificè admodum exceptus fuit Tzepho, ejusq; Dux exercitus factus contra Citthæos qui ſunt Itali, quiq; inimici erant Africanorum & Carthaginenſium. Poſtea fugit inde Tzepho, & venit in terram Citthæorum, quæ eſt Italia, ipſe cum omnibus ſuis copiis, ubi eum exceperunt cum gaudio magno, conſtitueruntq; eum Imperatorem ſuum pugnavitq; cum turmis Africanis & Carthaginenſibus, quæ fugerunt à facie ejus: Similiter ſubjugavit filios Tubal, qui habitant* בפיזא *(Piſæ, vel Feſſæ). Citthæi videntes felices ejus ſucceſſus in bello, omniaq; fortia facta ejus, conſtituerunt eum ſuper ſe Regem, vocaruntq; nomen ejus Tzepho-Janus: nam Tzepho fuit primum nomen ejus cui ipſi addiderunt nomen Jani, h. e. Saturni. Indebant ei cognomen Saturni, quia illi tum temporis eum colebant, exiſtimantes in eo (Jano) eſſe virtutem & Spiritualitatem ejus (Saturni): Regnavit autem ſuper Citthæos 50. annos in valle Campaniæ. Et hic fuit primus Rex qui regnavit in Italia. Hic idem, ex mente multorum Hiſtoriographorum, eſt qui ædificavit Jenuam, vocavitq; eam juxta nomen ſuum (à nomine Jani) & ſepultus eſt illic (hæc eſt Sepultura Jani celebris in diem uſque hanc): idem Palermo urbem metropolim Siciliæ fundaſſe dicitur. Regnavit enim in tota Italia, ad quam inſula illa pertinet. Poſt ipſum regnavit filius ejus, & ſic ſequentes quoq; Reges ex ſemine ejus prodierunt. Et juxta traditionem Sapientum noſtrorum b. m. unus ex eis fuit dux Magdiel, qui jam fundamenta urbis jecerat in terra Romana, priusquàm Romulus veniſſet, qui deinde ædificavit muros ejus, & portas ejus.* En tibi teſtimonium clarum ex Joſepho, qui eſt princeps hiſtoricorum etiam

inter

inter ipſos, quòd in terra Citthæorum regnarint ex filiis Edom. Nullum autem dubium eſt, quin regnantibus ibi regibus Edomæis, multi ex terra Edom venerint, ut ibi habitent, regum illorum cauſâ, multiplicatiq; & numeroſi facti fuerint valdè, ut ab illis Italia repleta ſit, atq; etiam Roma ædificata. Et noſti, in Chronicis Romanorum inveniri mentionem Jani iſtius, (*cujus nomen convenit* cum *Javan*) ſcribuntque de eo, illum fuiſſe primum Regem Italiæ, vocatumque *Patrem Deorum, Deum Deorum, Januam cœli* (*vide Iſidori Etymol. lib. 8. cap. 10.*) & a nomine ejus illos feciſſe initium anni in menſe peculiari, *Januario* dicto à nomine ipſius. Quæ omnia inde provenerunt, quia ipſe Rex primus fuit totius terræ illius, & Regum ac Dominatorum maximus. Et quia *Deos* vocarunt, qui dotes ac virtutes ſingulares aliqua in re habebant, & ille in terra illa primus illorum fuit, ideò vocarunt illum *Deorum Patrem, & Deum Deorum.* Et ad docendum de Influentia Planetæ Saturni, qui vocatur in lingua ipſorum *Janus*, ab eo denominarunt eum, & cognomen ei dederunt *Janua cœli.* Et in omnibus ipſorum Annalibus ſcriptum eſt; *Saturnum, qui eſt Janus, veniſſe in Italiam, & Regem primum in ea fuiſſe*: nihil tamen dicunt de illius familia & populo, vel patria, ſicut faciunt de reliquis regibus Italiæ. Hoc tantùm dicunt, *Janum veniſſe ex terra Orientis.* Quod & ipſum docet de veritate verborum Joſephi, quòd primò venerit ex Aegypto, & terrâ Edom. Sed & aliam tibi dabo rationem pro veritate hujus rei; ex eo ſc. quod ſcribunt; Janum veniſſe ex Aegypto in Italiam, mille quingentis annis antequam Jeſus Nazarenus naſceretur. Quod ſi ſupputaveris, invenies id factum eſſe ſexto anno poſt mortem Jacobi, ejusque ſepulturam, & bellum cum Joſepho. Et ſic veritas undiquaque ſibi reſpondet & conſona eſt. Illis enim annis fuit in vinculis in Ægypto, & in Africa, ut Joſephus ſcribit. Sic exiſtimo, Latinum, qui etiam fuit Rex Italiæ, quem etiam dicunt fuiſſe authorem Linguæ Latinæ & Scripturæ ejus, fuiſſe ex Edomæis. Inter illos enim uſitatum fuit hoc nomen, ſicut dicitur; *Princeps Lotan* (Latinus), Geneſ. 36. 29. (*quaſi ab hoc* Lotan *derivarentur* Latini.)

Hæc omnia hic adducere volui, ut ſcires, Patres noſtros Sanctos vera protuliſſe, nec eſſe in illorum verbis quicquam perverſum aut diſtortum: & rectè Iſaaci illud vaticinium Eſauo factum; *Pinguedines terræ erunt habitatio tua*, expoſuiſſe de *Italia Javanis*: quia ejus poſteri ſe contulerunt illuc ad habitandum. Targumiſta, qui Thren. 4. 21.

Gaude & lætare ſuper filia Edom, expoſuit; *ſuper Conſtantinopoli quæ ædificata eſt in Armenia,& ſuper Roma,quæ ædificata eſt in Italia*,dicit de utraque, *quòd repleta ſint populis ex filiis Edom.* Quo indicare voluit,licet terra illa pertineat ad terram *Javanis*,extrinſecus tamen in eam venerint populi multi ex filiis *Edom*, & illis ſit repleta. Ex Italia contulerunt ſe Conſtantinopolim tempore Conſtantini, qui Româ eò profectus eſt cum toto exercitu ſuo & exſtruxit ibi Conſtantinopolim, ſicut explicatum à me eſt in מעיני הישועה (*Commentario in Danielem*). Quare itaque mirarentur veniſſe *potuiſſe* populos Edomæos ex Oriente? Nam ecce *filii Tubal*, ſcribit iterum Joſephus, *qui venerunt inde, & ſedes fixerunt in Piſa: & qui ſunt ex filiis Thiras, exierunt in Angliam, quæ eſt in extremitate Occidentis: & qui ſunt ex filiis Tharſis, venerunt ad habitandum in Tuſcana.* Sic etiam videtur,Edomæos veniſſe & habitationem elegiſſe in Italia,& ab eorum poſteriis exſtuctam eſſe Romam. Quemadmodum autem,teſte Joſepho, Sancherib confudit mundum, ſic confuſi ſunt inter ſe populi alii longitudine temporis ob alias cauſas.

Ex quibus omnibus clarum eſt, quòd licet Italia ab initio fuerit ex filiis Javan,facta tamen ſit terra Edom, ratione Regum, qui regnarunt in ea,& occuparunt eam; & licet Populus ejus temporibus illis fuerit ex Cittim, poſtea tamen Edomæi ſedes ibi poſuerint, unde & ipſi facti ſunt filii Edom; ſicut terra Javan ipſa temporibus antiquis fuit Græcorum, & omnes in ea fuerunt filii Javan,nunc eſt Perſia, aut Togarma ſive Turcia,quia Perſæ,qui hodiè vocantur Turcæ,regnant in ea,& terra ea illis plena eſt.Ad hoc reſpexerunt Sapientes noſtri,ſicut dicitur in Pirke R. Eleaſaris, cap. 38. *Dixit Jacob Eſavo, Egredere è terra poſſeſſionis meæ, è terra Canaan: Accipiens itaq; Eſau uxores ſuas,filios ſuos,filias ſuas, & quæcunq; habebat, & ivit in terram &c. & pro mercede, quòd evacuavit omnia vaſa ſua, propter Jacobum fratrem ſuum,dedit ei centum provincias à Seir, uſq; ad Magdiel,quæ eſt Roma,ſicut dicitur; Dux Magdiel, dux* Iram, *Geneſ.*36.43. His verbis voluerunt,datum eſſe poſteris Eſau dominium terrarum illarum Romam uſque, quam vocant עירם *Iram*, quia eſt עיר *Urbs* maxima filiorum Eſau. Et ſic vides claram eſſe rem, ſecundum fundamenta ſapientum noſtrorum, conſentientia cum veritate ex omni parte, quòd Roma ſit terra Edom, ratione hæreditatis terræ illius, quæ ceſſit poſteris Eſau, qui regnarunt in ea.

Quod attinet ad *Religionem & Fidem*, dico, æquum eſſe ut Chriſtiani vocentur *Filii Edom*, & *Semen Eſavi*; quia prophetæ nomina indere ſolent

ſolent populis à Factis ipſorum. Sic Propheta Eſaias vocat filios ſæculi ſui, *Principes Sodom, Populum Gomorræ*, capi. ℣.10. Et Ezechiel dicit de Iſraële, *Hoc eſt peccatum Sodomæ ſororis tuæ*, Ezech. 16. ℣. 49. cùm tamen Iſraëlitæ non fuerint fratres Sodomæ ratione familiæ, ſed in operibus ſuis.

Et ſic reperiuntur multa ſimilia & affinia inter Iſraëlitas & Romanos, ſicuti olim inter Eſavum & Jacobum. *Primò*, ſicut communem habuerunt Patrem Eſau & Jacob, & fidem unam: ſic fides Chriſtianorum & Iſraëlitarum convenit in eo, quòd *Unum* habeant *Patrem* in fide ſua, *Deum nempe Deorum*: utrique enim agnoſcunt Exiſtentiam Cauſæ primæ, & reſpiciunt ad eam, non colentes Stellas & Principes ſuperiores: Quin & unam habent *Legem*: hi enim & illi agnoſcunt, Legem Moſis eſſe veram: *ſecundò*, ſicut Eſau doloſè ſervivit patri ſuo, ſicut dicitur; *Quia venatio in ore ejus*, Geneſ. 25.28. *Jacob autem vir erat integer, habitans in tabernaculis*, ℣.27. Sic Chriſtiani in fide & religione ſua ſerviunt Deo ſuo doloſè, & multa veritati minimè conſentanea tenent, quæ non ſunt de religione Iſraëlitarum, qui Deo ſuo adhærent integrè in via recta: *tertiò*, ſicut Eſau ſibi accepit uxores ex filiabus Canaan, ex Chivvæis, Chittæis, & filiam Iſmael, *quæ fuerunt irritatio ſpiritus Iſaaco, & Rebeccæ*, Geneſ. 26. 35. ſic in Imperio Romanorum congregati ſunt populi varii, Ammonitæ, Moabitæ, Chittæi, Iſmaëlitæ, & alii, qui irritant Deum benedictum, & blaſphemant Legem ejus: Jacob autem duxit uxores ex familia ſua, & ex domo patris ſui, & genealogia ejus fuit innocens & pura, neque ingreſſus eſt in eam alienus: *quartò*, quemadmodum non obſtante quòd Eſau & Jacob eſſent filii Iſaaci, primogenituram & benedictionem meruit Jacobus, Eſau verò nonniſi benedictionem bonorum corporalium: ſic filii Iſraël digni habentur Conjunctione & Providentiâ Divinâ, ut & benedictione ſupernâ: Chriſtiani verò non acceperunt niſi bona corporalia tantùm, non animæ: *quintò*, quemadmodum Eſau odio habuit Jacobum, & quæſivit eum occidere: ſic etiam Chriſtiani affecti ſunt erga Iſraëlitas, hoſtes & inimici ipſorum: ipſi vaſtarunt terram eorum, & in exilium miſerunt eos.

Sic ergo oſtenſum eſt, Romam eſſe Edom, quia Roma & tota Italia conſtat ex filiis Edom, quia regnarunt in ea Reges ipſorum, quia ſequuntur mores & conſuetudines illorum, quia denique Leges Eſaui ſunt Leges & ſtatuta ipſorum. Et ſic ſcribit ipſe Lyranus, magnus Sacrorum

crorum librorum inter ipſos Interpres, in Commentario Propheta Obadiæ; *Quia Eſau ſemper odio habuerit Jacobum, ideò omnes Oſores Iſraelitarum vocari nomine Eſavi & Edom.* Verisſimè utique! Nam & hac parte Romani ſunt Edomæi.

Et quid addam ulterius? הנה חכמי האמת קבלו שנפש עשו נתגלגלה בנפש ישו ולכן היה במדברות איש שדה והיה איש ריב ומדון לחכמי הפרושים Ecce Sapientes veritatis (*h.e. Cabaliſtæ*) tradiderunt, *Animam Eſavi migraſſe in animam Jeſu* (nota in Editione Ambſtelodamenſi nomen ישו non eſſe expreſſum: ſed ſpatium ibi relictum, docet Nomen illic deſiderari & ſupplendum eſſe): *eumq; hac de cauſa frequenter fuiſſe in deſertis, virum agreſtem, contentioſum, & inimicum ſapientum Pharisæorum.* ואולי שעל זה נקרא ישוע שאותיותיו הם אותיות שם עשיו במילואו Fortasſis etiam ideò vocatus eſt ישוע; quia literæ hujus nominis ſunt literæ עֵשָׂיו ſi plenè ſcribatur. Ut etiam omnes amplectentes & tenentes fidem ejus, eumq; colentes, jure vocari posſint Edomæi, quia ישוע eſt עשיו *Jeſus* eſt idem quod *Eſau* & Eſau idem quod Edom: In Roma fuit principium religionis hujus, & fundamentũ ejus: Cæſares etiã, & Reges Chriſtianorum, agnoſcunt eum pro primario ſuo capite. Unde iterũ omnes Chriſtiani, credentes in Jeſum, ſine dubio ſunt בני אדום בני עשו filii Edom, filii Eſavi.

In Bereſchit rabba ſcribunt, ad; *Et egreſſus eſt prior rufus*, Geneſ. 25.25. *Scriptum eſt*; Quare rubrum eſt indumentum tuum? Eſaiæ 63.2. *Ipſe eſt ruber, edulium ejus eſt rubrum, terra ejus eſt rubra, potentes ejus ſunt rubri, veſtimenta eorum ſunt rubra, & qui vindictam ſumit de eo eſt ruber, in veſtimento rubro.* Ipſe eſt ruber; *ſicut dicitur*; Et egreſſus eſt prior rufus. Edulium ejus eſt rubrum; *ſicut dicitur:* Da mihi quæſo ut comedam de rufo iſto, *Geneſ.* 25.30. Terra ejus eſt rubra, *ſicut dicitur*; Terra Seir, שְׂדֵה אֱדוֹם ager ruber, *Geneſ.* 32.3. Potentes ejus ſunt rubri, *ſicut dicitur*; Clypeus fortium ejus rubefactus eſt, *Nahum* 2.3. Veſtimenta ejus ſunt rubra, *ſicut dicitur*; Induti veſtibus vermiculatis, *Ibid.* Ultionem ſumens de eo eſt ruber, *ſicut dicitur*; Dilectus meus candidus & rubicundus, *Cantic.* 5.10. In veſtimento rubro, *ſicut dicitur*; Quare rubrum eſt veſtimentum tuum? *Eſa.* 63. 2. His verbis indicarunt rationes, propter quas Eſau, omnis ejus populus, & quicunq; nomine ejus vocantur, appellentur *Edom*: quia ſcilicet מַאֲדִים *Mars* (*à rubore Hebraicè dictus*) dominabatur in eum: ideò natus eſt Ruber (*ut Mars rubicundus eſt*), & anima ejus cibum rubrum appetit: cibus enim & alimentum ſimile eſſe debet ei quem alere debet: terra etiam in qua habitavit, fuit ſub Marte: poſtmodùm

dùm quoque potentes, qui ab ipſo prodierunt, & in Italia regnarunt, omnes fuerunt ſub dominio Martis, omnes ſanguinem ſitientes, & cædes ſpirantes, Reges ſc. Italiæ, & Cæſares Romani induti veſtibus vermiculatis. Hæc enim fuit conſuetudo eorum uſque in hodiernum diem. Et quia Jeſus Nazarenus fuit ſub Marte, idcirco ſanguis ejus fuit in caput ejus, & occiſus fuit ipſe, ejus diſcipuli, Apoſtoli, & populi plurimi, qui ſequuti ſunt ipſum. Et ſic ex omnibus partibus & notionibus ſeu reſpectibus iſtis, eſt Roma, tota Italia, & Chriſtiani in genere, quarumcunque terrarum ſint & gentium, qui amplexi ſunt religionem & fidem Jeſu, ac Romanam, de filiis Edom.

Ramban, ſeu R. Moſes Nachmanides, ut ſuprà dixi, aliam reddit rationem; videlicet; *quia Edomæi, qui fuerunt vicini terræ Iſraëlis, primi fuerint, qui crediderint in Jeſum.* Cùm enim eſſent circumciſi, inde à diebus Hyrcani, ſemper conjuncti fuerunt cum Hieroſolymitanis. Unde Apoſtoli & diſcipuli Jeſu Nazareni, fugientes Hieroſolymâ, profecti ſunt in terram Edom, & ſeduxerunt Edomæos, eoſque converterunt ad religionem ſuam, quos deinde ſunt Romani ſequuti: Et hinc vult omnes vocari Edom, nomine ſc. illius populi, qui primò fidem illam recepit.

Sine dubio non ex ſeſe hoc confinxit Nachmanides, ſed ita ab aliis accepit. Fortè in Annalibus quibusdam illorum temporum id reperit. Summa eſt; *Quod ab omnibus acceptatur & agnoſcitur*, ut Philoſophus ait, *non poteſt mendacii argui.* Ideò, cùm jam à mille quingentis annis, & amplius, magno conſenſu hoc inter Sapientes Iſraëlis, tempore Templi ſecundi, & deinceps, receptum fuerit, Romam eſſe ex filiis Edom, nemine diſſentiente, aut dubitante, hinc evidens eſt, certum & indubitatum illos habuiſſe, Edomæos inhabitaſſe, diffudiſſe ſe, & regnaſſe Romæ atque in univerſa Italia, cæteriſque terris quæ nunc vocantur terræ Chriſtianorum, & ideo illis nomen Edomi indidiſſe; deque his accipiendas eſſe Prophetias, quæ contra Edom factæ leguntur, quod hîc demonſtrare volui. Prolixior fui, quia quæſtio hæc neceſſaria eſt ad rectè intelligendas Prophetias, & ad Adverſariis reſpondendum, &c.

Hactenus Abarbenel. Ubi hoc tantùm moneo, teſtimonium ex Joſepho Gorionide pag. 394. productum, non reperiri in editione Munſteri. Itaq; quærendum in Veneta, quæ illâ plenior ab initio & fine, ut Scaliger obſervat in Elencho Tribæreſii cap. 4. Ejuſdem hiſtoriæ mentionem facit Nachmanides in Legem ſub finem libri Geneſeos, in hunc ſenſum: Invenimus in hiſtoria Joſephi Gorionidis & aliis

& aliis Scriptoribus antiquis, quod Tzepho filius Eliphas, filii Eſavi venerit, & ſepulturæ Jacobi cauſâ litem ipſis moverit, ita ut res ad bellum deveniret, in quo ſuperior fuit manus Joſephi, & cepit ſelectiſſimos duces ejus, quos captivos deduxerunt in Ægyptum. Ubi in cuſtodia manſit (*Eliphas*) quamdiu Joſeph vixerat: eo mortuo fugit in Campaniam. & regnavit ſuper Chittæos in Urbe Roma: poſtmodum regem conſtituit ſuper Italiam (*hic videtur vox omiſſa*), & ille erat, qui primus Romæ regnavit, quique primarium & maximum, quod Romæ eſt, ibi templum ædificavit. *Apparet facilè, hæc mutila eſſe, & truncata. Neſcio, an quæ Abarbenel habet, omnia ſint genuina. Videant, quibus Joſephi plenioris copia eſt.*

II.

EJUSDEM ABARBENELIS DISSERTATIO *De* LEPRA VESTIMENTORUM ET ÆDIUM.

Ad Levit. Cap. XIII. v. 47.

P*Arte ſecundâ §. 58. mentionem fecit Author* Lepræ Veſtimentorum & ædium, *de qua Levit. cap. 13. tanquam ſignis præſentiæ Divinæ inter Iſraëlitas, per hujusmodi extraordinaria judicia. Quales & cujus generis iſtæ Lepræ fuerint, variæ ſunt ſententiæ, tàm inter Hebræos, quàm inter Chriſtianos. Ut rerum hujusmodi ſacrarum avido Lectori aliquo modo ſatisfiat, placuit hîc ſubjicere jam laudati Authoris Diſſertatiunculas, ex illius Commentario in Legem.*

De Prima, Lepra ſc. Veſtimentorum, *ſcribit ita*:

De *Lepra Veſtimentorum* dubia res valdè eſt: quia *Lepræ* definitio & quidditas eſt, quòd ſit חולי באחד מאברי הבע״ח המרגיש ישחיתהו מצורתו הטבעית Morbus in membro aliquo Animalis ſenſu præditi, qui corrumpit formam ejus naturalem. Cùm ergo Veſtimentum res ſit ſenſu carens,

carens, quomodo ei ineſſe poteſt Lepra? & quomodo vocat eam Scriptura, נֶגַע מַמְאֶרֶת *Lepram dolorificam, rem immundam?* ℣. 51. Nam vox מַמְאֶרֶת ſignificat *Dolorem*, ut סִלּוֹן מַמְאִיר *Spinus dolorificus*, Ezech. 28.℣.24. Quod autem nullum habet ſenſum, ut Linteum, Pannus, Pellis, nullum quoque habet dolorem.

R. Levi ben Gerſon ſcripſit, *Lepram in rebus hujuſmodi inſenſilibus eſſe, cùm in illis invaleſcit Humor, & Calor extraneus, qui Calorem naturalem humores eorum conſervantem debilitat, ut conſumantur & deſtructionem compoſitionis patiantur, per colliquationem humorum ipſorum, in quibus conſiſtit ſubſiſtentia ipſorum. Calorem enim, qui de tali putredine docet, eſſe Viridem aut Rubeum, uti hoc reperitur in locis putridis, fimo, & ſimilibus. Quia ergo nullum ſit in his rebus principium, quod reducere illas poſſit ad Sanitatem ab iſta putredine, ſicut in homine dum vivit; idcirco præcepiſſe Deum, ut illæ comburantur; ad commonendum de imperfectione materiæ. Et quia formæ illarum ratione homo non utatur; ideo prohibitum fuiſſe uſum illarum, ad docendum hanc rem.* Verum verba ejus ſunt ſomnia & depaſtio ſpiritus. Sanitas enim & Ægritudo, ſunt res quæ Homini accidunt, non Plantis, non Lanæ, non Pellibus ab Animali detractis, multò minus Mineralibus. Et quomodo morbus lepræ, qui venit ex putredine ſanguinis, ejusque corruptione, generabitur in eo quod nec ſanguinem, nec humorem habet?

Verùm R. Moſes bar Nachman ſcripſit, *rem hanc nullo modo eſſe naturalem, neq; Lepram veſtimentorum & Aedium unquam fuiſſe in mundo: ſed cum Iſraëlitæ perfecti eſſent cum Deo, tunc Spiritum Dei ſemper cum ipſis fuiſſe, conſervando corpora & veſtimenta & ædes ipſorum in ſtatu bono: quando verò cuipiam ex Iſraëlitis accidit peccatum & iniquitas, generatam fuiſſe in cute carnis aut veſtimenti ejus, aut in domo ejus* (lepram) *ad ſignificandum, Deum ab ipſo receſſiſſe.* Ideo dicere Scripturam; *Et dabo plagam lepræ in domum regionis poſſeſſionis veſtræ*, Levit. 14. 34. *Fuiſſe enim plagam Divinam in loco illo, neq; hoc repertum fuiſſe, niſi in terra ſancta, quæ eſt Poſſeſſio Dei, in qua Deus habitabat. Idem ſcribit ſibi videri ſtatuendum de Lepra veſtimentorum, quòd non fuerit uſitata, niſi in terra illa.* Contrà autem eſt, cur non dicat hîc Scriptura de Lepra veſtimentorum; *Quum veneritis in terram*, ſicut dicit de Lepra ædium? Quare item non acciderit Lepra niſi Veſtimento laneo, aut in ſtamine vel licio, aut in omnibus veſtimentis pelliceis, non etiam in vaſis ex mineralibus & fuſilibus, in veſtimentis item ſericeis, reliquisque rebus?

Vidi etiam qui dicat, *omnia iſta judicia fuiſſe nudas Admonitiones, quæ inducant*

inducant homines ad munditiem,& per hanc ad ſanctitatem : Omnem quippe rem præternaturalem eſſe abominabilem animæ mundæ, & impediri eam à functionibus ſuis, quando homo induitur veſtimentis ſordidis, aut habitat in ædibus inquinatis & immundis : quinimò Imaginatricem facultatem ipſam pati ab eis, & comparari hîc iſtud cum Lepra in corpore Animalium : & *reſpectu Facultatis imaginatricis Metaphoricè uſurpare hic legem iſta nomina*, *Plagæ*, *& Lepræ veſtimentorum*, vocando eam *Lepram dolorificam*, *Plagam immundam*; dicere item, *In calvitie aut in glabritie ejus*; quæ ſint nomina per metaphoram dicta de Veſtimentis,ſicut ibi; *Et omnem poſſeſſionem bonam* תַּכְאִיבוּ *dolore afficietis lapidibus*, 2.Reg.3. ℣.19. Item; *Cantabunt arbores ſylvæ*, 1.Chron.16.33. Item. *Et omnes arbores agri plaudent manu*, Jeſa.55.12. & his ſimilia: Hac de cauſa dici de Plagis ædium; כְּנֶגַע *Sicut*, vel, *Quaſi plaga lepræ videtur in domo mea*; non vero, *Plaga revera* : hoc enim tantùm fuiſſe ex parte Facultatis Imaginatricis.

In his vero tribus ſententiis nequaquam acquieſcit anima mea (*ea mihi non ſatisfaciunt.*)

Ideo excogitavi ego ſententiam aliam,hanc videlicet: ſunt quædam, quibus homo utitur לִרְפִּיוֹנָם propter ipſorum laxitatem, quæ quia valdè ei ſunt propinqua & adhærentia, patiuntur à paſſionibus ejus, & agunt in ea qualitates in corpore ejus prædominantes. Sericum autem, & Lana ſeu muſcus vitis (*vide Lexicon Talmudic. in* צֶּבֶר), omnia item vaſa metallina, propter materiam ſuam duram non recipiunt paſſionem, vel corruptionem ſingularem ab uſu hominis, ſicut *Veſtimentum laneum & lineum*,quibus homo continuè tegit corpus & carnem ſuam, veluti *Induſium*, *Veſtimentum*, *Pallium*. Hæc enim, quia proximè adhærent homini, ut & ſimilia ex quibus ſunt compoſita veſtimenta linea & lanea; quæ ſunt הַשְּׁתִי & עֵרֶב, quorum illud, nempe הַשְּׁתִי eſt *Stamen*, ſic dictum ex ſignificatione שָׁתוֹת *Fundamenti*, uti Jer.19.℣.10. שָׁתוֹתֶיהָ מְדֻכָּאִים *Fundamenta ejus ſunt contrita* (Stamen enim eſt fundamentum texti, & ſunt fila per longitudinem veſtimenti) עֵרֶב ſignificat *Subtegmen*, & eſt id quod ei intertexitur per latitudinem ejus; hæc, inquam, ceu fundamenta veſtis laneæ,& lineæ, ut & *Pellis non præparata*, *& quicquid confectum eſt ex pelle præparata*, (veluti *Calcei*), omnia ſine dubio valde patiuntur ab uſu humano. Hac de causâ ſollicite Lex cavit de illis, ſi forte Leproſus in morbo ſuo, aut ſeparatione ſuâ, uſus fuit Veſtimentis aut pellibus illis (quia ſunt ordinariè tegumentum

mentum ejus, Veſtimentum pro cute, & Calcei pro pedibus ejus, ex eiſdem etiam Lectus in quo decumbit) & iſta paſſa fuerint à qualitatibus Leproſi, & putredine corporis ejus, conſpicianturque in illis maculæ, quales apparent in hominibus leprâ infectis. Maculæ autem evidentius hoc docentes, ſunt ירקרק ואדמדם *Virides & Rubræ*: Et *virides* quidem colore non in ſummo gradu, (*ſubvirides*): Sic *Rubedo* non intelligitur in ſummo gradu, ſed ſicut eſt Color ſanguinis ſicci, qui non eſt rubeus excellenter (*Subrubræ*): Eadem eſt ratio cæterorum colorum præternaturalium Veſtimenti albi, aut ſicut Rabbini noſtri ſcripſerunt; *Non eſt hoc judicium uſitatum niſi in albo, non etiam in reliquis veſtimentis coloratis, etiamſi colorem ſuum habeant à cælo*; cujus rei ratio eſt, quia non conſpiciuntur maculæ illæ in Veſtimentis, niſi fuerint alba: Vides enim ſæpiſſimè accidere, ut à ſudore hominis ægri inficiatur ejus induſium, vel ſaltem aliqua ejus pars, quæ ſc. maximè adhæret membro ægro.

Idcirco videtur Lex provida & ſollicita fuiſſe de Leproſo, ſi poſt mundationem ſuam vellet iterum uti illis Veſtimentis vel Calceis, ne mundo immundum adhæreat, & fortè denuò in eundem morbum incidat, ac propterea præcepit, ut oſtendat hæc Sacerdoti: Et ne diminuerentur facultates Iſraëlitarum, ut ſacerdos illa includeret per ſeptem dies: quibus exactis, ſi diffuſa fuerat plaga, ſeu macula illa in veſtimento, aut ſtamine & ſubtegmine, aut pelle ſeu corio, judicabat Lepram *dolorificam*, plagam *immundam* eſſe, h.e. ingreſſum eſſe in Veſtimentum aut in Corium illud aliquid vitioſi de humore putrido, ut eſſet veluti leproſum; ac propterea immundum pronuntiabat illud. Ideò, quod dicitur, *Plaga dolorifica*, non intelligitur de Veſtimento, quòd illud à ſe percuſſum eſſet leprâ, ſed quòd dum eo veſtitus fuit Homo leproſus, materia lepræ dolorificæ, quæ fuit in Viro leproſo, ingreſſa fuerit in Veſtimentum aut Corium illud, propter ſuam laxitatem, ſeu raritatem. Hac de cauſa Veſtimentum, aut Corium, immunda erant, & comburenda. Addit Lex; *Aut ullum inſtrumentum pelliceum, in quo erit plaga iſta*, v. 52. nempe, quo uſus eſt leproſus tempore plagæ ſuæ: quia ex illa plaga dolorifica, quæ fuit in leproſo, ingreſſum eſt aliquid in illas res, quibus utebatur, & quæ ipſi fuerunt adhærentia. Quod ſi verò, conſpiciente Sacerdote, non diffuſa fuit plaga in Veſtimento aut Inſtrumento illo, præcipiebat ut illud lavetur, & includatur per ſeptem dies ſecundâ vice ad videndum, num aliqua im-

munditia & putredo inde egreſſura eſſet. Si poſt lotionem non mutavit plaga colorem ſuum, h.e. maculam quæ ibi fuit, quamvis non ulterius diffuſa fuerit, nullum erat dubium, quin immundum eſſet, quia non receſſerat pollutio ejus, idcirco igni comburendum erat, פְּחֶתֶת הוא ℣.55. h.e. *Res vilis & abominabilis* erat veſtimentum illud. Quod dicit; בְּקָרַחְתּוֹ וּבְגַבַּחְתּוֹ (*In loco calvo & recalvo ejus*) id ſignificat, perinde eſſe, ſive hoc fuerit in veſtimento aut in pelle ab interiore ejus parte (*quod eſt* בקרחתו) aut ex parte exteriore & aversâ, (*quod eſt* נגבחתו): quandoque enim apparet macula ab utraque parte ſimul, quandoque in una tantùm parte, non etiam in alterâ. Verùm, *ſi vidit Sacerdos, & contracta fuit plaga poſt lotionem*, ℣.56. hoc eſt, quòd macula plagæ, quæ fuerat in Veſtimento aut Corio, receſſerit tota, vel ex parte, per lotionem illam; non ſi debilitata vel imminutata fuerit; mundum erat; verùm macula illa ex veſtimento aut pelle eruenda erat, & illa pars eruta, ſeu evulſa, comburenda. Quod ſi poſt adhuc comparuerit & innovata fuerit in veſtimento aut in pelle illa, ulla ſpecies vel ullum veſtigium maculæ, quæ in eo erat ab initio, judicare debebat Sacerdos, quòd *refloreſcens ſit*, ℣.57. h.e. quòd remanſerit illis Vis putrefaciens, ac propterea effloreſcat illic; quòd implicita eſſet humiditas illa maligna in veſtimento aut pelle, ac idcircò igne comburendum erat illud in quo macula plagæ erat, non tantùm locus ille plagæ ſeu maculæ, ſed veſtimentum aut pellis tota. Et Veſtimentum, aut Stamen, aut Subtegmen, aut omne inſtrumentum pelliceum, quod lavabatur, licet poſt lotionem receſſerit plaga, non tamen ſufficiebat lotio illa prima ad ejus mundationem: ſed lavandum erat ſecundâ vice, & tum demùm mundum erat. Hæc verò ſecunda lotio fiebat per immerſionem in conceptaculum aliquod aquarum.

Poſt hæc neceſſe fuit ut diceretur; *Hæc eſt Lex plagæ lepræ veſtimenti*, ne confunderetur ejus Lex cum iſta; *Hæc eſt Lex Lepræ*, quod dicitur tantùm de Homine.

Et ſic ſoluta eſt Quæſtio Decima, De Lepra Veſtimentorum: de qua Lex præcepit, quòd eſſet Res conſequens ex Lepra Hominis.

DE LEP-

De

LEPRA ÆDIUM

Ad Levit. Cap. XIV. v. 33. & ſeqq.

DE LEPRA ÆDIUM non cogitandum, quod fuerit Res naturalis, ſicuti exiſtimavit R. Levi ben Gerſon. Quomodo enim Morbus Lepræ, qui Cauſam habet à Putredine Sanguinis, & Corruptione, eſſe poſſit in eo quod nec Sanguinem nec Humorem habet? Sed res ita habet, uti ex Contextu liquet. Quia Lex præcepit de Mundatione Leproſi per rationem miraculoſam, non naturalem, veluti eſt Venæſectio, Purgatio, & reliqua, quæ Medicina præſcribit in Curatione Lepræ; ſicuti videmus ex Oblationibus, Aſperſionibus, & Ablutionibus in aquis, quarum Lex meminit; idcirco conjungit ſimul Lepram ædium, quod & ipſa non ſit Naturalis, ſed Miraculoſa, ac ſi dixiſſet; *Ne mireris, quomodo ſanari poſſit Leproſus per res iſtas, quarum Scriptura meminit. Nam ecce videbis & hoc, quod, ubi in terram Canaan veneritis; quia terra eſt, quam Dominus ſemper quærit, ſicut dicitur*; Quam ego do vobis in poſſesſionem; accidet quandoque per Dei providentiam, ut exoriatur Plaga lepræ in domo aliqua terræ poſſesſionis veſtræ. Dum enim dicit, 'וְנָתַתִּ *Et dabo, indam*, ℣. 34. docet, Rem non eſſe naturalem, ſed ex Providentia & Voluntate Dei Benedicti ſingulari.

Finis hujus Miraculi erat, ut eſſet Cautio & Admonitio, a Deo facta, ut homo ſe a peccatis ſuis converteret, quaſi Lapis de Pariete clamaret, & Tignum de ligno ei reſponderet (Habac. 2. 11.) ad excitandum Dominum domûs ad pænitentiam; q. d. *Convertere ò Iſrael, ad Dominum Deum tuum, ecce plaga eſt in domo tua: quod ſi non converſus fueris, manebit plaga illa in te & filiis tuis.* Atque hæc ipſa eſt ſententia Rabbinorum noſtrorum de hac re: ideò etiam Plaga domus proxime ſequitur Legem Leproſi.

Poſſumus quoque dicere, hoc etiam propter aliam cauſam factum eſſe, videlicet ad ipſis ſignificandum, quòd poſteaquam ingreſſuri eſſent in terram, apparitura eſſet in ea Lepra ædium, tanquam typus Idololatriæ, quam illic exerciturі eſſent.

Præcepit *Diruere domum* propter Lepram, ad indicandum, Domum ſanctuarii ipſorum & gloriam ipſorum deſtruendam eſſe propter plagam iniquitatum ipſorum. Et ſic ſectio hæc de plaga domorum venit ad verificandum ipſis, quòd Morbus & Lepra veniens ſuper eos, illud item, quod ſanaturum ſit ab ea, quòd inquam omnia hæc ex mera fuerint Dei providentia, juxta illud Principis Prophetarum in Deuteronomio: *Cave tibi circa plagam lepræ ut obſerves valdè, & ut facias ſecundum omnia quæ docuerint vos Sacerdotes Levitici, quemadmodum præcepi eis obſervare faciendo*, Deuter. 24. ꝟ. 8. Ubi etiam rationem ipſis adjicit quâ ſciant, Lepram illorum eſſe à Providentia Dei, non cauſa naturali, à plaga Lepræ quæ accidit Miriam ſorori Moſis; *Recordare*, inquit, *eorum, quæ fecit Dominus Deus tuus Miriamæ, in itinere quùm exiretis ex Aegypto.* Quia enim loquuta fuerat contra Moſen, percuſſa fuit Leprâ, & ſanata Interceſſione ejus.

II.

De

POESI VETERI HEBRAICA, in Libris Sacris uſitatâ,

Hebræorum quorundam ſententiæ & judicia.

P*Arte* 2. à §. 69. *uſq; ad* 79. *agit author* de Poëſi Hebraica, *ejusq; artificium* in libris Moſis & Prophetarum *magnificè extollit, docens, illud non, ut apud alias gentes, arctis & ſcrupuloſis ejusmodi legibus, menſuræ, ac numeri ſyllabarum, pedum & verſuum, fuiſſe adſtrictum, ſed liberius, ad rerum magis pondera ac momenta eleganter exprimenda, & animis efficaciter imprimenda, quam ad titillationem aurium, accommodatum: Hodiernam Poëſin, quâ Hebræi utuntur, non eſſe genuinam Hebræorum filiam, ſed adulterinum fœtum à gentilibus, Arabibus præſertim, pudendâ æmulatione & imitatione, mutuatum & adoptatum &c.*

Quia ergo celebris hæc eſt quæſtio; Quænam veteris Poëſeos Sacræ olim fuerit ratio? *de qua ego quoq; ſæpiùs rogatus fui, quid Hebræi de ea vel ſciant, vel ſen-*

vel ſentiant & ſcribant, non ingratam me Lectori rem facturum ſum arbitratus, ſi hac occaſione ea, quæ mihi hactenus in ipſorum ſcriptis occurrerunt, communicem.

Quæ è veteribus Flavius Joſephus, Philo Judæus, Euſebius, Hieronymus, Theodoretus, Iſidorus, *de illis ſcripſerunt, tantum abeſt ut rem obſcuram illuſtriorem reddiderint, & Lectoribus ſatisfecerint, ut potiùs incertos magis & perplexos animos eorum reddiderint, quia id, quod illi tradiderunt, nuſpiam invenire potuerunt. Unde vel aliter verba eorum eſſe intelligenda & exponenda, vel fumos Lectoribus vendidiſſe, & nimis audacter de rebus non ſatis cognitis atq; perſpectis eos pronuntiaſſe, alii exiſtimant.*

De iis, quæ D. Hieronymus ſcripſit, quid Joſephus Scaliger *ſenſerit, videre eſt in Animadverſionibus ejus in Chronologica Euſebii.*

Mercerus in Jobum cap. 3. ſcribit: Accepi D. Vatablum (laudandæ memoriæ) rationem intellexiſſe verſuum omnium Jobi & Pſalterii, & ejuſdem Canones ad facilius eorum rationem intelligendam præſcripſiſſe, &c.

Ejus ductum ſequutus Clariſſimus D. Gomarus b. m. *magno ſtudio & conatu per complures annos in hanc rem inquiſivit, Sacrorum Poematum rationem cum Pindari & Sophoclis carminibus conferens, in* Lyra *ſua Davidica, ubi multa ſanè ingenioſè, eruditè & præclarè eruit, & producit; quæ tamen non ubiq; æquè applicari poſſunt.*

Verùm de his jam judicare vel pronuntiare, nec præſentis mei eſt inſtituti, nec otii: ſed quia in his etiam quidam ex Hebræis ingenii ſui vim exercuerunt, quousq; illi in re hac indaganda, poſt Authorem noſtrum, pervenerint, illorum verba hic cum Lectore curioſo communicare volui. החכם ישמע ויוסף לקח *Sapiens Lector ea videns, iis adjutus fortè plura inveniet & addet.*

I.

EX ABARBENELE,

ad Exodi CAP. XV.

ANtequam explicemus verba Cantici hujus, explicandæ ſunt *Species Canticorum vel Carminum*, ut ſciamus, An fundata ſint verba ejus (ſc. *Cantici hujus*) in obſervatione proportionis unius, vel ex plurimum ſpecierum compoſitione?

Prima

Prima Species conſtat ex ſententiis certâ menſurâ diſpoſitis, etſi ſine modulatione legantur. Ratio enim poëſeos in illis duntaxat ſita eſt in convenientia [illegible] eorum [illegible] *primo* æquali & ſimili terminatione in fine, ut ita ultimæ voces in tribus, vel ſaltem duabus literis, æqualiter terminentur; *deinde* etiam habita ratione quantitatis punctorum vocalium & ſyllabarum; obſervatâ Linguæ elegantiâ, & ad ſtylum Biblicum accommodatione. Talia Carmina vocantur חרוזים *Charuzim* ab ordinata diſpoſitione, ex loco illo Cant. 1.10. צוארך בחרוזים, ubi intelliguntur gemmæ & margaritæ perforatæ, conjunctæ, & ordine eleganti in filo diſpoſitæ. Sic etiam legitur apud Rabinos, מחרוזות של דגים quo intelligitur *Series piſcium ordine naribus [illegible] in vimen collectorum.* Hinc per ſimilitudinem carmina hujus ſpeciei vocantur חרוזים, quod ſint *Series certæ & proportionatæ*, reſpectu numeri & quantitatis. Artificium horum Carminum eſt inſigne & laudatiſſimum, ſuaviſſimaque ſunt inſtar mellis, quæ in Lingua noſtra ſancta Hebræa perfectius fieri poſſunt, quam in ulla alia lingua.

Hujus vero ſpeciei nulla prorſus reperiuntur in verbis Prophetarum, neque etiam apud Talmudicos in Miſchna & Gemara. Initium enim illa ſuum ceperunt in Captivitate noſtra apud filios Iſraël inter Iſmaëlitas ſeu Turcas habitantes, à quibus illi iſta didicerunt; ad illorum imitationem ſimilia faciendo in Lingua Hebræa, imo longe excellentiora, quàm Iſmaëlitæ in lingua ſua. Reperiuntur hujus generis etiam inter Latinos & alios in aliis linguis, ſed nequaquam in ea perfectione excellenti, quâ fiunt in Lingua Hebræâ. Inde ergò hoc artificium traductum eſt etiam ad Sapientes noſtros, qui fuerunt in Provincia, Catalonia, Arragonia, & Caſtilia, qui de Divinis & humanis plurima egregia hoc carminum genere ſcripſerunt. Quia vero Inventum hoc eſt novum, neque olim apud Prophetas & ſcriptores ſacros fuit uſitatum, vel etiam apud ſapientes noſtros priſcos; ideò non eſt neceſſe pluribus hîc de eo agere. *Neq; enim hujus generis fuit Canticum hoc Moſis.*

Secunda Species eſt Canticorum quæ modulantur homines ſine certa quantitate & menſura: & hæc ratione modulationis Muſicæ tantùm vocantur *Cantica*. Talia Carmina, dicunt Sapientes, differre à reliquo ſermone ſanctarum Scripturarum in duobus; 1. in Eſſentia; 2. in Diſpoſitione & collocatione. *Primò* dico in *Eſſentia*, quòd ſint res Divinæ intellectuales, continentes, Exaltationes, Laudes, & Encomia, petita ex ope-

ex operibus Dei; quibus utuntur Viri Sancti & pii, juxta illud; *Vox cantus & ſalutis in tentoriis juſtorum*, Pſ.118.15. *Cantate juſti in Domino, rectis pulchra eſt laudatio*, Pſal.33.1. *Exaltationes Dei in gutture eorum*, Pſal.149.6. & ſimilia multa. Ut igitur ſe ore ſuo aſſueſaciant, & continuè excitent ad apprehenſiones Divinas intellectuales, ideò ſæpè de illis canunt, ſonis & modulationibus ſuavibus, vel etiam Inſtrumentis Muſicis. Verſus enim illi artificioſè & ordine pulchro ſunt diſpoſiti, ad excitandum corda auditorum, ut apponant cor ad interius ipſorum. Hinc dicunt Rabbini noſtri; *Omnia carmina ſancta ſunt. Secundo*, per *Diſpoſitionem* vel *collocationem* intelligo diſpoſitionem reſpectu lectionis & modulationis, vel rhythmi. Hoc eſt quod Sapientes noſtri dixerunt, לְבֵנָה עַל גַּבֵּי אֲרִיחַ *Later ſuper Laterem dimidium*: אֲרִיחַ עַל גַּבֵּי לְבֵנָה *Dimidius later ſuper integro*: אֲרִיחַ עַל גַּבֵּי אֲרִיחַ *Dimidius later ſuper dimidio*: לְבֵנָה עַל גַּבֵּי לְבֵנָה *Later ſuper latere.* Quorum explicatio hæc eſt: Authores carminum priſcorum neceſſe habuerunt accomodare numerum literarum ad rationem melodiæ quam compoſuerunt ad canendum & Ordinem collocationis illarum ad formam ſonorum; & hoc ordine unicè reſpexerunt ad proprietates & requiſita melodiæ. Nam quædam melodia ita diſpoſita eſt, ut verſus primus reſpondeat tertio, & ſecundus quarto, longitudine vel æquali, vel breviori. *Aequalem* longitudinem vocant לְבֵנָה *Laterem*: *Breviorem*, vocarunt אֲרִיחַ *Laterem dimidium.* De his ergò dixerunt, vel, אריח על גבי אריח *Later dimidius ſuper latere dimidio*: vel, לבנה על גבי לבנה *Later (integer ſc.) ſuper latere.*

Sic in Cantico Moſis Deuteron.32. item in Reſponſionibus Jobi, & Proverbiis, vel *longus reſpondet longo, vel brevis brevi*, pro ratione Cantici vel Carminis; veluti;

1. יַעֲרֹף כַּמָּטָר לִקְחִי
2. תִּזַּל כַּטַּל אִמְרָתִי
3. כִּשְׂעִירִם עֲלֵי דֶשֶׁא
4. וְכִרְבִיבִים עֲלֵי עֵשֶׂב

Hoc genus Carminis prætulerunt narrationibus hiſtoricis & ſimplicibus: quia recitationes ſimplices plerique facilè obliviſcuntur, licet ſæpiùs illas legant die nocteque: quæ autem carminicè ſunt diſpoſita, ut cani poſſint & ad melodiam applicari, firmiùs in memoria hærent per illam melodiam, juxta illud; *Et reſpondebit canticum iſtud coram eo in teſtimonium, ut non oblivioni tradatur ab ore ſeminis ejus*, Deut.31.21.

Hinc Fff

Hinc etiam dixerunt Sapientes noſtri; *Quicunq; legit ſine modulatione, & diſcit ſine cantu, de eo ſcriptum eſt*; Et ego dedi eis ſtatuta non bona &c. Ezech. 20. 25. h. e. *quæ elabantur ex memoria eorum.*

Quæ conſtant *latere dimidio ſuper latere integro, vel contrà*, ea ſunt plurima & multifaria; veluti, Canticum Deboræ, Canticum Davidis, 2. Sam. 22. Pſ. 18. & per totum librum Pſalmorum; item, in quibusdam libris correctis inter reſponſiones Jobi, & in libro Proverbiorum Salomonis. Omnes hi carminum authores propoſuerunt ſibi tale aliquod genus, numerando literas, ut æqualiter reſpondeant proportioni melodiæ ipſorum, & pro variatione melodiæ, variant quoque numeri literarum.

Non eſt autem dubium, quin habuerint melodias certas, quæ longitudine temporis & captivitatum in oblivionem venerunt. Has verò accommodarunt ad motiones Inſtrumentorum variorum, numerumque chordarum & foraminum illorum, qualia fuerunt, עוגב, מחול, נבל, עשיר, שמינית, נתית, נגינות, מצלתים, מינים, חליל, תוף & ſimilia. Juxta hæc variarunt etiam melodiæ illæ notæ, veluti, מזמור, מנצח, שיר, מכתם, משכיל, & ſimilia; item numeri literarum Canticorum illorum. Sub hac enim ſcientia comprehenſæ fuerunt res admirandæ ad apprehenſiones divinas. Et hæc eſt ſecunda ſpecies.

Tertia ſpecies eſt eorum, quæ recitantur per Hyperboles, Amplificationes, & Parabolas comparatas ad Laudem vel vituperium rei alicujus, idque vel ad Lætitiam, vel ad Luctum & Planctum. Omnia enim hæc vocantur hoc nomine שיר. *Ἔργον* ejus eſt Movere corda vel affectus, Mutare proprietates & qualitates hominum, & confirmare rem propoſitam verbis, hiſtoriis, epithetis, parabolis & ſimilitudinibus multis; non quòd omnia illa in natura rerum revera ſeſe habeant ſecundum ſenſum verborum literalem.

Hoc genus propriè vocatur שִׁיר, de quo Ariſtoteles peculiarem librum ſcripſit in Libris ſuis Logicis, ubi ſcribit; *Ex proprietatibus & forma Cantici eſſe, Rem laudare vel vituperare &c.* adeò ut hujus rei cauſâ Canticum illud ſit præſtantisſimum, quod pluribus & eximiis maximè ſit ſuffertum hyerbolis, parabolis, & paradoxis. Unde & quidam ex noſtris Sapientibus ſcripſit, מֵיטַב הַשִּׁיר הוא כזבו *Optimum Cantici eſt mendacium ejus*; Mendacium videlicet ſecundum ſenſum literalem phraſium poëticarum. Huic generi Carminum nemo dabit operam, niſi cui propoſitum eſt curare morbos animorum, & mente ægros, vel emendare

dare mores malos & vitia, vel exhilarare triſtes, vel excitare ſomnolentos, eosque movere. Natura enim trahitur à Cantico excellenti, & afficitur ejus raritate, eſtque ſimile Aromatis acribus, quæ occidunt ſanos, & curant morbis mordentibus affectos.

Hujus generis eſt in Lege Canticum Iſraëlitarum, Numer. 21. 17. 18. *Tunc cecinit Iſraël canticum hoc, Aſcende aſcende Beer, canite ei: Puteum quem foderunt principes, foderunt eum principes populi, cum legiſlatore, baculis ſuis.* Certum enim, Principes non fodiſſe puteū calamis ſuis ſcriptoriis: verùm dicitur hoc poëtico more. Tale etiam eſt Canticum Canticorum Salomonis. Dilectus enim ille Amaſius parabolicè eſt Deus Benedictus, & per Sponſam intelligitur Anima rationalis. Hinc dicunt Sapientes noſtri: *Omnia Cantica ſunt ſancta: Sed Canticum Canticorum eſt ſanctiſſimum.* Sic dicitur de Salomone 1. Reg. 4. 32. *Et loquutus eſt tria millia parabolarum, & fuerunt cantica ejus quinque mille*; quia Canticum fuit ſpecies parabolarum, quarum meminit. Sic apud Eſajam Prophetam cap. 5. *Cantabo nunc dilecto meo canticum dilecti mei de vinea ſua*: quia Canticum illud fuit parabola, in qua Eccleſia Iſraëlitarum comparatur cum vinea. Sic dicitur Eſa. 26. 1. *In die illa cantabitur Canticum iſtud in terra Jehudah: Urbs fortitudinis nobis*: quia comparatur ibi Providentia Divina cum Urbe & turri vel arce munita ac forti.

His igitur de Carminum generibus præmiſſis, explicandum nobis eſt; *Ex quonam genere fuerit Canticum iſtud, quod ad mare cecinerunt? &, An in eo ſint quædam ex diverſis Carminum generibus, necne?*

Certum eſt, non fuiſſe ex primo genere; ſed partim ex ſecundo, partim etiam ex tertio.

Ex ſecundo: Conſtat enim ex octonis στίχοις, quorum duo ſunt valdè brevia, & duo alia valdè longa, quatuor mediocria:

Primū reſpōdet nono & octavo (*fortè meliùs, decimo. & ſunt brevia*):
Secundum, reſpondet decimo (*fortè legendum, octavo: nam, juxta ſequentem diſpoſitionem, ſic meliùs videtur quadrare*).
Tertium, undecimo. *Et quatuor hæc ſunt mediocria.*
Quartum convenit cum duodecimo.
Quintum, cum decimo tertio. *Et hæc quatuor ſunt longa.*
Sextum, cum decimo quarto.
Septimum, decimo quinto.

Et hæc eſt ejus forma:

1. רָמָה בַיָּם ׃ 2. עָזִּי וְזִמְרָת יָהּ ׃ 3. וַיְהִי לִי לִישׁוּעָה ׃ 4. זֶה אֵלִי וְאַנְוֵהוּ
5. אֱלֹהֵי

מַרְכְּבֹת פַּרְעֹה .8 ׃ יְיָ שְׁמוֹ .7 ׃ יְהוָֹה אִישׁ מִלְחָמָה .6 ׃ אֱלֹהֵי אָבִי וַאֲרוֹמְמֶנְהוּ .5
יְטֻבְּעוּ בְיַם־סוּף .12 ׃ וּמִבְחַר שָׁלִשָׁיו .11 יָרָה בַיָּם .10 ׃ וְחֵילוֹ .9
׃ יְמִינְךָ יְיָ נֶאְדָּרִי בַּכֹּחַ .15 ׃ יָרְדוּ בִמְצוֹלֹת כְּמוֹ אָבֶן .14 ׃ תְּהוֹמֹת יְכַסְיוּמוּ .13
יְמִינְךָ .16

Hac formâ & menſurâ procedit in circulum quaſi, ſecundum certam melodiam ad quam eſt conformatum, prout unicuique Cantico ſuam certam melodiam ſeu modulationem aſsignarunt. Hinc vides, in iſto Cantico, menſuræ causâ, quandoq; contrahi literas, quandoq; extendi & protrahi, per additionem quarundam literarum, ad juſtam faciendam menſuram & modulationem, prout aliquando etiam una & altera hujus rei causâ deficit. Literæ, quæ in præſenti Cantico ſunt ſuperadditæ, ſunt iſtæ; duo Vav & Jod in voce יְכַסְיוּמוּ: ſuffeciſſet enim dicere כִּסָּם Jod item in נֶאְדָּרִי; Vav in תֹּאכְלֵמוֹ: Vav in תּוֹרִישֵׁמוֹ; Vau in כִּסָּמוֹ: Vau in תִּבְלָעֵמוֹ: Vau in יֹאחֲזֵמוֹ: Thau in אֵימָתָה: Vau in תְּבִאֵמוֹ: Vau in תִּטָּעֵמוֹ: Deficientes ſunt Jod in וְזִמְרָת יָהּ: Sic in תִּמְלָאֵמוֹ, pro תִּמָּלֵא מֵהֶם: Vau in נֵהַלְתָּ, pro נִהַלְתּוֹ: Sic etiam deficit vox לֵבָב in verſu, נָמֹגוּ כֹּל יֹשְׁבֵי כְנָעַן. Non enim exiſtimandum, Principem Prophetarum erraſſe circa accuratam literarum rationem, & ordinem ſcriptionis illarum? Verùm Carminis ratio, & melodiæ neceſsitas, ſic poſtularunt. Ita oſtenſum eſt, quomodo hoc Carmen ſit ex ſecundo genere.

Quòd verò etiam ſit Tertii generis, itidem clarum eſt. Nam; *Dominus eſt vir belli*, phraſis eſt parabolica. Deus enim non eſt Vir, vel Bellator: Sic; *Dextra tua Domine. magnificata eſt fortitudine: confregit inimicum*; Deus enim non habet dextram vel ſiniſtram: Sic; *Et ſpiritu naris tuæ coacervatæ ſunt aquæ*; Item, *Flaviſti ſpiritu tuo: Extendiſti dextram tuam: Habitaculum ſanctitatis tuæ: Firmaverunt manus tuæ*; hæc omnia ſunt de Deo rationes loquendi Poëticæ, per metaphoram, non ſecundum rei veritatem abſolutam, ſicuti vidimus in explicatione horum verſuum.

Quærat verò hîc aliquis; *Si ea quæ parabolicè dicuntur omnia ſint poëtica, annon ſequatur hinc, Omnes Prophetarum viſiones, quæ ſunt parabolicæ & ænigmaticæ, hujus quoq; generis eſſe?* Sic Eſaias multas habet parabolas de Iſraëlitis & aliis populis; veluti, *In die illa ſibilabit Dominus* muſcæ, quæ eſt in extremitate fluviorum Ægypti, & api, quæ eſt in terra Aſur, Eſa. 7. ℣. 18. quæ fuit parabola de Pharaone & Sennacharibo. Sic comparat

parat Chiſkiam cum aquis Siloæ, quæ leniter fluunt cap.8. v.7. Sic Regem Aſſyriæ cum aquis fluviorum ſeu torrentium rapidiſſimorum: Regem Meſſiam, cum Virga de trunco Iſai, & virgulto è radicibus ejus. Et his ſimilia multa alia extant in ejus libro, ut & apud cæteros Prophetas, neque propterea dicitur, quòd rationes iſtæ loquendi ſint Poëticæ.

Ad hoc ego reſpondeo ex mente Majemonidis, in libro More, quod magna ſit differentia inter *Viſionem Propheticam*, quæ pertingit ad Prophetas à Deo, & inter *Spiritum Sanctum*, per quem loquuti ſunt quidam Viri ſancti. *Prophetia* enim eſt Influentia influens in Intellectum, & Phantaſiam Prophetarum: & inde à tempore Prophetiæ, facultates Prophetæ ſunt obſopitæ, ſenſus ejus ceſſant, & anima occupata eſt in apprehenſione ſua; indicatque hominibus, quid viderit, vel audiverit, ſine ulla operatione voluntatis & arbitrii ejus proprii circa id quod videt, vel prophetat, juxta id quod Eſajas dicit cap. 21. 10. *Quod audivi à Deo exercituum, indicavi vobis:* Et Amos dicit aliquoties; *Sic videre fecit me Dominus.* Alia verò eſt ratio *Spiritus Sancti.* Ibi enim nulla eſt viſio figurarum & parabolarum: neque in apprehenſione illa eſt Sopor vel Abolitio, ceſſatio ſenſuum: ſed Propheta talis voluntate & electione ſuâ loquitur quod vult, ſeu de ſcientiis, ſeu Laudes, ſeu admonitiones, ſeu alias res. Quia autem talem comitatur Spiritus & auxilium Divinum ad loquendum verba ſua, ideò vocatur gradus hic Spiritus Sanctus, eſtque Diſpoſitio ad Prophetiam veram. Sic idem Majemonides cap.45. par. 2. ubi gradus Prophetiæ recenſet, ſcribit; Prophetiam quandoque obtingere in gradu uno, quandoque in alio inferiore: quemadmodum enim Propheta non prophetat toto vitæ ſuæ tempore continuè, ſed prophetia aliquando ab ipſo aufertur: ſic illum prophetare aliquando in gradu Prophetiæ ſuperiore & eminentiore, aliquando in inferiore: aliquando etiam per Spiritum ſanctum duntaxat. Hinc ſcies & intelliges, quòd omne carmen, quod extat in libris Prophetarum, ſit verbum ſeu Oratio, quam illi à ſeipſis ordinarunt per Spiritum Sanctum, non quam viderunt per Prophetiam; ſecus ac ſe res habet in Viſionibus. Viſiones enim omnes ſunt Prophetiæ meræ, neque ſunt ex gradu Spiritus ſancti, juxta R. Majemonidem. Canticum autem quodvis eſt ex gradu Spiritus Sancti, & à Prophetæ voluntate & electione ordinatum. Non enim abſurdum eſt, ut dixi, quod licet Prophetæ aliquando apprehenderint Viſiones

Propheticas veras inter vigilandum, dum non prophetabant, etiam loquuti ſint per Spiritum Sanctum ſummâ elegantiâ & eloquentiâ. Nunquid enim vides, Samuelem Prophetam, qui ſcripſit librum ſuum & librum Judicum per Prophetiam ſuam (qua de cauſa etiam libri ipſius inter Propheticos ſunt relati) ideò non impeditum fuiſſe, quo minùs ſcriberet libellum Ruth per Spiritum Sanctum ſine Prophetia, unde ille relatus fuit inter Hagiographos. Sic Jeremias per Prophetiam ſuam ſcripſit librum ſuum, & librum Regum; per Spiritum Sanctum autem librum Threnorum, qui eſt ex Hagiographis.

Quia ergo Canticum ſeu Carmen eſt ex operatione & ordinatione Prophetæ per Spiritum Sanctum quo præditus fuit, abſque viſione Prophetica, ideò ſemper Scriptura id aſcribit Prophetæ qui fecit illud, veluti; *Tunc cecinit Iſrael: Et cecinit Deborah & Barach filius Abinoam: Canticum Canticorum Salomonis*: ſic dicit Eſajas; *Cantabo nunc dilecto meo*; ubi ſibi ipſi Canticum illud aſcribit, quod ipſe illud concinnarit vel panxerit: Sic; *Tunc cecinit Moſes, & filii Iſrael, canticum hoc, & dixerunt dicendo; Cantabo Domino*; quia illi ex ſeipſis illud panxerunt & cecinerunt: ideò in fine ejus orant pro proſperitate ſua; *Cadet ſuper eos terror & pavor &c. Introduces, eos, & plantabis eos &c.*

Neque ſcrupulum tibi moveat, quòd Canticum Deut. 32 Deus dederit Moſi & Joſuæ: nam Deus præcepit Moſi, ut diceret illud ac ſi ex ſemetipſo illud concinnaſſet, & ex ore ipſius, non ex ore Dei verba illa prodiiſſent. Hoc ſibi vult, dum ait; *Nunc itaq; ſcribite vobis canticum iſtud*, Deut. 31. 19. Sic ipſa verba idem docent; *Auſcultate Cœli & eloquar &c. Quia nomen Domini invocabo* ℣. 3. & alia, quæ omnia ſub Moſis perſona enuntiantur. Hinc & in fine dicit; *Apponite ad cor veſtrum omnia verba, quæ ego teſtificor adverſus vos hodiè &c. Non enim eſt verbum inane à vobis*, &c. Hæc omnia docent, Moſen ita dixiſſe Canticum iſtud ac ſi illud ex ſeipſo ordinaſſet. Hujus rei cauſâ parabolæ, quæ occurrunt in vera & mera ejus Prophetia, non vocantur Canticum: quia non fuerunt ex operatione Prophetæ, & ex ejùs voluntate, neque per Spiritum Sanctum, ſed ex Prophetia abſoluta: Parabolę autem illæ, quas Prophetæ fecerunt & ordinarunt ex ſeipſis, atque per Spiritum Sanctum ſcripſerunt, vocantur שירה Canticum. Sic canticum præſens, ad mare decantatum, Moſes panxit ad Deum laudandum, qui exaudivit ipſum in tempore affliEtionis. Hinc Mirjam, ſoror ejus, ipſa quoque fecit canticum cum tympanis & choris. Cantica autem illa ſcripta ſunt

ſunt in Lege & Prophetis, quia Deus illa grata habuit, &, ut illic ſcriberentur, mandavit. Itaque Canticum iſtud fuit quidem à Moſe, conſignatum autem eſt in Lege, ex edicto Dei. *Videatur idem ad Eſa. cap. 5.*

II.

DE EODEM ARGUMENTO.

Ex libro מאור עינים *R. Aſariæ, par. 3. Cap. 60.*

Poſteaquam hactenus egi de Lingua Hebræa, ejuſq́ue Literis, Vocalibus, & Accentibus, viſum etiam eſt, nonnulla ſubjicere de Carminibus hac lingua ſcriptis, iiſque tam antiquis, quàm novis.

Principiò ergo dico; Divinus *author libri Coſri* non procul à fine libri ſecundi, dum oſtendit excellentiam Linguæ noſtræ ſuper omnes alias Linguas, ex Cabbala & ex Ratione, ut ibi videre eſt, concludit tandem & pronuntiat; *Cantica ſeu Carmina illa quibus operam dederunt quidam Sapientum noſtrorum poſteriorum & recentiorum, certâ quantitate & menſurâ ſyllabarum, non eſſe de natura linguæ Hebrææ, ſed ex lingua Arabica derivata: Hebræam enim linguam illa à ſe procul elongare; quatenus illa præcipuum artificium accerſat ab Accentibus, ſenſum verborum oſtendentibus, neq; accuratam & moroſam illam ſyllabarum quantitatem, vel numerum obſervet*, uti prolixiùs apud eum eſt videre.

Ad hujus ſententiam inclinat etiã doctiſsimus *Abarbenel*: Dicit enim, *in lingua noſtra ſancta tria inveniri genera Carminum*: Primò *rhytmica & metrica, hodiè uſitata. Hac dicit non eſſe uſurpata in libris Sacris, ſed aſſumpta ab Arabibus; his tamen eſſe præſtantiora Hebræa.* Secundò *ea, quæ differunt a reliquis Scripturis Sanctis, non quidem quoad voces ipſas, aut earum notiones, ſed reſpectu melodiæ Muſicæ, ſecundum quam canuntur: quale eſt Canticum Moſis, Deut. 32. Deboræ, Judic. 5. Davidis, & ſimilia*: Tertiò, *Cantica ſeu Carmina illa, in quibus nec eſt mutatio in notione vocum, neq; in elocutione Cantoris, ſed tantùm reſpectu intentionis: quòd ſenſus ipſorum non ſit ſecundum literam accipiendus. Quale eſt Canticum Canticorum, & Canticum Eſaiæ.*

Hæc ſententia Coſri, & Abarbenelis, revera videtur eſſe veritati conſentanea: quia in omnibus libris ſacris ne unicum quidem reperimus ex primo genere.

Contra-

Contrârium tamen invenies apud Philonem Alexandrinum; *illud ſcilicet extitiſſe ante vaſtationem Templi ſecundi.* In libro enim de Vita ſolitaria, dum commemorat, quomodo tùm inter Judæos fuerint ſectæ Virorum & mulierum, qui ſe ſepararunt a voluptatibus mundanis ad cultum Dei, & ad ſtudium ſapientiæ, juxta modum Fratrum & Sororum hodiernarum inter Chriſtianos, ibi inter cætera ita ait; *Itaq; non ſolum contemplantur, ſed etiam cantica hymnosq; in Dei Laudem componunt, vario metrorum carminumq; genere rhythmis concinnatos in auguſtiorem ac religioſam ſpeciem.* Et poſt alia: *Tum ille aſſurgens, hymnum in Dei laudem primus canit, aut recens à ſe compoſitum, aut deſumptum ab aliquo vatum veterum. Extant enim hujus generis carmina priſca verſu trimetro, & hymni cum ſuis accentibus inter ſacra canendi ante altaria.* Hactenus ille.

Sic Joſephus in fine libri ſecundi de Romanis ſcribit, *Canticum ad mare decantatum Exo. 15. conſtare verſibus hexametris:* & lib. 4. cap. 8. ſimiliter ſcribit de Cantico Deut. 32. *quòd ſit hexametrum in lingua ſancta.*

Quin & Euſebius Cæſarienſis, qui vixit 200. circiter annis poſt Vaſtationem Templi, lib. 12. cap. 16. de Præparatione Evangelica, ſcribit: *Addit deinde Plato; Dei aut viri divini opus eſſe rhythmo atq; carminibus uti: quare diligenter hac de re leges ponendas eſſe cenſet, quibus ad virtutem univerſa Muſica reſpicere cogatur. Hoc ille verbis; re autem ipſa Judæi cogebantur non alios hymnos & odas ſuſpicere, quam eas, quæ à Spiritu ſancto per Prophetas eſſent compoſitæ.*

D. Hieronimus in Epiſtola ad Paulam Urbicam: *Verùm debes ſcire, in prioribus Pſalmis* (ſc. centeſimo decimo, & centeſimo undecimo, ſecundum numerum vulgatæ verſionis) *ſingulis literis, ſingulos verſiculos, qui trimetro Jambico conſtant, eſſe ſubnexos: Inferiores verò tetrametro Jambico conſtare, ſicuti & Deuteronomii Canticum ſcriptum eſt. In centeſimo decimo octavo Pſalmo, ſingulas literas octoni verſus ſequuntur, In centeſimo quadrageſimo quarto ſingulis literis, ſinguli verſus deputantur, &c. Habes & in Lamentationibus Jeremiæ quatuor Alphabetha, è quibus duo prima, quaſi ſaphico metro ſcripta ſunt: quia tres verſiculos qui ſibi connexi ſunt, & ab una tantùm litera incipiunt, Heroici comma concludit. Tertium verò alphabetum trimetro ſcriptum eſt, & à ternis literis, ſed eiſdem, terni verſus incipiunt. Quartum alphabetum ſimile eſt primo & ſecundo. Proverbia quoq; Salomonis extremum claudit alphabetum, quod tetrametro* [illegible] *ſupputatur, ab eo loco, in quo ait: Mulierem fortem quis inveniet.* [illegible] m Jobi ſcribit: [illegible] *itaq; verum* [illegible]

Jo,

Job apud Hebræos proſa oratio eſt: Porrò à verbis Job, ubi ait, Pereat dies, in qua natus ſum: Et nox, in qua dictum eſt; conceptus eſt homo, *usq, ad eum locum, ubi ante finem voluminis ſcriptum eſt*; Idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla & cinere; *hexametri verſus ſunt, dactylo ſpondeoq, currentes, & propter linguæ idioma crebro recipientes & alios pedes non earundem ſyllabarum, ſed eorundem temporum. Interdum quoq, rhythmus ipſe dulcis & tinnulus fertur numeris pedū ſolutis. Quod metrici magis, quam ſimplex lector, intelligunt. A ſupradicto autem verſu, usq, ad finem libri, parvum comma quod remanet, proſâ oratione contexitur. Quod ſi cui videtur incredulum, metra ſc. eſſe apud Hebræos, & in morem noſtri Flacci, Graciq, Pindari, & Alcæi, & Sapphus, vel Pſalterium, vel Lamentationes Hieremiæ, vel omnia ferme ſcripturarum Cantica comprehendi, legat Philonem, Joſephum, Origenem, Cæſarienſem Euſebium, & eorum teſtimonio me verum dicere comprobabit.* Sic in Præfatione in Chronicon Euſebii, poſteaquam de præſtantia linguæ noſtræ Sanctæ egiſſet, ut & de difficultate Hebræa in aliam quamcunque linguam pari elegantiâ transferendi; ſubjicit; *Denique quid Pſalterio ſonorius, quod in morem noſtri Flacci, & Græci Pindari, nunc Jambo currit, nunc Alcaico perſonat, nunc Saphico tumet, nunc ſemipede ingreditur? Quid Deuteronomii & Eſajæ cantico pulchrius? quid Salomone gravius? quid perfectius Jobo? Quæ omnia hexametris & pentametris verſibus, ut Joſephus & Origenes ſcribunt, apud ſuos compoſita decurrunt.*

Et in libello דרכי נעם Aben Chafif ſequentia reperies: *Dum eſſem in Regno Valentiæ, in Synagoga Morvitri, dixerunt mihi omnis populus qui in portæ erant, & Seniores, ibi eſſe ſtatuam ſeu monumentum ſepulchrale Principis exercitus Amaziæ Regis Jehudah: accurri ergo, ut viderem eam. Statua autem illa eſt lapidea, extans in vertice montis, quo cum labore & defatigatione conſcenſo, legi ejus ſcripturam, quæ ibi exarata erat, carminicam, quæ talis erat*

שְׂאוּ קִינָה ׃ בְּקוֹל מָרָה ׃ לְשַׂר גָּדוֹל ׃ לְקָחוֹ יָהּ ׃

Reliqua non potui legere: finis autem cantici erat לאמציה. *Tunc credidi, quòd forma iſta Carminum rhythmicorum & ligatorum in uſu fuerit inde ab eo tempore, quo Patres noſtri in terra ſua fuerunt.* Hæc ille.

Sic ergo videtur juxta iſtos Sapientes, Linguam noſtram Sanctam in natura ſua, & uſu ſuo, inde à diebus priſcis, non caruiſſe hoc genere carminum metrico & rhythmico; & quidem non tantùm ratione melodiæ, juxta quam illa canebant, uti ſcripſit Abarbenel, ſed & reſpectu rerum ipſarum: atque adeò etiam in libris ſacris reperiri.

Attamen quærens ex multis Sapientibus hujus ſæculi, an illi poſſint agnoſcere

agnoſcere & invenire formam & menſuram illorum? nemo fuit qui mihi reſpondere poſſet: ſed omnes fatentur, in Lectione illorum deprehendi quidem ſuavitatem quandam carminicam, & differentiam inter illa, & reliqua verba Legis, Prophetarum & Hagiographorum, quoad modulationem; ſed illius rationem neminem poſſe aſſequi.

Diu itaque apud meipſum conſiderans, quomodo poſſem conciliare diverſas iſtas ſententias, & aliquid, quod ſatisfaceret, reperire, cor meum mihi dicit; ſine dubio eſſe menſuras & proportiones certas canticorum ſacrorum; ſed illas non conſiſtere in numero motionum (*Syllabarum*) vel pedum perfectorum, aut imperfectorum, juxta formam Carminum hodiernorum, quæ, ut Coſri vult, ſunt Arabica; ſed in numero rerum & illarum partium, ſubjecti ſc. prædicati, & quod illa inter ſe copulat, in unaquaque Sententia & enuntiatione. (*vel*, in unoquoque verſu). Sic eſt verſus duabus menſuris ſeu propoſitionis partibus conſtans, quibus ſi ſecundus accedat, fiunt quatuor: alius, qui conſtat ex tribus, quibus ſi alter accedat, fiunt ſex:

Ex. gr. In cantico Moſis Exo. 15.6. יְמִינְךָ יְהוָה eſt verſus unus, duobus conſtans terminis; נֶאְדָּרִי בַּכֹּחַ eſt ei ſimilis, & cohærens; qui juncti faciunt quatuor (*tetrametrum*): יְמִינְךָ יְהוָה ſecundum, facit duos alteros terminos: תִּרְעַץ אוֹיֵב, iterum duos: & ſic etiam ſunt quatuor. Sic
v. 9. אָמַר אוֹיֵב אֶרְדֹּף אַשִּׂיג אֲחַלֵּק שָׁלָל תִּמְלָאֵמוֹ נַפְשִׁי אָרִיק חַרְבִּי תּוֹרִישֵׁמוֹ יָדִי נָשַׁפְתָּ בְרוּחֲךָ
&c.

Canticum Deuteronomii conſtat ternis, qui geminati faciunt ſex (*hexametrum*): veluti; הַאֲזִינוּ הַשָּׁמַיִם וַאֲדַבֵּרָה וְתִשְׁמַע הָאָרֶץ אִמְרֵי־פִי; Item יַעֲרֹף כַּמָּטָר לִקְחִי תִּזַּל כַּטַּל אִמְרָתִי: &c.

Quandoque in verſu uno, nedum in integro Cantico, duo hæc genera (*tetrametrorum & hexametrorum*) concurrunt, prout ſc. Spiritus ſuper Propheta requievit, & varietas intentioni ipſius rei conveniebat. Ex. gr. וּבְרוּחַ אַפֶּיךָ נֶעֶרְמוּ מַיִם ſunt bini, qui faciunt tetrametrum: נִצְּבוּ כְמוֹ־נֵד נֹזְלִים קָפְאוּ תְהֹמֹת בְּלֶב־יָם ſunt duo trimetri, qui conſtituunt hexametrum. Sic canticum Putei incipit a Trimetris, poſtea ſubjunguntur dimetri. Similiter in Oratione Habacuci (quæ eſt עַל שִׁגְיֹנוֹת ſicut, שִׁגָּיוֹן Davidis, & data fuit Magiſtro ſymphoniæ juxta melodias ei convenientes, ſicut ait; לַמְנַצֵּחַ בִּנְגִינוֹתָי *Victori ſeu magiſtro ſymphoniæ in Pſalmis meis*, Habac. 3.19.) verſus ſunt trimetri; אֱלוֹהַּ מִתֵּימָן יָבוֹא וְקָדוֹשׁ מֵהַר־פָּארָן סֶלָה וּתְהִלָּתוֹ מָלְאָה הָאָרֶץ.

Obſer-

Obſervandum etiam eſt Lectori, in quibusdam verſibus occurrere quasdam Voces, quæ non ingrediuntur in menſuras illas (*propoſitionis ſeu enuntiationis partes*) ſicut in Cantico Deuteronomii, in וַיֹּאמֶר אַסְתִּירָה פָנַי מֵהֶם vox וַיֹּאמֶר eſt vocabulum per ſe, ut ſic אַסְתִּירָה פָנַי מֵהֶם trimetrum conficiat: אֶרְאֶה מָה אַחֲרִיתָם eſt trimeter alter: duo item nomina Tetragrammata in Oratione Habacuci, in verſu, יי שמעך &c. quorum unumquodque ſeorſim eſt legendum, ac quæ illis ſunt adjuncta, faciunt trimetrum: Verſus autem iſte, כִּי תְאֵנָה לֹא תִפְרָח (*Habac.* 3.17.) aliam ſeu diverſam habet rationem, ex ſubjecto & prædicato: Subjectū eſt תְאֵנָה, Prædicatum, לֹא תִפְרָח: Sic in quolibet verſu, qui complectitur duodecim דבורים enunciata, reducuntur ad ſex metra. Non enim tibi ſunt numerandæ vel ſyllabæ vel dictiones, ſed ſenſus (*quæ rationem habent, vel ſubjecti vel prædicati, vel copulæ*). Hinc ſæpè particula parva conjungenda eſt cum voce proxima. Hunc etiam ordinem obſervant verſus Pſalmorum. חָנֵּנִי אֱלֹהִים כְּחַסְדֶּךָ tribus conſtat: ſic, בֵּאלֹהִים אֲהַלֵּל דָּבָר כְּרֹב־רַחֲמֶיךָ מְחֵה פְשָׁעָי. Sic & Proverbia Salomonis: חָכְמוֹת בַּחוּץ תָּרֹנָּה בָּרְחֹבוֹת תִּתֵּן קוֹלָהּ.

Non me fugit autem, inveniri quosdam verſus, quos non poſſum accommodare ad rationes ſeu modos iſtos, & fortè nimis multos. Verùm, his obſervatis, intelligentes fortè illuſtrabantur, & invenient, de quibus ego non cogito. Quomodocunque ſit, credendum nobis, omnia Carmina, quæ inveniuntur in Scripturis Sanctis, veluti Canticum ad Mare, Putei, Moſis, Davidis, librorum Jobi, Pſalmorum & Proverbiorum omnium, inquam, certam habere rationem & proportionem, ſeu menſuram; hic eſſe iſtam, illic, aliam; vel etiam unum idemque quandoque varias ac diverſas habet, prout obſervare poſſumus, quando ea legimus, proprietatem quandam admirandam in illis, quamvis non penetrare poſſimus ad veras dimenſurationes illarum, quemamodum & loquimur, ſurgimus, ſedemus, ignorantes, quibus muſculis & organis naturalibus iſtiuſmodi actiones perficiantur, quæ nobis inſunt a Sapientia Divina. In ſpecie de Canticis Davidis, dictis ante altare Domini, extra controverſiam eſt, ut Coſri ſcribit par. 2. quòd fuerint accommodata ad Muſicam, quæ olim fuit perfectiſſima, & proprietate ſuâ excitavit animam.

Non eſt autem quòd mireris, quod dixi, Unum idemque Carmen habere menſuras diverſas. Nam ſi tibi nota ſit Carminum Poetarum

gentilium ratio, veluti Horatii, Terentii, & aliorum, videbis illos ſimiliter feciſſe: Quodvis, pro natura ſubjecti & argumenti, variationesque quæ in eo incidunt, accommodatas ad motus corporis & animæ.

Porrò ſcito, Lector benevole, quòd, cùm deſiderarem de Quæſtione hac audire aliquem eximium ex ſapientibus hujus ſeculi, inprimis talem, qui intelligeret naturam Carminum & Poëſeos, ſermo hac de re mihi fuerit cum viro ſapientisſimo *Provanzali*, tertio fratrum, qui ſunt lumina patriæ meæ Mantuæ, *R. Jehudah*, qui author eſt libri נפוצות יהודה, eique prælegi ea quæ hîc ſcripſi, inde à principio hucusque. Ipſe verò, uti quidem mihi dixit (non eſt autem vir qui mentiatur) omnia approbavit ſuo judicio. Quin & de ſuo addidit, quòd *pro eo, quod dicitur, poſteriores noſtros accepiſſe genera hæc carminum, quibus utuntur, à priſcis gentilibus, nos poſſimus hanc gloriam attribuere Linguæ noſtræ ſanctæ, & genti noſtræ, & dicere, quod contrà, priſci gentiles illa acceperint ab antiquioribus ex populo noſtro*, Quam ipſius ſententiam confirmare poſſumus eo, quod R. Moſes ſcripſit in More par. 1. cap. 71. & author libri דרך אמונה, portâ tertiâ, *quod multæ ſcientiæ & artes primò fuerint inter Iſraëlitas, quæ deinde, cum Gentes aliæ nobis dominarentur, venerint in manus illorum, ut, quæ nunc ab illis diſcimus, videantur ab illis provenire, cùm vero planè ſit contrarium.*

Quicquid ſit, ex omnibus, quæ hactenus de hac quæſtione dicta ſunt, colligimus, verba Coſri, & Abarbenelis, quæ adduximus in principio capitis, ubi negant, Carmina ſancta eſſe juxta formas & modos certorum pedum, biſyllaborum, triſyllaborum &c. quales hodiè in carminibus noſtris obſervantur, verba, inquam, hæc illorum eſſe recta & vera. Neque tamen diffitemur, illa habere procul dubio menſuras alias, quæ dependeant a rebus ipſis, eo, quo dixi, modo. Unde hujus rei causâ ſunt excellentiora & præſtantiora, quàm illa, quæ certis conſtant pedibus, & ſyllabarum quantitatibus ac numeris. Quod ſi etiam recte expendas verba Coſri, videbis, illum ex parte attingere ea quæ nos ſcripſimus: Imò oculi tui ipſi videbunt in Canticis Propheticis majorem excellentiam. Nunquid enim vides, ſi quædam illorum transferas in linguam aliam, quòd obſervent vel retineant menſuram ſuam, ſi non totam, ſaltem aliqua ex parte? quod non poſſumus facere in illis Carminibus, quorum determinatio ſeu menſuratio conſtat certâ ſyllabarum quantitate & numero, uti cuivis conſtat. Præterea, ſi illud de Principe ſeu Duce exercitus Amaziæ verum eſt, non poterimus ne-

mus negare, quòd hodierna quoque Carmina, quæ dicuntur ab Arabibus petita, illo jam tempore in uſu fuerint, apud quoſdem de vulgo, & in rebus vulgaribus; non verò apud eos qui ex inſtinctu Spiritus ſancti Carmina ſcripſerunt.

Verùm ex iis, quæ in hac materia obſervanda ſunt (quod noſtros Poëtas hodie non attendiſſe deprehendo) eſt & hoc, quòd, ſicut apud Gentiles invenitur unumquodque genus Carminis habere menſuram convenientem argumento ejus, magnaque differentia eſt inter Carmina ad lætitiam compoſita, quæ vocant *Lyrica*, & inter Carmina lugubria, quæ vocant *Elegiaca*, & inter *Heroica*, quæ componuntur in laudem & honorem alicujus inſignis Herois, aut Regis, & alia; ſic quoque nos facere debeamus in Carminibus quæ componimus, ut illorum menſuræ ſint convenientes fini & ſcopo rei: neque enim quævis menſura ſeu Carminis ratio convenit cuique rei. Ex. Gr. Determinatione ſeu Menſurâ, quam invenis apud optimos Poëtas in Carmine ad hilaritatem compoſito, aut ad laudem, aut ad orationem, non convenit ut illâ concipias Threnodiam, aut Monumentum Sepulchrale, ſeu Epitaphium: Carmen enim debet conveniens eſſe voci, ſicut vox convenire debet ſcopo & fini argumenti. Nunquid enim animadvertis, per *νυθεσιαν* ſuprà allatam, in libro *Threnorum* Jeremiæ אֵיכָה יָשְׁבָה & ע״ב h. e. verſus *Capitis primi & ſecundi* ſingulos conſtare ternis propoſitionibus, & harum unamquamque ſubjecto & prædicato, & iis, quæ ad hæc pertinent? *Tertium caput* eandem ſequitur rationem, atque eam ob cauſam proximè prioribus ſubjungitur, ſed dividitur in tria capita (quia ſingulæ literæ ternos habent verſus): Verùm *Caput quartum* non in omnibus verſibus hanc habet rationem, ſed conſtat binis binis, quæ faciunt quatuor. Vide & invenies: & ſimul diſces, quæ fuerit apud ipſos Threnodiarum ratio. Sic ſcribit Joſephus Romanorum lib. 10. cap. 6. *Jeremiam in Joſiæ obitum ſcripſiſſe* שִׁיר כחוּבָר בְּמִקְצָב אֲנִינוּת וְדַאֲבוֹן נֶפֶשׁ *carmen metricum lugubre.* Verùm *Caput quintum &c.* זכור ה׳, quod continet Orationem, invenies conceptum formâ alia, nimirùm unum cum uno, qui conficiunt binos, hoc eſt, dimetros, juxta formam Jobi, Pſalmorum, & Proverbiorum. Sic Canticum Deuteron. 32. quoque diverſam formam habet ex ternis, qui conficiunt ſex, (hexametris), ad inſtar Carminis Heroici, quod eſt omnium præſtantiſſimum. Non neſcio, hęc, quę ſcripſi, pauca eſſe è multis, & quaſi guttam ex ſitula. Sapiens autem, hęc legens, iis plura addet ex bonitate intellectus ſui.

Sic quoque idem in aliis obſervandum, veluti in Epitaphiis; ut videlicet illa ſint accommodata ſcopo ſuo vero, & intentioni, quæ in illis quæritur. Noſti quid Sapientes noſtri ſcripſerint in Talmud Hieroſolymitano, Tractatu שקלים, ut & in Beréſchith rabbah ad verſum ויצב יעקב מצבה *Traditio eſt R. Simeonis filii Gamalielis, qui dixit*; אין עושין נפשות לצדיקים דבריהם הם זכרונותיהם *Non facienda ſunt monumenta juſtis, quia verba ipſorum ſunt monumenta ipſorum.* Ex quo dicto videtur, Epitaphia quæ hodie ſolent fieri mortuis, eſſe conſuetudinem plebeiam, & inutilem; præſertim reſpectu mortuorum, qui de iis nihil ſciunt: quod enim fuit, fuit, adeo ut omnia elogia, quæ mortuis attribuuntur, dicendo, Hic fuit filius Sapientum: hic fuit filius Regum, pro nihilo & re inani ſint reputanda. Attamen ex adverſo ibidem reperimus eos dicentes, מותר המת בונין לו נפש על קברו *Reſiduus, ſeu, ultimus honor defuncti eſt, quod faciant ipſi monumentum ſuper ſepulchro ipſius.* Et in Eruvin, capite quod incipit מעברין mentionem faciunt monumentorum juſtorum. Sic expreſſum Scripturæ teſtimonium habetur, וַיַּצֵּב יַעֲקֹב מַצֵּבָה וגו׳ *Et erexit Jacob ſtatuam vel monumentum*, Gen. 35. 14. Et 2. Reg. 23. ubi agitur de ſepulchro Viri Dei, dicitur, מָה הַצִּיּוּן הַלָּז *Quale eſt monumentum iſtud?* ℣. 17. Hæc omnia ſunt indicia, quæ docent, jam olim ab antiquis temporibus hunc morem in uſu fuiſſe. Dicimus itaque, mentem R. Simeonis filii Gamalielis non fuiſſe, monumenta abſolute vituperare & improbare, ſed tantùm eo reſpectu quo verba illa ejus tradunt; videlicet quatenus intenditur, mortuo ſtatuere memoriam per illud monumentum, quaſi absq; eo nulla illi ſupereſſet memoria & benedictio. Quando verò in Epitaphio intenditur res aliqua utilis, uti dictum, contra id neque R. Simeon, neque alius quiſquam, aliquid mali cogitavit.

In Antiquitatibus Joſephi reperies eum mentionem facere mortis cujuſdam è Regibus templi ſecundi, ejusque ſepulturæ. Ibi refert, quomodo, cùm ad ſepulturam deferretur, quidam feretrum ſint ſequuti cum variis aromatum ſpeciebus, & de iis ſubinde feretro injecerint. Hic enim tum temporis mos fuit inter Judæos, in monimentum & memoriam, quòd noſtri mortui ſint revicturi. Et hæc quoq; fortè cauſa eſt ejus, quod in libro Chronicorum (*cap. 16. v. 14*) refertur, *Regem Aſam, adhuc vivum, repleviſſe ſepulchrum, quod ſibi præparaverat, aromatibus & variis condimentorum ſpeciebus*; quaſi voluiſſet dicere, quòd adhuc tempus ſit venturum, quo ipſe & amici ejus ſigillatim ſint acceſſuri, & ſicut priùs invicem collocuturi, neque putredo aut fætor illos ſint impedi-

impeditura: illos enim cum primariis aromatis odorem ſuavem reddituros.

Sic è Chriſtianis Aquinas in libro quarto Concluſionum, diſtinct.15. & 45. ſcribit, *Monumenta juxta ſepulchra fieri in ſignum Reſurrectionis mortuorum, & ut ſpectatores orent pro ſalute animæ.* Et Orator Tullius 1. Tuſculanar. ſcribit, *morem antiquiſſimarum gentium eſſe, monumenta mortuis erigere.*

Verùm mittamus iſta, & conſideremus id quod Sapientes noſtri dicunt cap.2. תענית ſeu de Jejunio: למה יוצאים לקברות *Quare exire ſolent ad ſepulchra? Unus dixit:* (illos velle dicere;) אנו חשובים לפניך כמתים *Nos reputamur coram te quaſi mortui! Alter dixit;* כדי שיבקשו עלינו רחמים *ut petant pro nobis miſericordiam.* Et in Zohar, ſectione אחרי מות: *Quando mundus opus habet miſericordiâ, vivi eunt, & notum id faciunt animabus juſtorum, & flentes ſuper illorum ſepulchris referunt ea, quæ viſum eſt ipſis notum facere. Quomodo voluntatem ſuam patefaciunt, ut anima conjungatur cum animâ? Sic: excitantur animæ juſtorum, congregantur, & eunt ac currunt* לדמוכי חברון *ad defunctos in Chebrone, & notum faciunt ipſis dolores mundi, & omnes per portam horti Edenis ingrediuntur, & notum faciunt Spiritui: & iſtis Spiritibus, qui coronati ſunt in horto Edenis, adjungunt ſe Angeli, & hi omnes notum faciunt animæ: anima notum id facit Deo benedicto, & omnes petunt miſericordiam pro vivis, & Deus benedictus miſeretur mundi propter ipſos. Et de hoc dicit Salomon;* Laudo ego mortuos, qui jam mortui ſunt, Eccleſ.4.2.

Sic legimus in capite Talmudico אלו נאמרין *quòd Caleb ſe proſtraverit ſuper ſepulchris patrum noſtrorum juſtorum.*

Quod ſi ita ſit, bonum eſt nobis ut diſcernamus inter eum qui Deum colit, & eum qui ipſum non colit, juxta regulam quam nos docuerunt, dicentes; כל שרוח הבריות נוחה הימנו רוח המקום נוחה הימנו וכל שאין רוח הבריות נוחה הימנו אין רוח המקום נוחה הימנו *Omnis homo in quo Spiritus omnium ſibi complacet, is quoq; placet Deo: quicunq; autem non placet hominibus, neq; Deo placet, in Pirke ávoth, cap.3.* Et quomodo aliter cognoſci poſſit locus ſepulturæ eorum qui habentur pro viris ſanctis & beatis? annon per hujusmodi monumenta & epitaphia, per quæ invenire poteſt omnis qui quærit, locum ubi ſit terra ſancta?

Hujus rei causâ ebullit cor meum (*decernit & pronuntiat*); Sepicedia reſpiciunt, non ad perſequendas laudes imaginarias, veluti familiæ, honorum, divitiarum, & ſimilium, ſed, ut in memoriam revocent venienti ad ſepulchra, quòd non unà cum corpore quoque moriatur anima.

anima & quòd juſtitiarum ejus, quas fecit, memor ſit futurus Deus retributionum, aut, quòd tempore reſurrectionis mortuorum inter vivos & ſuperſtites ſit futurus, quod item unuſquiſque actionum ſuarum rationem ſit redditurus coram Deo, & ſimilia, quæ viventi prodeſſe poſſunt, ſi illa ad animum revocet; talia monumenta & epicedia neminem Sapientem unquam improbaturum. Nam res illæ, quarum mentionem fecimus, ſunt rectæ & laudabiles, honori mortuorum, & utilitati vivorum inſervientes, ad imprimendum ipſorum animis, Spiritum rediturum ad Deum, & quod propter actiones venturi ſint in judicium, & tandem juſtus ſit permanſurus in ſorte ſua ad æternam ſalutem &c.

Verùm relictis iſtis, revertimur ad primum hujus capitis ſcopum, & dicimus, *quòd Cantica iſta, quæ certo ſyllabarum ac pedum numero & menſurâ conſtant, revera non ſint de natura Linguæ noſtræ ſanctæ, rectèq; dixerit author libri Coſri, quòd adverſentur ejus excellentiæ, dum ſæpè quieſcentem faciunt mobilem, & vice versâ mobilem quieſcentem, ea quæ conjuncta ſunt divellunt, & quæ divulſa ſunt conjungunt, & ſimilia, quæ lectorem facile decipiunt, ſi non probè attendat: Convenientia autem ei eſſe ea carmina, quæ modulationes ſuas obſervant reſpectu rerum, uti ſunt* Prophetarum, quæ commemoravimus.

Deus autem, pro ſua miſericordia, retegat oculos noſtros, ut aſpiciamus mirabilia ex Lege ejus &c.

****

III.

DE EODEM ARGUMENTO.

Ex libro ערוגת הבושם R. Samuelis Arcuvolti Capite XXXI.

HOc capite conſtitui aliquid dicere de Carminum ratione. Verùm in ipſo ſtatim limine hæreo ſtupens, & *Cor meum* לְמו אָב *ad Patrem Carminum clamat (alludit ad Eſa.15.10.) Annon ſit ex filiis alienigenarum?* ſicuti aſſeruit Princeps Poëtarum R. Jehudah Hallevi, in libro Coſri Par.2. Vehementer enim invehitur in ſubjectionem vel ſervitutē Canticorum iſtorum metricorū & Rhythmicorum, ut tandē de iis exclamet; *Et commiſcuerunt ſe cum gentibus* &c. eò quòd

eò quòd iis corrumpatur lingua. Verè dixerunt ſapientes noſtri שלובה היא העיסה שנחתומה מעיד עליה שהיא רעה *Peſſima eſt paſta, de qua piſtor ipſe teſtatur quòd ſit mala.* Videtur autem ægritudo hæc eſſe lepra inveterata, eò quòd Rabbini noſtri dixerint; *Quare punitus fuit David (quòd Aſa mortuus ſit per manum ejus).* מפני שקרא לד"ת זמירות *eò quòd legerit Verba Legis inſtar cantici, ſicut dicitur*; זְמירות Cantica fuerunt mihi ſtatuta tua, Pſal. 119. 54. Sic dicunt; כל הקורא פסוק בשיר השירים ועושה אותו כמין זמר התורה חוגרת שק ואומרת לפני הקב"ה רבש"ע עשאוני בניך ככנור וכו' *Quicunq; legit verſum ex Cantico Canticorum, & facit eum inſtar Pſalmi, ſuper eo accingit Lex ſaccum, & dicit coram Deo; Domine mundi, fecerunt me filii tui ſicut citharam &c.* Iſta omnia, & ſimilia, ita me conſternatum reddunt, ut neſciam quid loqui debeam, ut reſpirationem habeam. Verùm, מפני שדרך נשים הוא לעמוד על יראת הגפת התריסין ושפעת הקלנסים *quia mulierum eſt conſternari à timore colliſionis vel ſtrepitus ſcutorum, & ſplendore galearum,* dixi; לא יבריחני בן קשת ולא יעכבני פחד מדומה: מהעמיד דבר אמת על מכונו וארמון השיר על משפטו וצביונו *Non in fugam conjiciet me ſagittarius, neq; me morabitur timor imaginarius, quo minus rem veram ſtatuam in loco ſuo, & palatium Carminis in judicium & ornatum ſuum.*

Principio ergò dico; *Tria ſunt, per quæ acquiritur perfectio humana, nempe; Intellectus animæ, Sermo, & Scriptura.* Ex his autem reperimus, *Intellectum animæ* latiorem eſſe Sermone. Nam Sermonis manus abbreviata valdè eſt; & æquivocè v.g. חֲרִיפוּת (*Acor*) dicitur de Odore, de Gladio, & de Acie intellectus, aliisque rebus disſimilibus: Intellectus autem unamquamque rem intelligit diſtinctè & per ſe: quamvis alio reſpectu deprehenditur etiam *Sermo* prærogativam habere præ Intelligentia animæ, & cogitatione cordis: Hæc enim tantùm proſunt dominis ſuis: ſermo prodeſt etiam aliis. Similiter etiam *Scriptura* majorem virtutem habet quàm Sermo: Sermo enim prodeſt tantùm audientibus eum, & loquente vivente: Scriptura prodeſt non tantùm ſæculo præſenti, ſed & ſæculis futuris. Cujus rei causâ Job dicit; *Quis det nunc, ut ſcribantur verba mea?* Jobi 19. 23. Aliâ tamen notione *Sermo* latiùs patet quàm Scriptura: Sermo enim adjuvari poteſt nutibus loquentis, nictu oculorum, motu digitorum & aliis geſtibus, mentem loquentis indicantibus, ut cogitationes cordis ejus imprimantur menti auditorum. Unde noſtri Rabbini dicunt; מפי סופרים ולא מפי הספרים *Utilius eſt diſcere ex ore ſcribarum, quàm ex ore Librorum.*

Neque Scriptura poteſt edere ſermonem plenum, ut ſermo oralis per geſtus & motus indicatos. Attamen, ad ſupplendum hunc defectum Scripturæ, excogitati ſunt *Accentus* varii, qui dent intellelligentiam rerum occultarum, loco geſtuum & actionum, quæ adhibentur à loquentibus. Hoc enim quoque faciunt *Accentus*.

Hinc הַנִּגּוּנִים *Modulationes* ſeu *Melodiæ* ſunt duorum generum. *Primum eſt* illud, quando ea inſtituitur vel accommodatur vocibus reſpectu rerum: nam variatione vocum & ſonorum diſtinguitur Sermonis finis, diſtinctio, ejus continuatio, celeritas, tarditas, lætitia, triſtitia, dolor, admiratio, terror, metus, & ſimilia. Et hæc modulatio præſtantisſima eſt in Muſica: ea enim non tantùm reſpicit ad voluptatem aurium, ſed etiam, ut ſpiritum, animam, & vitam quaſi det rebus quæ dicuntur. Hac ſpecie Muſicæ uſi ſunt olim Levitæ: absque enim ea non potuiſſent accommodare & adaptare inſtrumenta Muſica. Et hæc quoque competit Canticis Linguæ noſtræ ſanctæ: *Secundum genus* eſt, Melodia aliqua vulgaris & plebeia, juxta quam Carmen vel Canticum aliquod effingitur; neque aliud reſpicit, quàm Auditum auris. Hinc multa cantica ſunt, quæ ſenſu tantum inter ſe differunt, quantum Oriens ab Occidente, quibus tamen eadem melodia adaptatur à vulgo, quando idem habent genus carminis.

Nunc audi verba authoris libri Coſri Parte 2. §. 69. Sic ait Rex Coſar: *Ubi eſt eximia illa præcellentia Linguæ ſanctæ ſuper alias? Imò aliæ linguæ ſuperant eam in Carminibus ſecundum ſyllabarum ac pedum numerum & quantitatem compoſitis, & ad certam melodiam conſtructis*, h.e. quæ ratione dimenſionis & rhythmorum adaptantur ad certas melodias, àntè jam de rebus aliis factas, ejuſdem generis, ſecundi videlicet, quod diximus. Perfectio enim linguę noſtrę ſanctę requirit, ut in illa nihil deſideretur; quamvis iſtud genus Carminum minus ſit perfectum quàm primum. Quia ergo in his verbis Rex Coſar præſuppoſuit, modulationes in genere requirere certam ſyllabarum ac pedum menſuram & quantitatem, ut & rhythmum; idcirco reſpondet ei Socius Judaicus in hunc mundum; *Sane apud me certum eſt, Melodiam muſicam non neceſſariò exigere dimenſionem & rhythmum: & poſſe tàm in verſibus brevioribus quàm longioribus eandem modulationem obſervari; veluti:* הודו לַיְיָ כִּי טוב

לְעוֹשֵׂה נִפְלָאוֹת גְּדוֹלוֹת׃ &

(vult dicere; poſſe in verſibus inæqualibus, inæquali vocum & ſyllabarum numero conſtantibus, eandem & æqualé modulationem fieri; v.g.

in duo-

in duobus adductis, in quorum priore ſunt voces monoſyllabę, biſyllabæ, & triſyllabæ, & ſyllabę pauciores; in poſteriore omnes triſyllabæ). Addit autem, *id fieri poſſe* בנגונים בעלי הכעשים *in modulationibus activis* (h.e. in illis, quarum virtus in eo eſt poſita, ut res ipſas, & earum ſenſum animis auditorum imprimant). *Quod autem ad illa Carmina & Cantica attinet, quæ vocantur Arabice* אנשריא, *quæ metro conſtant & rhythmo* (*ex ſecunda videlicet ſpecie*) *quorum præcipuus decor conſiſtit in conſtructione artificioſa proſodicâ & Muſicâ* (nullâ habitâ ratione rerum & ſenſuum, ut his intelligentia concilietur) *ea nullo loco habent* (Hebræi) *propter excellentiam longè præſtantiorem & utiliorem, quam reſpiciunt*, ut ſenſum & genium quaſi dictorum auribus & animis imprimant in ſuis Carminibus, ſicut porrò explicat. Quærente enim Rege Coſar; *Et quænam eſt illa* (ſc. præſtantior excellentia)? reſpondet Socius Judaicus, *Illam eſſe hanc, & hoc reſpicere*, ut id quod eſt in animo loquentis, ingrediatur in animum Audientis, quod quomodo fiat, prolixè explicat. Ad quæ Coſſræus iterum excipit & inſtat; *At video ego vos Judæos quoq; laborantes, ſeu operam dantes metricis iſtis carminibus, certo pedum numero & rhythmo conſtantibus, & ſimiles fieri hac in parte cæteris gentibus, Linguamq; Hebræam illarum legibus ſubjicere.* Ad hoc reſpondet ei Judæus; *Verum hoc quidem eſt: ſed id adſcribendum errori & rebellioni noſtræ: quâ factum ut non ſatis nobis ſit reliquiſſe iſtam præſtantiam & dignitatem, ſed inſuper etiam corrumpimus præcipuum linguæ noſtræ ſcopum, quæ data eſt ad noſtram conjunctionem, quam nos convertimus in diſſenſionem*) Sic fatetur nos peccaſſe, iniquè egiſſe, & peccaſſe, introducendo æmulam (*linguæ Hebrææ*) in domum ejus, applicando ſc. eam ad formam & leges Carminum prophanorum & peregrinorum. Fortasſis hujus authoris temporibus jam ſe exeruerunt ſigna impuritatis hujus, concipiendo Preces carminicas conſtructas juxta modulationes illas, qui error eousque invaluit & crevit, ut Impreſſores ſeu Typographi peccatum ſuum inſtar Sodomæ divulgarint; veluti ad Poëma tale, cujus initium eſt, שיר תודה לאלהים תנה memorant illud eſſe juxta melodiam אין טודה לה טראמונטאנ״ה: ad aliud adſcripſerunt melodiam, איל באקירו דימוראיינה, & his ſimilia alia, ſicque prophanum introduxerunt in ſanctum. Fortaſſe ſeducti ſunt perverſo intellectu verborum Aben Eſræ, qui ſuper Pſal. 22. ſcribit: *Rectum eſt in oculis meis, quòd* אילת השחר *ſit initium Carminis facti juxta formam carminum amatoriorum, ſicut dicitur* אילת אהבים *ut hîc Pſalmus propter ſuavitatem modulationis ſuæ &c.* Sed nullus eſt locus erroris in verbis ejus iſtis:

iſtis: loquitur enim illic de modulationibus Carminum linguę ſanctæ, quæ facta ſunt ſeu concepta ſunt verbis amatoriis inter Iſraëlem, & Patrem ipſorum qui eſt in cœlis, ut eſt Canticum Canticorum, non de veris ac propriis carminibus amatoriis. Abſit hoc! Nos verò quid dicemus, & quomodo juſtificabimus nos, propter quoſdam ſeculi noſtri Sacrorum miniſtros, qui Orationes ſanctas canunt ſeu modulantur ad melodiam Carminum prophanorum vulgarium, unde ex ſermone ſancto mentis ipſorum aliquid obſcæni & ſpurci incidit? Annon de his omnibus clamat Propheta; *Dedit contra me* בקולה *ideò odi eam*, Jer. 12. ℣. 8. Nota, quòd Propheta non dicat קולה *vocem ſuam*, ſed, בקולה *cum voce ſua*, q. d. aliquid voci conjunctum & adhærens. De ſimilibus etiam dixerunt Rabbini noſtri; *Generationem puniri propterea quòd legit verba legis more canticorum*, h. e. juxta melodiam uſitatam inter gentiles ſæculi ſui, juxta id quod David dicit Pſ. 119. 54. זְמִירוֹת *Cantica fuerunt mihi ſtatuta tua in domo peregrinationum mearum*, q. d. Cantica uſitata in domo peregrinationum mearum, fuerunt mihi ſtatuta tua. Sic dicunt; *Quicunque legit verſum ex Cantico Canticorum, & eum facit inſtar Cantici, &c.* Dum enim dicunt; *Et eum facit*, dicere volunt, ſi eum actione humanâ educat è ſanctitate ſuâ, applicando eum ad melodiam alienam contra naturam ſuam, juxta illud; מַשְׁחִית נַפְשׁוֹ הוּא יַעֲשֶׂנָּה *Corrumpens animam ſuam, ipſe facit eam.* Prov. 6. 32. Anima enim naturâ ſuâ non accipit corruptionem, niſi violenter per opus humanum. Hujus rei causâ dicunt Legem induere cilicium. Et contra hoc quoque invehitur author libri Coſri. Carmina autem, quæ rationem ſyllabarum & pedum obſervant poëticam, vel rhythmos, qui non ſunt constructi juxta rhythmos prophanos, illi in ſanctitate ſua permanent, nec quicquam alieni contra illos loquitur: illa enim ingrediuntur in ſanctum interius, & è templo ejus egrediuntur: nec unum eſt ex illis genus, quod non egreſſum ſuum habeat è Scripturis ſanctis, quemadmodum, Deo favente, oſtenſuri ſumus.

Capite ſequenti 32. hæc habet:

ATque ut videas, quòd Rhythmorum conceptio & nativitas quoque ſit ſancta, Exempli causâ ſequentes tibi propono verſus.

הלא

Prov.31.18.

טָעֲמָה כִּי טוֹב סַחְרָהּ
לֹא יִכְבֶּה בַלַּיְלָה נֵרָהּ

Prov.15.15.

שְׁתֵה מַיִם מִבּוֹרֶךָ
וְנוֹזְלִים מִתּוֹךְ בְּאֵרֶךָ

Pſal.2.

נְנַתְּקָה אֶת מוֹסְרוֹתֵימוֹ
וְנַשְׁלִיכָה מִמֶּנּוּ עֲבֹתֵימוֹ

Deut.32.6.

הֲלֹא הוּא אָבִיךָ קָּנֶךָ
הוּא עָשְׂךָ וַיְכֹנְנֶךָ

Judic.14.ỽ.18.

לוּלֵא חֲרַשְׁתֶּם בְּעֶגְלָתִי
לֹא מְצָאתֶם חִידָתִי

Pſal. 115.8.

כְּמוֹהֶם יִהְיוּ עֹשֵׂיהֶם
כֹּל אֲשֶׁר בֹּטֵחַ בָּהֶם

Et plurima alia.

IV.

R. SAMUEL ABEN TYBBON. in principio Commentarii ſui in librum Eccleſiaſtis: (citante R. Jehudah Muſcato in Coſri fol.119. col.1.).

SUnt etiam Arti Poëticæ quædam conditiones aliæ, partim Communes apud omnes, partim Singulares unicuique genti, quarum meminit Ariſtoteles. Sic ait, *quaſdam nationes in Carminibus ſuis non curare mutationem literarum ultimarum, maximè ſi dum leguntur eundem ſonum edant.* Sic dico, apud quaſdam gentes non receptum eſſe in Carminibus, ut eadem obſervetur forma ratione Punctorum; videlicet Regum, & ſ Scheva, ut illa ſint in omnibus eadem, vel unus idemque ſyllabarum & pedum numerus; ſed ſupplent defectum modulatione: nec dubium eſt quin hîc tamen aliquem habeant ordinem: nam non ſupplent in eo omnem defectum. Hoc te moneo, quia videntur talia fuiſſe Poëmata tempore Davidis & Salomonis: in illis enim neque metrum, neque rhythmus certus deprehenditur. Dici poteſt, illa Poëmata fuiſſe excellentiora, quàm hodiernæ non

non enim ita adſtrictas habuerunt leges, & potuerunt canticis ſuis perfectiſsimè inſerere quicquid voluerunt, pro voluntate & lubitu ſuo. Sed noſtro ſæculo receperunt in Carminibus ſuis Leges & conditiones plurimas tum obſervandas, tùm cavendas, anguſtamque valdè ſibi fecerunt viam, ut neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram declinare poſſint, unde coguntur ſæpe abbreviare, contrahere, omittere, & addere. Quô ratione corrumpunt res, aut ad minimum difficilem reddunt intelligentiam earum. Prolixiûs hæc tractavi propter honorem Canticorum Davidis & Salomonis, &c.

V. *Ex libro* שלטי הגבורים Schilte haggibbórim, *fol.* 3. *col.* 3.

Quod attinet ad Cantica ſeu Carmina, quæ habentur in Lege, Prophetis, & Hagiographis, hactenus non perfectè potui aſſequi eorum menſuras, & requiſita neceſſaria. Non enim invenio in eis ſyllabas aut pedes ejuſdem vel numeri vel quantitatis in ſingulis diſtichis, & neſcio cur & qua de cauſa illud fiat. Quædam illorum ſunt ſcripta *Latere dimidio ſuper latere integro, & latere integro ſuper dimidio*, ut Canticum ad mare cantatum, Exo. 15. Canticum Davidis, quod cecinit, cùm Deus ipſum liberaſſet, 2. Sam. 22. Canticum item Deboræ, Judic. 5. Alia conſtant *Latere dimidio ſuper dimidio, & integro ſuper integro*: Tale eſt Canticum Moſis, Deuter 33. Canticum item בני חמן. Alia ſcripta ſunt Stylo & phraſibus regularibus, uſitatis etiam in narrationibus ſimplicibus vel hiſtoricis; tale eſt Canticum ad Puteum in deſerto, Numer. 27. Liber item Pſalmorum totus, Canticum canticorum, & alia. Quamvis autem auditu ipſo dignoſcantur Cantica antiqua ex ſola ſuavitate lectionis; quamvis etiam non deprehendatur differentia in phraſi & Stylo, non poſſum tamen diſſimulare, me in quibusdam Parabolis antiquis, quæ ſimiles ſunt Carminibus, invenire in fine diſtichorum rhythmos, ut plurimùm autem numerus ſyllarum eſt impar. Hujus generis eſt Numer. 21. ℣. 27. 28. כאו חשבון (conſtans quatuor ſyllabis, ſeu duobus ſpondeis); תִּבָּנֶה וְתִכּוֹנֵן עִיר סִיחוֹן (conſtans decem ſyllabis cum rhythmo ſeu terminatione aliqua ex parte ſimili verſui priori): ſequitur, כִּי אֵשׁ יָצְאָה מֵחֶשְׁבּוֹן (ubi ſunt octo ſyllabæ cum rhythmo prioris verſus; quadriſyllabi): לֶהָבָה

סיחון לֶהָבָה מִקִּרְיַת (hic ſunt etiam octo ſyllabæ cum rhythmo reſpondente verſui ſecundo decem ſyllabas habente) : אָכְלָה עָר מוֹאָב (ſex habet ſyllabas terminationis à præcedentibus diverſæ) בַּעֲלֵי בָּמוֹת אַרְנֹן (etiam ſex conſtat ſyllabis ſi ע cum ſequenti conſona abripiatur : & hoc jam reſpondet rhythmo aliquo modo ſimili præcedenti). Non enim ignoro, quòd אַרְנֹן non conſtituat verum rhythmum cum סִיחוֹן : ſed nonnihil ei eſt ſimilis. Unde quod hujus generis eſt, vocatur שִׁיר עוֹבֵר *Carminis traſiens*, tolerabile, quod tranſire & ferri poteſt. Sic obſervavi Canticum ſine rhythmo, diſtichis numero ſyllabarum pari conſtans; ut; Numer. 21. 17. עֲלִי בְאֵר עֱנוּ לָהּ; hoc ſtichon octo habet ſyllabas, ſi legatur ה in voco לָהּ : בְּאֵר חֲפָרוּהָ שָׂרִים, hoc etiam octo habet ſyllabas : כָּרוּהָ נְדִיבֵי הָעָם ſunt etiam octo, בִּמְחֹקֵק בְּמִשְׁעֲנֹתָם, ſimiliter ſunt octo, וּמִמִּדְבָּר מַתָּנָה itidem ſunt octo ſi Sheva ſub Daleth in voce וּמִמִּדְבָּר legatur, neque quieſcat, ut fieri deberet. Sic ſi legatur וּמִמַּתָּנָה נַחֲלִיאֵל, etiam erunt octo ſyllabæ, וּמִנַּחֲלִיאֵל בָּמוֹת, ſi legas וּמִנַּחֲלִיאֵל quoque ſunt octo : quod ſequitur וּמִבָּמוֹת הַגַּיְא, ſex habet ſyllabas : אֲשֶׁר בִּשְׂדֵה מוֹאָב etiam ſunt ſex : רֹאשׁ הַפִּסְגָּה וְנִשְׁק, ſunt ſeptem ; פָה עַל פְּנֵי הַיְשִׁימֹן iterum ſeptem.

IV.

ISAACI ABARBENELIS DISSERTATIO

De

PRINCIPIO ANNI, & CONSECRATIONE ſeu DETERMINATIONE NOVILUNII;

Utrum ea facienda ſit juxta Phaſin, an juxta calculum Aſtronomicum?

PArte tertiâ §. 38. in Diſputatione contra Karraos attingit Author Controverſiam inter Karraos & Rabbanitas agitatam de Intercalatione, & Conſecratione Novilunii; Utrum ea juxta ſupputationem, quod volunt Rabbanitæ, an verò ſecundum ejus Viſionem, quæ Karraitarum eſt ſen-

eſt ſententia, ſit facienda? Ad hujus rei illuſtrationem quædam ibi adduximus ex Commentario Muſcati, & polliciti ſumus Abarbenelis quoq; eadem de re Diſſertationem contra Karraitas, ex Commentario ipſius in Legem, ad EXOD. CAP. XII. *verſ.* 1. *Eam itaq; hic jam exhibemus, & quidem in linguâ etiam Hebræâ, ut, ſicubi fortaſſis noſtra Latina verſio à mente authoris, aut genuino ſenſu, aberrarit, Lector eruditus emendare poſſit.*

ויאמר יי׳ אל משה ואל אהרן בארץ מצרים לאמר החדש הזה לכם ראש חדשים
וגו׳ כשנתבונן בפסוק הזה עם כל קצורו נלמוד ממנו שלשה לכ דים :
הלימוד הראשון הוא שעם היות שבבאת כדוריות הגלגל וסבוב תנועת השמש
שתפעל השנה לא ישוער בה התחלה וסוף הנה מצדדים אחרים כבר ישוער בשנה
התחלה ותכלית וזה אם בסידור טבעי ואם בהנחה הסכמיית: וביאור זה שהנה בטבע
ראוי להיות השנה תנועה מגבלת ומסודרת שנשער בה התחלה וסוף ואמצע ולפי שהיו
מצעדי השמש על אזור המזלות והיה האזור הזה נחלק אל יב חלקים שוים שהם יב
המזלות שבגלגל השמיני לכן היה יותר ראוי שהשנה תתחיל בהכנס השמש בתחלת
אחד מאלה הי״ב מזלות משתתחיל בהיותו באמצע או בסוף אחד מהם הרי לך בזה אם
כן ראשיות והתחלה מה לתנועת השמש בהכנסו בתחלת אחד מי״ב המזלות האלה ׃
אחר זה נחקור אם יש לקצת התחלת המזלות יתרון ראשיות על זולתם ונמצא שגם
בהתחלות אלה המזלות יש בקצתם יתרון ראשיות והתחלה על השאר והוא כפי ערך
חלקי העגולה של אזור המזלו׳ לעגולת משוה היום כי להיות אלה השתי עגולות גדולות
מקיפות את הגלגל וכרכז שתיהן אחד שהוא מרכז הארץ וקוטבי כל אחד מהם מתחלפי׳
כי קוטבי עגולת משוה היום הם קוטבי התנועה היומית ממזרח למערב אמנם קוטבי אזור
המזלות הם קוטבי תנועת הגלגל השמיני ממערב למזרח ואלו מתרחקות מאלו בכג
מעלות וחצי בקירוב לכן הוא מחוייב שתחתוך האחת את האחרת בשתי נקודות
מתנגדות ושתתרחק ותטה האחת מהאחרת בתכלית רחוקם כפי רחוק קוטביהם
בשתי נקודות אחרות מתנגדות ובהכנס השמש באלו הארבע נקודות תתחדשנה ד׳
תקופות השנה וזה שבהיותו בשתי הנקודות החותכות הנקראות חיתוכין שהם ראש
טלה וראש מאזנים יהיו שתי תקופות השוות הנקראים שני השווים האביביי והחרפיי כי
בהיות השמש בכל אחד מהם תהיה תנועתו היומית באותו יום על אותה עגולה בעלת
קוטבי התנוע׳ היומית שהיא במשוה היום וישתוו אז היום והלילה ואלו הן תקופת ניסן
ותקופת תשרי ובהיות השמש בשתי הנקודות היותר מתרחקות שהם סרטן וראש גדי
יהיו שני ההפוכים מפני שבהיות השמש בראש סרטן הוא צפוני בתכלית והוא אז היותר
קרוב אלינו ממה שאיפשר ויתארך היום בתכלית האורך ויתחמם בתכלית החום להיות
השמש קרוב לנוכח ראשנו וזה נקרא הפוך קציי והוא תקופת תמוז אמנם בהיות השמש
בראש גדי יהיה הענין בהפך כי הוא דרומי בתכלית ואז תרחק השמש ממנו כל זה
שאיפשר ויקצר היום ויגבר הקור בתכלית לפי שאז השמש נוטה מאד מנוכח ראשנו
ויקרא זה הפוך סתויי והוא תקופת טבת ׃ הנה התבאר מכל זה היות בין יב התחלות
המזלות אשר באזור ארבעה מהם שלהם משפט הראשיות וההתחלות מבין השאר
ויתחייב

ויתחייב מזה שהשנה תתחיל באחת מאלה הארבע תקופות רוצה לומר בהיות השמש בהתחלת המזלות האלה או טלה או מאזני' או סרטן או גדי לא בשאר המזלות · וכבר שערו חכמי המחקר ביום ארבעה רביעים מסכימים לארבע תקופות האלה מהשנה לפי שהיום כלו שהוא כד שעות מתחלק לשני חצאין חציו מאיר והוא היום וחציו מחשיך והוא הלילה כמו שהשנה חציה במדרגת היום המאיר בהכנס השמש בראש טלה עד הכנסו בראש מאזנים והוא גבול הגדלת הימים וקוטן הלילות ותגבורת החום וקורבת השמש לנוכח ראשנו והתמדת עמידתו ממעל לארץ וחציה במדרגת הלילה החשוכה בהכנס השמש בראש מאזנים עד שובו לראש טלה שהוא גבול גידול הלילות וקוטן הימים ותגבורת הקור ונטיית השמש מנוכח ראשנו והתמדתו למטה מארץ · ושערו עם זה שכל אחד מחצאי היום האלה יתחלק לשני חלקים אם היום המאיר בעת זריחת השמש עד חצי היום ומחצי היום עד הערב ואם הלילה בעת שבא השמש עד חצי הלילה ומחצות הלילה עד זריחת השמש וכנגדם יתחלקו שני חצאי השנה אם החצי המאיר מהכנס השמש בראש טלה עד הכנסו בראש סרטן שהוא תקופת האביב ומהכנסו בראש סרטן עד בואו לראש מאזנים שהוא תקופת הקיץ ואם חצי השנה החשוך הקר מהכנס השמש בראש מאזנים עד הכנסו בראש גדי שהוא תקופת החורף · ומהכנסו בראש גדי עד הכנסו בראש טלה שהוא תקופת הסתיו הרי לך מבואר גם מטבע היום וערכו אל השנה ענין הארבעה רביעיו ותקופות שיתחייב היות התחלת השנה באחת מהן · אחר זה נחקור עוד בין אלה ארבעה תקופות השנה מה היא היותר ראויה מהן להיות התחלת השנה יותר מהשאר · ונמצא שיש לשתים מהן רוצה לומר תקופת ניסן מהאביב ותקופת תשרי מהחורף משפט הראשיות באמת על השתים האחרות לפי שאלה הן תקופות שני השוויים אבל שתי התקופות האחרות הם לשני ההפוכים ולפי שהיו השוויים במדרגת הקנין והשלמות היה ראוי שהשוויים יקדמו אל ההפוכים שהן במדרגת ההעדר והחסרון כי ההפוך אינו כי אם העדר השווי בתכלית הנטייה לאחד מהקצוות והשווי הוא המצוע אשר בין שני ההפכים והנטיית המופלגות וידוע שהשלמות נמצא תמיד באמצעי אשר בין שתי הקצוות ויתבאר זה גם כן מפאת ערכם אלינו כי בהפוכים יתחדשו האיכיות העצומות היוצאות מן השורה הטבעית קור וחום לחות ויובש מופלגים מזיקים אלינו ובשווים יתחדשו איכיות ממוזגות בין ההפלגות והקצוות האלה ומפני זה כלו ראוי שתהיה התחלת השנה אם בתקופת תשרי ואם בתקופת ניסן שהן בהיות השמש באחד משני השווים האביביי או החרפיי בראש טלה או בראש מאזנים לא בשתי תקופות ההפוכי המופלגים כי כמו שאין ראוי שתהיה התחלת היום לא בעת חצי היום ולא בחצות הלילה שהם שני חלקי היום המסכימים לשתי תקופות ההפוכים אשר בשנה כי אם לזריחת השמש או לעת בואו כך אין ראוי שתהיה התחלת השנה כי אם מתקופת האביב בהכנס השמש במזל טלה או בתקופת החורף בהכנסו במזל מאזני' לא בשתי שאר התקופות · אחר זה נחקור מאלה שתי תקופות ניסן ותשרי איזו מהן יותר ראויה להיות התחלת וראשית השנה · והנה חכמי התכונה אשר לא מבני ישראל המה עשו התחלת השנה בהכנס השמש בראש טלה בתקופ' ניסן וכן עשו תחלת היום בזריחת השמש בבקר להיות שנהם זמני האור והחום אשר היא במדרגת הקנין שראוי

שיקדם

שיקדם לא"ר לחשך שהם במדרגת ההעדר אבל חכמי ישראל עשו התחלת השנה בהכנס השמש בראש מאזנים בתקופת תשרי ותחלת היום מן הערב הקודם אליו שהוא מתחלת הלילה כחשכה כאורה והם ישיבו לטעו' חכמי האומות שהנה הקדמה אשר לקנין על ההעדר ולפעל על הכח היא קדימה בעצם ומעלה אך אננה קדימה זמנית רוצה לומר קדימת מציאות והוית כי מבואר הוא שהכח יקדים בזמן לפעל וההעדר לקנין ולהויה ואז היא הקדימה הראויה להתחלת היום וראשית השנה רוצה לומר הזמנית לא קדימת המעלה כי היום והשנה הם מדות זמניות והזמנים קצובים ולכן יתחייב שיתחיל היום מן הערב שלפניו כביא השמש והשנה תתחיל מן החורף בהכנס השמש במזל מאזנים כי בזה יתדמו הזמנים האלה לזמן הוית האדם והבח והצומחים לפי שיש שם זמן עיבור · ואחר כך זמן הלידה ויציאה לאויר העולם חמן העיבור ביום ההוא הוא הלילה שלפניו כי אז השמש בבטן הארץ ובתוכה וכן בענין השנה היה בעיבור הזמן החשוך שהוא מתקופת תשרי עד ניסן כי אז הוא זמן הזריעה והעולם כלו מעובר בהויותיו וכח הצמחי' נכנס בבטן הארץ בתוך השרשים כל אותם הששה חדשים מהחורף עד האביב כעצמים בבטן המלאה כל ימי הריון אמנם זמן הלידה ביום הוא בזריחת השמש על הארץ כאלו יוצא מבטן האדמה כמו שיוצא העובר מבטן אמו בלידה וכן בשנה הלידה היא מתקופת ניסן שיוצאים הצמחים עד תקופת תשרי ולהיות זמן ההריון קודם בטבע לזמן הלידה ראוי שתהיה התחלת ההריון הוא באמת התחלת החיה לגמרי ומפני זה עשתה התורה האלהית התחלת היום מן הערב כמו שאמר במעשה בראשית ויהי ערב ויהי בקר יום אחד וכתיב מערב עד ערב תשבתו שבתיכם ובדברי רבי יוחנן ור"ש לקיש דפק דרה ועשתה התחלת השנה בתקופת תשרי לחיו' הזמן ההוא התחלת הרעץ העולם חריעת החויות ולכן נאמר וחג האסיף בצאת השנה לפי שאז תצא שנה אחת ותכנס שנה אחרת · ולזה תקנו לומר אז היום הרת עולם · הנה התבאר מכל זה שכפי הסידור הטבעי התחלת השנה וראשיתה בערך העולם והויותיו ועניניו בכלל הוא בחדש תשרי בהכנס השמש בראש מאזנים וכבר הסכימו בזה חכמי היהודיים והכשדים עד שמפני זה קראו לחדש ההוא תשרי בלשונם שרוצה לומר התחלה וראשית וכן קוראים אותו היונים גם היום בלשונם תשרי וכבר ביארתי הדרוש הנכבד הזה בשלשית גדול בספר צדק עולמים אשר חברתי מא' שער שלישי וזה הוא הלימוד הראשון שלמדנו הפסוק באמרו ראש חדשים וגו' כי יש ראש והתחלה בשנה והותרה השאלה האחת ׃

והלימוד הב' הוא שמלבד הראשיות אשר יש לשנה בערך העולם והויותיו שהוא בתקופ' תשרי כמו שבארתי כבר הסכימו בני אדם בארצותם לגויהם לעשית בשנה התחלה על דרך ההנחה וההסכמה וזה לסבה מן הסבות ומקרה מן המקרי שקרה ביניהם ביום מיוחד ישימוהו ראשי' והתחלה פרטית לשנה ביניהם כאלו תאמר ללידת שריהם ומלכיהם או ליום המלכתם כמו שהיו מונים הכשדיים למלכו' נבוכדנצר והיוני' מנו מזמן רב למלכות אלכסנדרוס מוקדון והרומיים מנו למלכות הקיסר אינוסטוס וזולתם כי הא מאומות שמנו ללידת נביא שאמרו שניבא ביניהם כמו הישמעלים ללידת מחמד נביאם ומהאומות יש גם כן שמנו השנים לפעל עצום נעשה ביניהם כמו שהיו בני אדם בקדם מונים למבול והיונים מונים מזמן רב לחרבן טרויה אשר החריבו הם בגבורתם והרומיים היו

היו מונים לבנין רומי והמנינים האלה הם כלם ע״צ ההנחה וההסכמה מבלי שיכחישו הדתחלה הטבעי המשוערת בשנה כפי תנועת השמש באזור המזלות · וכפק דרה חלקו כמו שזכרתי רבי אליעזר ורבי יהושע שרבי אליעזר אומר בתשרי נברא העולם ורבי יהושע סבר בניסן נברא העולם ויראה בתחלת הדעת ששניהם היו רוצים לעשית בהנחה ובהסכמה ראשי' דהתחלה לשנה ושתהיה נסמכת לבריאת העולם שבאותו חדש שנברא העולם והזמן שהוא מכלל הנבראי' ילכו החדשי' והשנים אחריו והוא יהיה ראשית השנה ויקשה אם איך חכמי הגמרא בהיות דעתם שהלכה כרבי יהושע שנברא העולם בניסן לא עשו משם התחלת השנה וראשיתה ועשו אותה גם רבי יהושע עצמו בתשרי אבל אמיתת הענין כן הוא כי עם היות שיסבור רבי יהושע שבניסן נברא העולם הנה הוא יודה שתחלת השנה אצל כל בני אדם הוא בתשרי לפי שאין אצלו ראשיות השנה מפני שבו נברא העולם אלא מפני טבע ההויות שכעולם שראוי שיתחיל מדריונם שהוא מתקופת תשרי כמו שבארתי ויסבור רבי יהושע והמסכימי' עמו שלא היתה בריאת העולם בזמן הריון ההוית אלא בזמן לידתם לפי שכל הדברים בצביונם נבראו בקומתן נבראו ולא קדמה בבריאת הכח על הפעל והיתה אם כן הבריאה בניסן והיתה אחר כך ששה חדשים התחלת השנה הראשונה בעולם מתשרי הוא תשרי הראשון וכן כל שאר השנים שנמשכו כפי המנהג הטבעי דתחילו מתשרי ואין אם כן התחלת השנה וראשיתה בתשרי סותר לדעתו כבריאה הראשונה כי היא היתה על דרך הפליאה העצומה והתחלת השנה וראשיתה היא כפי המנהג הטבעי ותנועת השמים וכבר נרמזו כל הדברים והאמת האלה כפסוק הזה החדש הזה לכם ראש חדשים ראשון הוא לכם וגו' כי הנה אמר החדש הזה לכם ראשון הוא לכם להודיעם שהחדש הראשון בטבע כפי תנועת השמש באזור המזלות אינו החדש הזה כי הוא חדש תשרי אבל שבדרך הנחה והסכמה יהיה להם ובערכם החדש הזה ראש חדשי' וראשית השנה ויהיו אצלם אם כן בשנה שתי התחלות אחת טבעית נתשרי ואחת הנחיית מוסכמת מניסן וענין זה שכדי שיזכרו תמיד חסדי ה' אשר עשה עמהם להפליא ביציאת מצרים יחיד אצלם החדש הזה אשר יצאו בו ראשון לחדשי השנה כי בו יתחילו למנותם ראשון ושני ושלישי כמו שנאמר כחדש השני בחדש השלישי גם שממנו ימנו התאריכים והשנים באמרו בשנה השנית לצאת בני ישראל מארץ מצרים וכתב הרמב״ן שכמו שתהיה הזכירה ביום השבת במנותינו ימי השבוע מיוחסים אליו באמרנו בשבת כב׳ בשבת וכן השאר ככה יזכרו יציאת מצרים במנותם החדשים ראשון ושני ושלישי לזמן גאולתינו ובערכו היה ניסן חדש ראשון ותשרי יהיה החדש השביעי · ואמנם שמות החדשים אשר אתנו העולים מבבל העלום משם כי שמות פרסיים הם וקראום כן לזכרון גאולתם מבבל להודיע כי שם עמדו ומשם העלם השם יתברך ונראה לי שלא עברו בזה על מצות החדש לפי שגם הם לא נמנעו מלקרוא את החדשים ראשון ושני במספרם כמו שצותה תורה אבל מלבד זה כנו את החדש באותו כנוי שהיו מכנים אותו בבבל וכן נאמר במגלת אסתר בחדש הראשון הוא חדש ניסן שהוא ביאור החדש על דרך הפיל עור הוא הגורל הנה התבאר שענין מצות החדש היא התחלה הנחיית ושאינה סותרת להתחלה הטבעית והותרה בזה השאלה הב׳ :

והלימוד הנ' הוא שקביעות החדשים ועיבור השנים היה מסור לבית דין הגדול שבירושלם לפי שהמלאכה הקדושה ההיא יש בה חכמות רמות כי השנה הישראלית היא שנת הירח אשר תעשה החדשים שלמים כמו שאמר ראשון הוא לכם לחדשי השנה ואחז"ל מכאן אתה למד ששנה אתה מונה מחדשים ואין אתה מונה שנה מחדשים וימים ולפי שהקפידה התורה שיהיה זה החדש ראשון בהיות השמש בראש מזל טלה כמו שאמרה שמור את חדש האביב והאביב תלוי בשמש הוא מבואר שחדשי השנה פעם יהיו י"ג חדשי' לפי שהשנה השמשית היא יותר כ"ב חדשי הלבנה קרוב לאחד עשר יום ולכן הוצרכו להוסיף על השנה חדש אחר כדי שיהיה תמיד ניסן בחדש האביב שהוא בארץ ישראל אצל העת שיכנס השמש במזל טלה וזאת השנה תקרא מעוברת ויצטרכו מפני זה לעבר מהשנים שבעה לכל י"ט שנה והם הג' והו והח והיא והיד והיז והיט כי הנה י"ט שנה יקיפו בחדשים בשנים שלימים בקירוב נפלא ומספרם רל"ה חדשים שלמים כי זה הוא הנקרא חדש רוצה לומר השלם בימיו וכן אמר עד חדש ימים ואחז"ל מכאן אתה למד שימי אתה מונה לחדש ולא שעות ולכך היה החדש מלא בן שלשים יום וחדש החסר מכט יום · הנה אם כן נמסר קביעות החדשי' ועיבור השני' לסנהדרי גדולה מפני שהם היו חכמי' מופלאי' בחכמת התכונה ויחשבו המהלך האמצעי והאמיתי לגלגלי הירח ולשני גלגלי השמש ומהלכם האמצעי ואופני נטייתם מן המרכז ולפי מרחק הארץ מאמצע הקו השוה וכפי האורך למזרח ולמערב וצריכין לתיקונים רבים שלשה תקוני' לרוחב על התלי וארבעה תקונים לאורך שביניהם גם התלי בעצמו וכפי שנוי המקומות השתוה רנטיה נג צדדים ולזה היו החכמים בזמן הראיה עושים שבע חקירות לעדים אם ראו הירח לצפון או לדרום ואנה פנו הירח בגבוה או שפלה למזרח או למערב עד שמפני עוצם החכמה שהיתה בחכמי ישראל בדבר הזה הפליג בטלמיוס היוני לשבח ולפאר מי שהמציא זה המחזור של י"ט שנה במלאכ' העיבור אשר לבני ישראל וכתב שזה יוכיח שהיתה ביניהם נבואה וחז"ל אמרו שנתקשה משה בקדוש החדש עד שהראהו הקדוש ברוך הוא הלבנה בחדושה בראש חדש ניסן שרצו בזה שהחכמה הנפלאה ההיא לא השיגוה משה ואהרן מדעתם וחקירתם אלא שהיה סוד העיבור ושרשי חכמתו הלכה מסיני ודבר נבואי׃

וחכמי הקראים הרחיבו פה האריכו לשון כנגד חכמי ישראל בהיותם מקדשים את החדשים על פי החשבון וסוד העיבור באמר' שהתורה צותה שיקדשו את החדש על פי הראיה ושעל זה אמרה החדש הזה לכם ראש חדשים כי חדש לא נקרא אלא מפני התחדשות הלבנה ובראייתה בחדושה כמו שאמר תקעו בחדש שופר כתי' יעבור החדש וצוה השם שבראיית הלבנה בחדושה יקדשו אם החדש וכן נאמר על זה שמור את חדש האביב שישמרו בראייתם התחדשות אור הלבנה לקבוע חדש ניסן · ואם צוה השם שיקדשו את החדש על פי ראיית הלבנה ואת לפנים בישראל בהיותם על אדמתם איך עלה על רוח חכמיהם להמיר את המצוה ולבטל מה שצותה תורה ממצות הראיה ולקבוע החדשים על פי החשבון כחפצם עד שיאמרו שבהעדר ב"ד הגדול תתבטל הראייה והמה בקשו חשבונות רבים כרצונם כי לא אלמן ישראל ויהודה מאלהיו דור דור ופרנסיו והלא כל ישראל עד רבן גמליאל היו קובעין בראיית הלבנה ואין לחשוב שהראייה

שהראיית לא תעשה אלא בארץ ישראל בלבד כי הנה ר' עקיבה עבר שנים וקבע חדשים חוצה לארץ לא בחשבונם ולא כמו שקבעו הם וכלם דרשו אשר תקראו אותם במועדם אפילו שוגגין אפילו מוטעין אין לי מועדות אלא אלו שיקדשו ואם היה חשבונם מפי הגבורה כמו שקבלו איך יהיו שוגגין ומוטעין והנה הוקשה לראשונים מקרא מגלה ממה שכתוב אלה המצות אשר צוה יי' ביד משה ואין נביא אחר רשאי לחדש דבר עוד ואיך מרדכי ואסתר הוסיפו מקרא מגלה ולא הוקשה להם דבר מחשבונות העיבור ובטול קדוש החדש על פי ראיית הירח וכמו שהטענות האלה וזולתם כדברי מגרשיהם על ספריהם כלם נכתבו ועל כן ראוי להשיב עליהם דברי שלום ואמת משום ענה כסיל כאולתו ו

ואומר שעצם המצוה הזאת החדש הזה לכם ראש חדשים אינו לבאר אליהם איך יקדשו את החדש ובאי זה שיעור תראה הלבנה ולא נקרא במקום הזה חדש על ראיית הלבנה וחדושה אבל צוה יתברך שלזכרון גאולתם יעשו מדי שנה בשנה החדש ההוא אשר יצאו בו ראש לכל חדשי השנה וימנו החדשים ממנו ראשון וב' וג' וכן כלם כדי שיהיה תמיד נזכר בפיהם החדש ההוא ויזכרו בזה גאולתם ממצרים ועל זה נאמר החדש הזה לכם ראש חדשים רוצה לומר שהחדש ההוא כלו בתוך חדשי השנה יהיה לראש וכבר ביארתי ששם חדש פעם יאמר על התחלת החדש כמו מחר חדש · הנה אם כן עקר המצוה הזאת הוא שיהיה חדש ניסן ראש לכל חדשי השנה · האמנם איך יתקדש החדש ההוא אם על פי הראייה או על פי החשבון לא ביארו הכתוב כאן כי אם בא הכתוב לחייב שיהיו מקדשים ע"פ הראיה היה לו לפרש על אי זה מקום מהארץ היא הראיה כי תשתנה קשת המראה בכל מקום כפי רוחב הארץ וכמו שכתב הראב"ע ואם ע"פ החשבון יקדשו היה לו לפרש ענייננו ומי ראיש החכם שלא יבין ולא ידע שקודם לזה היו המצריים מונים חדשים ושנים וכל בני אדם בארצותם לגוייהם ימנו ימות עולם שנות דור ודור וידוע שלא היה זה להם בקביעות החדשי על פי ראיית הלבנה אלא על פי חשבוניהם כל עם על פי דרכו לכך לא הוצרך הכתוב לבאר איך יקבעו ויעשו התחלת החדש או השנה אבל אין ספק שנאמר למשה באותה שעה דרך קידוש החדש על פי הראייה ודרך קידושו על פי החשבון ושרש להוציאו מהם כי תורתינו קשורה בהלכה למשה מסיני וכמו שהשיב החבר למלך כוזר כשנאמר החדש הזה לכם ראש חדשים האם לא נסתפק אם רצה לומר חדשי המצריים שהיו בניהם או חדשי הכשדיים שהיו עם אברהם באור כשדים או אם רצה בחדשי השמש או בחדשי הירח או שנות הירח והתחבולות להסכימם עם שני השמש כאשר בחכמת העיבור ואם יהיה קידוש החדש על פי ראייה מה יעשו אם מלאו העבים גשם ולא תראה הלבנה בהכרח יודו הקראים שמלבד המאמר הזה שאמר יתברך החדש הזה לכם ראש חדשים קבל משה פרושו ועניניו על פה ומשם היו באומתינו שרשי סוד העיבור וחכמתו ואיך יעלה על רוחם שבשבת ישראל על אדמתם לא היה בניהם בזה כי אם עדות העדים מראיית הלבנה והיו חסרים מחשבון המולד ומהלכי השמש והירח הידוע לכל אומה ולשון וכבר כתב רבי' חננאל ז"ל שקביעות החדשים בקרב יש"ר לא היה בלבד על פי הראייה כי אם על פי החשבון גם כן והראייה על זה שכל הארבעים שנה שהלכו במדבר היה הענן מכסה אותם ביום ועמוד האש בלילה ולא ראו אם בכלם שמש ביום

ולא ירח בלילה וכמו שאמר ואתה ברחמיך לא עזבתם במדבר עמוד הענן לא סר מעליהם
יומם לנחותם בדרך ואת עמוד האש בלילה להאיר להם ומהיכן אם כן יהיו קובעי'
החדשי' על פי ראיית הלבנה אלא בודאי עקר המצוה היה על פי החשבון והנה מסורת
בידינו לעולם כי יב חדשי השנה חמשה מהם שלמים בכל אחד של ל' יום וחמשה מהם
חסרים בכל אחד כט יום ושנים מהם פעמי' שהם שלמים בני שלשי' יום ופעמים שניהם
חסרי' בני כט יום ופעמים שאחד מהם שלשים יום והשני כט יום ושני חדשים הללו
מרחשון וכסלו ומסורת בידינו שראש חדש תשרי התחלה וראש השנה וכי לכל חדש
וחדש הלכה למשה מסיני כט יום ומחצה ותשצג חלקים · הנה אם כן עצמות
המצוה הזאת אינו שיקדשו את החדש על פי הראייה כדברי האנשים האלה אלא שיהיה
חדש ניסן ראש לחדשי השנה ומה לו לרקבה שיקדשוהו על פי שנים עדים שפעמים
רבות שוא ידברו לסבה מן הסבות ולא יקדשו על פי החשבון בהיות המופת המספרי
ממה שאין ספק בו וטעות הוא ביד האנשים האלה בכל חכמתם שאמרו שבארץ ישראל
לא היו מקדשים אלא על פי הראייה כי הנה תמצא שאמר דוד ליהונתן הנה מחר חדש
ואנכי אשב עם המלך ומהיכן היה יודע דוד שמחר חדש לולי שעל פי החשבון היו
קובעים ואולי לא תראה הלבנה ולא יקבעו מחר חדש ולא עוד אלא שהדבר מוכיח שהיו
קובעים שני ימים ראש חדש שנאמר ויסתר דוד בשדה ויהי החדש וישב המלך על הלחם
וגו' וכתיב ויהי ממחרת החדש השני ויפקד מקום דוד ולא יתכן לומר שהוא ראש חדש
אחר כי הכתוב קראו החדש השני ושאול אמר מדוע לא בא בן ישי גם תמול גם היום
אל הלחם ונאמר ויקום יהונתן מעל השולחן בחרי אף ולא אכל ביום החדש השני
לחם · הלא הדבר מוכיח שהיו באותו חדש שני ימים של ראש חדש כמנהגנו וכך
היו נוהגים כל ישראל לקבוע החדשים על פי החשבון ולהסכימו עם הראייה אבל החשבון
היה העיקר ולזה תמצא מפורש בכתוב שאמר ומבני יששכר יודעי בינה לעתים לדעת
מה יעשה ישראל ראשיהם מאתים וכל אחיהם על פיהם וגו' ואין לך דבר שצריך חכמה
ובינה לקבוע עתים או מועדי' כי אם החשבון שהוא סוד העיבור אבל ראיית הלבנה הוא
דבר ידוע ומושג בחוש כי כאשר הלבנה נראית הכל יודעים שהוא ראש חדש וחג המצות
בטו בו וראש השנה בא' בתשרי ויום הכפורים בעשרה בו וסכות בטו בו · אמנם
החשבון אינו אלא לחכמים שמחשבין ומודיעין לישראל קביעות החדשים ומועדי השם
והם עושים על פיהם וזה הוא שכתוב לדעת מה יעשה ישראל ראשיהם מאתים על פיהם
יצאו ועל פיהם יבואו וכן נהגו ישראל אלף ומאה שנים מימות משה רבי' ועד אנטיגנוס
ראש גולה וראש סנהדרי' שהיו בכלל תלמידיו שנים והם צדוק וביתוס וכשדרש להם אל
תהיו כעבדים המשמשין את הרב על מנת לקבל פרס נכנס ספק בלבבם וחשבו שאין
שכר ולא עונש ויצאו לתרבות רעה ולפי שהיו חכמי ישר' שלמים בחכמת העיבור
והיתה החכמה המפוארה ההיא מקובלת אצלם התחילו התלמידים החסרי' ההם לזרוק
בעליהם חכמת הקבלה ופי' המצות וערערו בקביעות החדשים באמרם שלא היה עיקר
המצוה לקבוע חדשים על פי החשבון לשיצטרכו אל חכמו' רמות כי אם בראיית הלבנה
על פי שנים עדים כחכם כסכל והוצרכו חכמי הדור להכחיש דבריהם בראיות גמורות
ואמר רבן גמליאל אל תחושו לראות הירח כי החשבון הוא העיקר כך מקובלני מבית
אבי

אבי אבא שאין חדשה של לבנה פחותה מכ״ט יום ומחצה ותשצ״ג חלקים וזה מורה שלא היה רבן גמליאל סומך על ראיית הלבנה אלא על פי החשבון · ובמשנה אמרו ראוהו ב״ד וכל ישראל נחקרו העדים ולא הספיקו לומר מקודש עד שחשכה הרי זו שנה מעוברת וזו ראייה גמורה שלא היה בידם עיקר הדבר בראיית הלבנה שאלו היה בידם עיקר ובראייה היו מקדשים איך אחרי ראותה היו מעברין השנה · ועוד גדולה מזו באו שנים ואמרו ראינוהו בזמנו והוא אור שלשים ובליל עיבורו שהוא מוצאי יום שלשים לא נראה וקבלן רבן גמליאל ואלו היה הוא סומך על ראיית הלבנה ולא על החשבון בודאי כיון שלא נראה בליל עבורו שהם עדי שקר אלא בלי ספק שרבן גמליאל סמך על החשבון ולא על העדת העדים ומה שתמצא לחול שאמרו דמות צורות לבנות היו לו לרבן גמליאל בעליתו על הטבלא ככותל שבחן היה מראה את ההדיוטות הכונה בו כי רגע שה הצורות הללו לבאר לתלמידי צדוק וביתוס ידיעתו במהלך הלבנה בכל חדש וחדש וכי הוא יודע באי זו צורה תולד הלבנה באותו חדש אם ארוכה ואם קצרה וכמה תהיה גבוהה בגלגל ולאי זה צד תהיה נוטה והיה בכל חדש וחדש מבאר לתלמידים הלבנה בזה החדש צורתה תהיה כך וכך ונטייתה לצד כך וכך ובאותה צורה שהיה מראה לתלמידיו בה היו מעידים העידים בכל חדש וחדש ובזה נתבאר להם שאין העיקר בראיית אלא החשבון ובטלו דברי החולקים ואעפ״שהיו מקבלים העדים זכר לדבר לא היתה סמיכת ב״ד כי אם על החשבון ולכך אמרו שדת חק העיבור היה הלכה למשה מסיני שהרשות ביד ב״ד הגדול לקבוע השנים ולעבר כפי מה שיראה לו מחק סוד העיבור וכבר יורה על היות המועדים תלוים בב״ד מה שכתוב ויועץ המלך חזקיהו לעשו פסח בחדש השני ולא עבר המלך הקדוש הזה על שמור את חדש האביב שהיה בחדש הראשון ולא גם כן מהקריב את הפסח במועדו ולא האכיל את ישראל חמץ בפסח בחדש הראשון חו ולא בדה חג מלבו בעשותו הפסח בחדש השני כי לא הרשה הכתוב לעשות בחדש השני אלא מצות הפסח באכילתו לטמאים אבל המצות והחג גם הטמאים היו אוכלים ועושים אותם בחדש הראשון והאנשים הפושעים והחטאים האלה בנפשותם תלו בזה פשע רב לחזקיהו ואמרו שעבר על המצות להיותו מלומד בכך מאחז אביו והוא דבור סרה כי חזקיהו היה צדיק וישר ירא אלהים שנא׳ ולא סר מכל מצות יי ימין ושמאל וגם הוא אמר בתפלתו זכור נא את אשר התהלכתי לפניך והטוב בעיניך עשיתי אבל האמת הוא כמו שפי׳ הראב״ע שהפסח שעשה היה בחדש הראשון וכזמנו נעשה · אבל מה ששגג הוא שהיה לו לעבר השנה בסוף חדש אדר והוא עיבר ניסן בניסן מפני שישראל לא יכלו להתקבץ כלם והכהנים לא הטהרו ולא התקדשו למדי וסוכ״פ יצא לנו מזה שהדברים אשר כאלה בעיבור השנים וקביעות החדשים היו תלוים בב״ד הגדול ומה שהם עושים על פי התורה ומה שאמרה התורה לא תוסיף עליו ולא תגרע ממנו לא נאמר אלא כנגד ההמון שלא יחדשו משכלם ולא יתחכמו מדעתם במצות כמו שעושים הקראים אלא שנשמע לנביאי׳ ולכהני׳ ולשופטים לפי שהם נעזרים בשכינה וכמו שכתב החבר למלך הכוזר ולא יעבור שיעו כל הסנהדרין בדבר התורה ולכן תלה הכתוב אמתת הדין מן המקום אשר יבחר יי׳ ונתחייבנו במקרא מגלה ונר של חנוכה ונטילת ידים ועירוב ולברך עליהם אשר קדשנו במצותיו לפי שהקב״ה תלה כל זה במורי התורה וסנהדריה · אמנם הקראים בדי להתרחק מדרכי חכמי ישראל בזו חכמתם ובינתם בחכמת העבור

ותכונת

ותכונת מהלכו השמי שעליו נאמר כי היא חכמתכם ובינתכם לעיני העמים ובחרו להם דרך ראיית הלבנה להורות שהם מתרחקים מקבלה האמיתית ולא עלה בידם כי על כל פנים צריכין הם לקבלה לדעת ענין החדש והשנה כמו שכתבת למעלה וכיצד מקדשים ומתי מקדשים ואם יהיו עבים ג׳ חדשים או ד׳ כתבו שיעשו קידוש החדשים ג׳ חדשים מלאים וא׳ חסר ואמרו שצריך לעבר את השנים משום שמור את חדש האביב וכשם שאין עיבורי החדש אלא מהימי כן לא יעברו את השנה אלא לחדשים וכדברי חול חדשים אתה מונה לשנה ולא ימים והולכים אחרי תקנת דרבנן שתקנו מחזור של לבנה יט׳ שנים ותקנו לעבר שבעה שנים הג׳ הו הח היא היד היז היט ׳ הרי לך שגם הם נסמכים על הקבלה ועל פי החשבון בחדוש החדשים ועיבור השנים והתימה מחכמיהם איך לא כסתה כלימה פניהם בקדשם את החדש בכל יום מבלי הסכמת מקום אחד ממקום אחר ויהיו הקראים אשר בארץ ישראל מקדשים ליום אחד ואשר בדמשק ליום אחר ואשר בקישטאנטינה שהוא רחוק משם הרבה לזמן רחוק ממנו ויהיו אלה במקום אחד אוכלים חמץ בפסח ועושים מלאכה ביום הכפור לדעת אנשי מקום אחר אלו יסמכו על עד אחד ואלו על עדי אחרי ובמקום שהיו ישראל גוי אחד בארץ והזהיר הבה שתהיה להם תורה אחת וכשבא תעשה התורה בנידם תורות רבות ומתחלפות וכל היום יתחדשו בינידם דעו׳ ויהרסו מה שהסכימו עליו ואין להם שיאמרו אלא כך היה דעת א׳ מהם ושבו אב להאמין בקבלה ׳ ובמקום שלא עמדו על קבלת הרבים שיקבלו מהנביאים עומדים על קבלת יחיד או יחידים ממפרשיהם בעלי סברא גרידה עם רוב החולקים עליו הנה דתבאר שתכלית המצוה הזאת היא שיהיה חדש ניסן ראש והתחלה לחדשי השנה לזכרון הגאולה ושלא צוה הקדוש ברוך הוא שיקדשו את החדש על פי הראייה אלא באופן היותר אמיתי ומדויק שאיפשר ושרשי חכמת העיבור ניתנו למשה רבינו בפי המקובל על פה להיות קדוש החדשי ועיבור השנים מסור לבית דין הגדול ומפני זה אמר הכתוב במצוה הזאת וידבר ׳׳ אל משה ואל אהרן כי לפניהם ניתנה המצוה הזאת במקום בית דין הגדול ׃

VERSIO LATINA.

PRIMO diſcimus ex hoc loco, *quòd, licet ratione rotunditatis ſphæra, & motus circularis Solis, qui Annum facit, non dijudicari poſſit Anni principium & finis; aliunde tamen illa dignoſcantur.* Idque vel ex *Ordine naturali*, vel ex *Inſtituto arbitrario.* Quæ ita explicantur.

Naturaliter oportet ut Annus habeat motum definitum & ordinatum, unde dijudicare poſſimus ejus principium, medium, & finem. Et quia curſus ſolis fit in zodiaco, hic verò dividitur in XII. partes æquales, quæ ſunt XII. ſigna, quæ ſunt in Sphæra octava, idcirco convenientius videtur, ut annus incipiat, quando Sol ingreditur in principium alicujus horum Signorum, quàm cum eſt in illius medio aut fine. Hîc ergo jam aliquod Anni principium habes, ſeu motûs Solis, quando ingreditur in principium alicujus XII. horum ſignorũ.

Hinc porrò inquirendum; *An Principium ſigni zodiaci unius & alterius priorita-*

prioritatem habeat præ aliis? Ubi inveniemus, quòd omninò quædam hanc prioritatis prærogativam ſuper alia habeant; idq; per collationem partium Circuli iſtius zodiaci, cum circulo Æquatoris. Nam quia duo iſti circuli magni ambiunt Sphæram, & centrum unum habent,quod eſt centrum Terræ, poli autem uniuscujusque ſunt diverſi (nam poli æquatoris ſunt poli motus diurni, ab oriente in occidentem: poli autem zodiaci ſunt poli motûs Sphæræ octavæ ab Occidente in Orientem; & diſtant à ſe invicem circiter 23. gradibus & dimidio;) idcirco neceſſariò circulus unus alterum interſecat in duobus punctis oppoſitis,& elongatur atque declinat unus ab altero, pro diſtantia polorum illorum in duobus punctis aliis oppoſitis. Quando itaque Sol ingreditur in iſta quatuor puncta,hinc oriuntur Quatuor revolutiones anni; quando enim eſt in duobus punctis interſecantibus, quæ vocantur חיתוכין, & ſunt principium Arietis, & principium Libræ,hinc oriuntur duæ Revolutiones æquales, quæ vocantur Duo Æquinoctia, Vernum & Autumnale. Nam cùm Sol eſt in unoquoq; illorum,fit motus ejus diurnus eo die, propter illum circulum habentem polos motus diurni qui eſt in Æquatore, & æqualis tum eſt dies & nox: & hæ ſunt duę revolutiones Martii & Septembris: quando verò Sol eſt in duobus punctis magis diſtantibus, Cancri videlicet & Capricorni,duo contraria fiunt. Nam cùm Sol eſt in principio Cancri, eſt Aquilonaris extremè, & eſt nobis propinquus quantum fieri poteſt, unde tum fit dies longisſimus, & calor intenſisſimus,quia Sol eſt propinquus verticibus noſtris, & vocatur Solſtitium æſtivum, eſtq; Revolutio menſis Junii: quando verò Sol eſt in principio Capricorni, tum contrarium evenit, quia eſt auſtralis extremè, & tum Sol diſtat à nobis quantum fieri poteſt, unde dies fit brevisſimus, & frigus ſummum, quia tùm Sol valdè declinat à capite noſtro, & hinc fit Solſtitium hyemale, Revolutio ſc. menſis Septembris.

Ex his liquet, quòd inter principia ſignorum zodiaci quatuor ſint, quibus debetur jus prioritatis & principii præ reliquis; conſequiturque hinc, quòd Annus incipiat ab harum quatuor Revolutionum unâ, h. e. quando Sol eſt in principio alicujus ſignorum iſtorum, Arietis ſc. vel Libræ, vel Cancri, vel Capricorni, non verò in reliquis.

Obſervarunt etiam Aſtronomi in *Die* quatuor partes, quæ convenientiam habent cum his quatuor Revolutionibus Anni: quia dies totus,

totus, qui 24. conſtat horis, dividitur in duas partes, quarũ una lucet, & eſt *Dies*, altera tenebras inducit, & vocatur *Nox*, ſicut Anni pars media eſt in gradu Diei lucem præbentis, quando Sol ingreditur in principium Arietis, uſq; dum ingreditur in principium Libræ, ubi eſt terminus longitudinis noctium, & brevitatis dierum, frigoris accreſcentis, & declinationis Solis à vertice capitis noſtri infra terram.

Porrò obſervarunt, unamquamq; duarum harum diei partium dividi in duas partes alias, ſcil. Diem lucentem ab ortu ſolis uſq; ad meridiem, & à meridie uſque ad veſperam: & Noctem, ab occaſu ſolis uſque ad mediam noctem, & à media nocte uſq; ad ortum Solis. His duabus partibus reſpondent duæ medietates anni; Prima, dierum longiorum ab ingreſſu Solis in Arietem, uſque ad ejus ingreſſum in Cancrum, quę eſt Revolutio Martii; tùm ab ingreſſu ejus in Cancrum, uſque ad ingreſſum ejus in Libram, quæ eſt Revolutio æſtatis: Altera medietas anni tenebricoſior & frigidior ab ingreſſu ejus in Libram, uſq; ad ingreſſum ejus in Capricornum, quæ eſt Revolutio autumnalis, & ab ingreſſu ejus in Capricornum, ad ingreſſum ejus in Arietem, quæ eſt Revolutio hyemalis.

Sic hactenùs expoſitum tibi eſt, quòd etiam à natura Diei, ejusque comparatione ad annum, conſequatur, Annum principium ſuum habere in aliqua illarum quatuor quartarum ſeu revolutionum.

Nunc inquiremus etiam, *Cuinam ex illis maximè competat Anni principium præ reliquis?*

Hic reperiemus, duabus ex illis, Revolutione ſc. vernali in Martio, & Autumnali in Septembri, jus prioritatis deberi in rei veritate, ſupra cæteras duas: quia iſtæ ſunt Revolutiones duarum æqualitatum ſeu æquinoctiorum: ſed duæ cæteræ revolutiones ſunt duorum contrariorum ſeu oppoſitorum. Quia verò Æqualitates ſunt in gradu Habitus & perfectionis, æquum eſt, ut æqualitates præcedant contrarietates, quæ ſunt in gradu privationis & defectus. Contrarietas enim nihil aliud eſt, quàm privatio æqualitatis in ſumma declinatione ad unum extremorum: æqualitas autem eſt medium inter duo contraria & declinationes ſummas. Conſtat autem, æqualitatem ſemper conſiſtere in medio duorum extremorum. Idem conſtat ex comparatione illorum ad nos. Nam per contraria generantur qualitates vehementes, exorbitantes ab ordine naturali: Sic frigus & calor, humiditas & ſiccitas, ſi ſint exceſſivæ, nobis nocent; quando verò ſunt æquales, generant

nerant qualitates temperatas inter illa extrema. His de cauſis conſtituendũ eſt Principium Anni, vel in Revolutione Septembris, vel in Revolutione Martii, quæ ſunt, quando Sol eſt in una ex duabus Æqualitatibus, Vernâ ſc. vel Hybernâ, in principio Arietis vel Libræ; non verò in duabus Revolutionibus ſummarum contrarietatum. Quemadmodum enim non convenit, ut principium diei ſit vel in meridie, vel in media nocte, quæ ſunt duæ Diei partes reſpondentes duabus revolutionibus contrariis anni, ortui videlicet & occaſui ejus: ſic non convenit, ut principium anni ſit vel conſtituatur alibi, quàm vel in Revolutione Martii, cùm ſol ingreditur in ſignum Arietis, vel in Revolutione autumnali, cùm Sol ingreditur in Libram, non verò in cæteris duabus Revolutionibus.

Hoc ergo ſic poſito, ulteriùs jam videndum; *Cuinam ex his duabus Revolutionibus, Martii ſc. & Septembris, præ altera magis competat, ut ab ea petatur Anni principium?*

Aſtronomi qui non ſunt ex filiis Iſraël, fecerunt Anni initium in ingreſſu Solis in Arietem, in menſe Martio: ſic iidem conſtituerunt Diei initium manè cum oriente Sole, quòd duo iſta ſint tempora Lucis & Caloris, quæ habent rationem Habitus, ac proinde meritò anteferuntur Frigori & Tenebris, quæ ſunt in gradu Privationis.

Verùm Sapientes Iſraëlis conſtituerunt principium Anni in ingreſſu Solis in Libram, in Revolutione Septembris, & principium Diei à veſpera diem præcedente, quæ eſt principium noctis, mixta ex luce & tenebris. Et hi reſpondent ad errorem Sapientum Gentilium, quòd Prioritas, quam Habitus habet præ privatione, & Actus præ Potentia, ſit prioritas Eſſentialis & Dignitatis, non autem Temporis. Conſtat enim, quòd Potentia tempore præcedat Actum, & Privatio Habitum. Prioritas autem quæ competit principio Diei & Anni, eſt Temporis non Dignitatis. Dies enim & Annus ſunt menſuræ temporis, & tempora definita. Hac de cauſa ſequitur, conſtituendum eſſe Principium Diei à veſpera pręcedente, quando Sol incipit occumbere, & Anni ab autumno, quando Sol ingreditur in ſignum libræ: nam in his ſimilia ſunt iſta tempora tempori generationis hominis, animalium, & plantarũ: in quibus eſt primò tempus Conceptionis, poſtea Nativitatis & exitus in lucem hujus mundi. Et in illo die tempus Conceptionis eſt Nox præcedens: tum enim Sol eſt in Ventre terræ, & ejus medio: Sic in Anno Conceptionis tempus eſt tempore tenebrarum, à Revo-

Revolutione Septembris, uſq; ad Martium: tunc enim eſt tempus ſationis,& mundus totus gravidus eſt generabilibus ſuis,tunc etiam virtus germinādi in ventre terræ ingreditur in radices totis illis ſex menſibus ab Autumno uſq; ad Martium,ſicut in oſſa in ventre pleno, toto conceptûs tempore. Tempus autem nativitatis eſt in Die,cùm Sol oritur ſuper terram, ac ſi exiret è ventre terræ, ſicut Embryo egreditur è ventre matris ſuæ tempore partûs. Sic in Anno tempus Nativitatis eſt à revolutione Martii,quo germina egrediuntur,uſq; ad Revolutionem Septembris. Quia ergò tempus Conceptionis naturâ præcedit tempus Nativitatis, ideò jure à conceptionis principio deducitur principium Nativitatis. Hinc Lex initium diei fecit à Veſpera, ſicut dicitur in opere Creationis; *Et fuit veſpera, & fuit manè, dies primus.* Sic ſcribitur; *A veſpera uſq; ad veſperam quieſcetis in Sabbatho veſtro*, Levit.23.32. Sic fecit Lex initium anni in Revolutione Septembris, quòd Tempus illud ſit principium conceptionis mundi, & ſationis generabilium. Ideò dicitur; *Et ſolennitatem collectionis, quæ fit in exitu anni*, Exo.23.16. quia ſc. tunc exit annus unus, & ingreditur annus alius. Unde ordinarunt Rabbini noſtri, ut tum dicatur; היום הרת עולם *Hodiè eſt conceptio mundi*, vel, *concepit mundus.*

Ex his omnibus liquet, quòd ſecundùm ordinem naturalem principium anni, reſpectu ejus ad mundum, ſit menſis September, quando Sol ingreditur in principium libræ. Agnoverunt hoc ipſum Sapientes Indorum & Chaldæorum, ita ut hujus rei causâ hunc menſem vocarint תִּשְׁרִי in lingua ſua, quod ſignificat *Initium, Principium.* Sic & Græci vocarunt eum in lingua ſua Τισρὶ. Totam hanc quæſtionem perfectiſſimè explicavi in libro צרק עולמים, quem compoſui, par.1.cap.3.

Hoc ergò primum eſt, quod ex iſto verſu diſcimus; *Quòd annus certum habeat principium.*

Secundò verò diſcimus etiā ex eo, *quòd præter prioritatem Anni, quam habet ratione Mundi & generationis ejus, quæ eſt in menſe Septembri, conſueverint homines Anni initium quoq; facere ex Inſtituto & placito*; idq; propter certam aliquam cauſam, aut accidens quoddam, quod contigit inter illos die aliquo certo, à quo deinde faciunt initium anni particulare inter ipſos; veluti *à Die nativitatis Principum & Regum ſuorum*, aut à *Die inaugurationis* ipſorum, ſicut Chaldæi ſupputationem inſtituerunt à regno Nebucadnezaris, & Græci à regno Alexandri Macedonis, & Romani à Cæſare Auguſto, & alii aliunde. Sic quidam *à nato Propheta aliquo,*

quo, quem inter ipſos prophetaſſe dicunt, ut Iſmaëlitæ à nativitate Muthamedis prophetæ ſui. Sunt alii etiam, qui ſupputarunt annos *ab inſigni aliquo Opere*, quod diebus ipſorum contigit, ſicut antiquitùs quidam fecerunt A' Diluvio, Græci longo tempore A' vaſtatione Trojæ, quâ vaſtarunt ſuâ potentiâ, Romani ab Urbe conditâ. Hæ æræ omnes ſunt ex inſtituto & conſenſu, non negato vel ſublato principio naturali, quod ei aſcribitur ratione motûs ſolis.

In capite Talmudico Roſch haſchánah cap. 1. uti ſuprà jam attigi, diſſentiunt hac de re inter ſe *R. Elieſer*, *&* *R. Jehoſchua. R. Elieſer enim dicit*; *In Septembri creatum eſſe mundum, Rabbi Jehoſua autem cenſet in Martio.* Unde primâ fronte videtur*, duos hos concorditer conſtituiſſe tale principium anni facere, quod fundamentum ſuum habeat in creatione mundi; & ut ille menſis in quo creatus eſt Mundus, & Tempus, (quod etiam eſt creatum) quemq; (ſc. *menſem*) ſequuntur reliqui menſes & anni, ſit principium anni. Sic verò controverſia oritur, quomodo Sapientes Gemaræ, qui ſequuntur ſententiam R. Joſuæ, quòd in Martio creatus ſit mundus, non inde fecerint principium anni, ſed illud poſuerint, ut & R. Jehoſua ipſe, in Septembri? Res itaq; in veritate ita ſe habet; Licet R. Jehoſua ſtatuerit, in Martio creatum eſſe Mundum; fatetur tamen, quòd omnium conſenſu principium anni ſit in Septembri: Nam, ex illius ſententia, prioritas anni non cenſenda eſt ex eo, quòd in eo menſe creatus ſit mundus, ſed ex natura rerum generabilium vel generatarum in mundo, quæ incipienda eſt ab earum conceptione, quæ fit à revolutione Septembris, ut explicavi. Opinatur itaq; R. Jehoſua, & qui cum ipſo ſentiunt, non fuiſſe creationem mundi factam tempore conceptionis rerum, ſed tempore nativitatis illarum, quia omnes res in perfecto ſuo decore & ſtatura ſunt creatæ, neque in creatione potentia præceſſit actum; ac proinde ſic creationem fuiſſe in menſe Martio, & poſtea ſex menſibus exactis principiũ Anni primi fuiſſe in mundo, à Septembri, qui fuit September primus: & ſic omnes reliquos annos ſequentes, juxta ordinem naturalem, incipere à Septembri. Ut ſic principium anni in Septembri non deſtruatur per ſententiam ejus de Creatione prima; eò quòd illa fuerit miraculosa; principium autem anni deducatur juxta conſuetudinem naturalem, & motum cœli.

Omnium harum rerum, & veritatis hujus, indicia habemus in præſenti verſu; *Menſis hic, ait, erit vobis principium menſium, primus erit vobis, &c.*

Ecce dicit, *Menſis hic erit vobis primus*, ad indicandum, Menſem primum naturaliter, ſecundum motum Solis in Zodiaco, non eſſe menſem iſtum, (hic enim eſt menſis September,) ſed ex inſtituto & placito, & hoc reſpectu dicit, illum *ipſis* debere eſſe *primum menſem* & principium anni. Ut ſic duo habuerint anni principia, Unum naturale à Septembri; alterum ex Inſtituto & placito arbitrario, à Martio; idq; ut ſemper recordentur benignitatum Domini quas cum illis exercuit, in eductione ex Ægypto. Voluit quippe ut ille menſis, quo ex Ægypto exiverunt, ipſis eſſet primus menſis anni, & ab eo incipiant menſes numerare, ſicut dicitur; *In menſe ſecundo: In menſe tertio:* Item ut ab eo ſupputent æras & annos, ſicut dicitur; *Anno ſecundo egreſſus filiorum ex Ægypto.* Sic ſcribit R. Moſes Nachmanides; quòd ſicut memoriale eſt in die Sabbathi, dum ita numeramus dies Septimanæ, ut eos illi attribuamus, dicendo; *In prima Sabbathi, In ſecunda Sabbathi*, & ſic conſequenter: ita etiam recordari debuerint exitus ex Ægypto, numerando menſes, primum, ſecundum, tertium, &c. à tempore redemptionis ipſorum. Hujus ergò reſpectu Martius fuit menſis *primus*, September, *ſeptimus*. Verùm nomina menſium, quæ hodiè habemus, detulerunt ſecum majores noſtri ex Babylonia: nomina enim Perſica ſunt, & illa uſurparunt in memoriam liberationis ſuæ ex captivitate Babylonica; ad indicandum, quòd ibi fuerint, & inde à Deo educti fuerint. Neq; in hoc peccaſſe mihi videntur; quia ſimul etiam retinuerunt rationem numerandi veterem, quam Lex præcepit. Sic dicitur in libello Eſtheræ, *In menſe primo, qui eſt menſis Niſan*, ubi prius per poſterius explicatur, ſicut cùm dicitur; הפיל פור הוא גורל *Projecit Pur*, h. e. *ſortem.*

Tertiò diſcimus hinc, quòd Fixio menſium & Intercalatio annorum tradita fuerit Synedrio magno, quod fuit Hieroſolymis, quia ad Sanctiſſimum illud opus magna Sapientia requiritur. Annus quippe Iſraëliticus eſt Lunaris, habens menſes perfectos, ſicut dicitur; *Primus erit vobis inter menſes Anni*; ad quæ verba Sapientes noſtri ſcribũt; Diſcimus *hinc, annum debere calculari & conſtitui è Menſibus* (perfectis & ſolis,) *non è Menſibus & Diebus.* Et cùm Lex diligenter caverit, ut hic menſis Niſan primus eſſet Sole exiſtente in principio ſigni Arietis, ſicut ait; *Obſerva menſem Aviſ*, (h. e. Spicarum matureſcentium); Aviſ autem dependeat à Sole; hinc clarum eſt, menſes eſſe debere quandoq; 12, quandoq; 13 menſiũ, quia Annus Solaris excedit 12 menſes Lunares undecim circiter diebus. Hinc neceſſariò addendus fuit anno menſis alius,

quò

quò Niſan ſemper caderet in menſem Avif, quod in terra Iſraëlis fit circa illud tempus quo Sol ingreditur ſignum Arietis. Et talis Annus vocatur *Intercalaris.* Hujus rei causâ ſingulis 19. annis ſeptem ipſis fuerunt intercalandi, nempe 3tius 6. 8. 11. 14. 17. & 19nus. Nam novendecim anni circumvolvuntur per plenos menſes perfectè; Menſis quippe vocatur, qui dies habet perfectos, ſicut dicitur; עד חדש ימים *Uſq; ad menſem dierum*, Levit. 11. 20. ad quod iterum Sapientes noſtri ſcribunt; *Hinc diſces, menſes tibi numerandos eſſes diebus perfectis, nullis ſuperadditis horis*: ſic menſis Plenus conſtat 30. diebus & Cavus 29. Hujus ergò rei causâ tradita & mandata eſt Fixio menſium & Intercalatio annorum Aſſeſſoribus Synedrii magni, qui peritisſimi erant Aſtronomiæ, & calculabant motum medium & verum Orbium Lunæ, & duorum Orbium Solis, rationemq; declinationis illorum à centro, & juxta diſtantiam terræ à medietate Æquatoris, juxta longitudinem item verſus Orientem & Occidentem; ad quod opus habebant correctionibus vel ordinationibus pluribus, quarum duæ reſpiciunt latitudinem verſus Draconem, & quatuor longitudinẽ inter illa & Draconem ipſum: & pro varietate locorum æquatur declinatio à tribus lateribus. Hinc Sapientes noſtri, eo tempore quo obſervabatur phaſis Lunæ, ſeptem teſtibus (phaſeos) proponebant quæſtiones; An viderint Lunam verſus Aquilonem? an verſus Auſtrum? Quónam reſpiciat facies Lunæ? ſurſum? an deorſum? verſus orientem? an verſus occidentem? Ut propter hujus artis ſummam peritiam, quâ pollebant Sapientes Iſraëlis, Ptolemæus ſummis laudibus extulerit eum, qui invenit Cyclum iſtum decemnovennalem in Intercalatione Iſraëlitarum, & ſcribat, hoc arguere, quòd inter ipſos fuerit Prophetia. Et Sapientes noſtri ſcribunt, *Moſen hæſitabundum fuiſſe circa Sanctificationem menſis, donec Deus ipſi monſtrarit Lunam in innovatione ſua in principio menſis Niſan.* Quo dicere voluerunt, admirandã hanc ſapientiam non didiciſſe Moſen & Aharonem à ſeipſis & proprio ſtudio, ſed traditam fuiſſe ipſis è monte Sinai, & eſſe rem Propheticam.

Hìc verò Sapientes KARRÆORUM diſtendunt os, & prolixè argutantur contra Sapientes Iſraëlis, quòd hi ſanctificent menſes juxta calculationem & ſecretum Intercalationis; dicentes; *Legem præcepiſſe, ut menſes ſanctificentur juxta phaſin & viſionem Lunæ, & hujus rei causâ dixiſſe*; החדש הזה Menſis hic erit vobis caput Menſium: *Menſem enim non vocari* חדש *niſi ob Innovationem Lunæ, & ab ejus tempore Innovationis Viſione, ſicut*

ſicut dicitur; תִּקְעוּ בַחֹדֶשׁ שׁוֹפָר Clangite in menſe buccinâ, Pſ.81.4. h. e. *in innovatione Lunæ*: חֹדֶשׁ *enim propriè ſonat Innovationem*, *&* ſic *dicitur* à חָדַשׁ, *ab Innovando*): Item, מָתַי יַעֲבֹר הַחֹדֶשׁ Quando præterierit innovatio illa, h.e. *menſis ille*, Amos 8.5. *Et Deum mandâſſe*, ut *apparente Lunâ in innovatione ſuâ ſanctificent menſem, quando dicit*; שָׁמוֹר אֶת חֹדֶשׁ הָאָבִיב Obſerva menſem (innovationem) Avif; velle enim his verbis dicere, *ut, quùm viderint innovari lucem Lunæ, figant menſem ſeu novilunium Niſan. Itaq; cùm Deus præceperit ſanctificare menſem ſecundum viſionem Lunæ, & id ita conſuetum fuerit inter Iſraëlitas, dum eſſent in terra ſua, quâ fronte auſi fuerint ſapientes ipſorum hoc præceptum immutare, & ſupputatione juxta phaſin abrogatâ, menſes ſuos pro lubitu ſuo figere; imò dicere; Sublatâ domo judicii magnâ* (Synedrio magno), *ſublatam quoq; eſſe Viſionem lunæ? Omnes Iſraëlitas uſq; ad Rabban Gamalielem fixiſſe menſes juxta phaſin: neq; exiſtimandum eſſe, non niſi in terra Iſraëlis phaſin obſervandam eſſe; R. Akivam enim intercalaſſe annos, & conſtituiſſe menſes extra terram, non ſecundum illorum ſupputationem, neq; ſicut illi eos conſtituerunt: Omnes etiam exponere locum illum*, Lev.23.4. Hæ ſunt ſolennitates Domini, quas vocabitis in tempore ſuo; *Solennitates eſſe etiam eas, quas ſic vocaverint vel Errantes, vel Seducti, & ſanctificaverint.* (Vide Talm. in Roſch haſchánah cap.2. & Majem. in הלכות קדוש החדש cap. 2. §. ult.) Quod ſi (Rabbanitárum) *ſupputatio ſit ex ore Dei* (Divinæ authoritatis) *uti tradunt, quomodo potuerint vel errare vel ſeduci*, (fallere vel falli)? *Præterea cùm veteribus ſcrupulum moverit Lectio Megillæ*, (h.e. libelli Eſtheræ in feſto Purim); *concludentes ex eo quod ſcriptum eſt*; Hæc ſunt præcepta quæ mandavit Deus per Moſen, *nulli etiam Prophetæ licere aliquid innovare* (præcipere inpoſterum præter Legem Moſis); *& inde quærentes, quomodo Mardochæus & Eſthera potuerint addere de novo Lectionem Megillæ; mirum, non etiam ſcrupulum ipſis moviſſe ſupputationes Intercalationis, & abrogationem ſanctificationis Menſis ſecundum Viſionem Lunæ!* Hæc & alia argumenta reperiuntur in libris ipſorum. Itaque è re eſt ad ea reſpondere, juxta illud Salomonis; *Reſponde ſtulto ſecundum ſtultitiam ipſius.*

Dico ergò; Præcepti hujus mens & ſcopus non fuit, Iſraëlitis explicare, quomodo ſanctificare debeant Menſem, vel quâ menſurâ aut formâ videnda ſit Luna? neq; in hoc loco nomen חֹדֶשׁ dicitur de Viſione Lunæ & innovatione ejus: ſed præcepit Deus, ut inpoſterum in memoriam liberationis ſuæ quotannis faciant menſem illum, quo egreſſi ſunt ex Ægypto, primum omnium totius anni menſium, & ab

eo men-

eo menſes numerent, *Primus, Secundus, Tertius*, & ſic conſequenter; quò Menſis illius memoria ipſis perpetuò ſit in ore, & hac ratione recordentur liberationis ſuæ ex Ægypto. Ideò dicitur; *Menſis hic* (*nempe* totus) *ſit vobis caput menſium.* Itaque principalis intentio eſt hîc, præcipere, ut menſis Niſan ſit primus Anni menſis. Quomodo autem ſanctificandus ſit Menſis ille; an ſecundum Viſionem Lunæ; an verò ſecundum ſupputationem Aſtronomicam; id Scriptura hîc non exponit. Nam ſi voluit eos obſtringere ad ſanctificandum illum juxta phaſin, explicandum fuiſſet, juxta quem terræ locum phaſis illa ſit intelligenda? Arcus enim apparitionis Lunæ variat paſſim ſecundum terræ latitudinem, uti ſcribit Aben Eſra. Si voluiſſet his verbis docere, ut juxta ſupputationem Aſtronomicam eam ſanctificent, ejus quoque ratio exponenda fuiſſet. Et quis ignorat, olim Ægyptios quoque uſos fuiſſe menſibus & annis, omnes item cæteras nationes numeraſſe dies mundi per annos? Et tamen conſtat, illos hoc non feciſſe figendo menſes juxta phaſin Lunæ, ſed ſecundum ſupputationes ſuas; unaquæque gens ſecundum conſuetudinem ſuam peculiarem. Proinde non neceſſe fuit, ut Scriptura exponeret, quomodo figendum & faciendum ſit principium Menſis aut Anni. Nullum tamen dubium eſt, quin eo tempore oraliter dicta ſit Moſi ratio ſanctificationis Lunæ vel Menſis, tam ſecundum Phaſin, quàm ſecundum Supputationem, & fundamenta ejus: quia Lex noſtra fundata eſt in Traditione Moſi factâ in Sinaj. Et ſic reſpondit Rabbinus ille Regi Coſræo, par. 3. §. 35.

Dein, ſi ſanctificandus ſit menſis juxta phaſin lunæ, quid faciendum erit, ſi cœlum ſit nubilum & pluvioſum, ut Luna videri nequeat? Hîc fateri cogentur Karraitæ, quòd præter illud præceptum, quo Deus dixit, *Menſis hic erit vobis principium menſium*; Moſes ejus expoſitionem & circumſtantias quoque oraliter acceperit, & inde in gente noſtra ſint fundamenta Intercalationis & ſcientiæ illius.

Et quomodo cogitare poſſunt, Iſraëlitas, in terra ſua habitantes, nil habuiſſe niſi teſtimonium teſtium de Viſione Lunæ novæ, & deſtitutos fuiſſe ratione calculandi novilunii, curſûs item Solis & Lunæ, quæ omnes alii populi & linguæ norunt?

Hinc R. Chananael ſcripſit, *Fixionem menſium inter Iſraëlitas non fuiſſe tantùm ſecundum phaſin Lunæ, ſed etiam ſecundum ſupputationem.* Ita rem habere, inde probari poteſt, quòd totis 40. annis, quibus verſati ſunt in deſerto, interdiu eos obtexit Nubes, & columna Ignis noctu; unde neque

neque Solem interdiu, neque noctu Lunam videre potuerunt, ſicut dicitur; *Tu propter miſericordias tuas multas non deſeruiſti eos in deſerto, columna nubis non receſsit ab eis interdiu, neq; columna Ignis noctu* &c. Nehem. 9. 19. Sanè, tum non potuerent figere menſes juxta Viſionem Lunæ. Primariò itaque præceptum illud reſpiciebat ſupputationem. Et traditio conſtans inter nos eſt, E' duodecim Anni menſibus ſemper quinque eſſe plenos 30. dierum, quinque imperfectos ſeu cavos dierum 29. duos, quandoque perfectos, quandoque imperfectos; quandoque etiam unum illorum habere dies 30. alterum 29. Duo iſti menſes ſunt, מרחשון October, & כסלו *Kislev* November. Traditionem etiam habemus, quòd principium menſis Tiſri ſit principium anni, & ſinguli menſes, juxta traditionem Moſis è monte Sinaj, habeant 29. dies cum dimidio, & 793. ſcrupulis. Itaque iterum ſubſtantia hujus præcepti non eſt, jubere conſecrare menſem vel neomeniam juxta Viſionem, uti Karraitæ volunt; ſed hoc; ut menſis Niſan ſit ראש *Primus menſis* Anni. Cur enim Deus potiùs juſsiſſet conſecrare eum juxta os duorum teſtium, qui ſæpè propter aliquam cauſam poſſunt vanum loqui & teſtari, quàm juxta ſupputationem; cùm Demonſtratio Arithmetica ſit infallibilis & certisſima?

Errant itaque iſti homines in ſapientiâ ſua, quando dicunt, in terra Iſraelis non fuiſſe conſecratum menſem, niſi juxta Viſionem lunæ. Nam ecce David dicit ad Jonathanem; *Cras eſt Novilunium*, & ego *aſſidebo cum Rege.* Unde ſcire potuit David, craſtino die fore Novilunium, niſi juxta ſupputationem illud fixiſſent? Fieri enim poterat ut non conſpiceretur Luna, ac proinde craſtino die non figerent novilunium. Imò hinc etiam arguitur, quòd duos dies fixerint pro Neomenia, ſicut dicitur; *Et abſcondit ſe David in agro, & fuit Neomenia, & accubuit Rex ad veſcendum, &c.* 1. Sam. 20. 24. Et ℣. 26. *Fuit autem* ממחרת החדש השני *poſtridiè Neomenias ſecundæ, ut vacaret locus Davidis*; ubi non poteſt intelligi Neomenia alia, quia Scriptura eam vocat החדש השני *Secundam*, & Saul poſtea dicit; *Quare non venit filius Iſai, neq; heri neq; hodiè ad veſcendum?* Item; *Surrexit itaq; Jonathan à menſa in ira furoris, neq; comedit die Neomenias ſecundo panem*, ℣. 34. Nunquid hoc clarè arguit, fuiſſe tùm duos illius Neomenias dies obſervatos in principio menſis, ut nos hodiè ſolemus?

Et ſic conſueverunt omnes Iſraëlitę menſes ſeu novilunia figere juxta ſupputationem, eamque cum Viſione conſentientem facere; quamvis

ſuppu-

ſupputatio fuerit primaria. Hinc diſertè reperimus ſcriptum; *De filiis vero Iſaſchar erant* periti intelligentiæ *temporum, ita ut ſcirent quid agendum eſſet Iſraëli, principes eorum ducenti: & omnes fratres eorum juxta ſermonem eorum, &c.* 1.Chron.12.32. (*vide D.Hieron. in Quæſtionibus Hebraicis, ubi ſcribit.* Ipſi erant Doctores, computatores, & Magiſtri, ſive ad feſtivitates celebrandas, ſive ad cætera). Nulla verò alia *ſcientia* & *ſapientia* requiritur ad figenda tempora & ſolennitates ſtatas, quam Calculatio vel ſupputatio, quæ eſt Secretum quod vocamus Intercalationis: Viſio Lunæ res eſt manifeſta & ſenſibus apprehenſibilis. Nam quando Luna videtur, cuncti ſciunt, eſſe principium menſis vel Neomenias, & feſtum Azymorum eſſe die illius 15. Novum annum primo menſis Tiſri, Diem expiationum die ejus decimo, Tabernaculorum, decimo quinto. Supputatio autem non eſt niſi *Sapientum*, qui ſupputant & notam faciunt Iſraëlitis fixionem Menſium & Solennitatum Dei, qui eas obſervant juxta illorum præſcriptum. Hoc nempe eſt quod (*in allegato loco*) ſcriptum eſt; *Ut ſcirent quid agendum eſſet Iſraëli; principes eorum erant ducenti, juxta quorum os egrediebantur & ingrediebantur.*

Et ſic ſoliti fuerunt Iſraëlitæ facere per mille & centum annos, à tempore Moſis uſque ad Antigonum Æchmalotarcham, & Principem Synedrii, è cujus diſcipulis fuerunt Tzadok & Bajethos. Hi cùm audirent à Præceptore ſuo; *Ne eſtote ſicut ſervi, qui Domino ſuo ſerviunt, ut mercedem accipiant*; dubitare cœperunt, & colligebant ex eo, nullas eſſe vel Pœnas vel Præmia, & ſic ad pravos mores, & dogmata prava deflexerunt. Quia ergò Sapientes Iſraëlis perfectiſſimè calluerunt artem Intercalandi, & illa ſcientia præclara per Cabalam inter ipſos fuit accepta, cœperunt degeneres illi diſcipuli excutere à ſe jugum Cabalæ, ſeu Traditionis oralis, & Explicationes præceptorum, ſeque opponere Fixioni menſium ſeu Noviluniorum, dicentes; Mentem præcepti non eſſe, ut figatur Novilunium juxta Supputationem, neque tam ſublimibus ad id diſciplinis opus eſſe, ſed juxta Viſionem ſeu apparitionem Lunæ ex ore duorum teſtium, ſive illi docti ſive indocti fuerint. Unde Sapientes ſæculi illius neceſſe habuerunt rationes ipſorum frivolas ſolidis Argumentis refellere, è quibus Gamaliel dixit; *Nolite curare Viſionem Lunæ; Supputatio enim eſt præcipua. Sic ego edoctus ſum à Patre meo Abba, Menſem Lunarem non habere pauciores quàm 29. dies cum dimidio, & 793. ſcrupulis.* Quod docet, Rabban Gamalielem non innixum fuiſſe Viſioni Lunæ, ſed ſupputationi. Præterea legimus in Miſchnah Tract.

Tract. Roſch haſchana cap. 3. ראוהו בית דין וכל ישראל נחקרו העדים ולא הספיקו העדים לומר מקודש עד שחשיכה הרי זו שנה מעוברת *Si eam viderint domus judicii, & omnes Iſraëlitæ, teſtes etiam auditi & examinati fuerint, neq; tamen Sanctificata fuerit uſq; ad veſperam, ſeu noctem (diei ſc. trigeſimi) tum eſt Annus intercalaris.* Hinc ſolida ratio eruitur, quòd fundamentum hujus rei apud ipſos non fuerit in phaſi Lunæ. Nam ſi fundamentum poſuiſſent in Viſione Lunæ, quomodo poſt eam viſam intercalaſſent annum? (*Ad hujus Miſchnæ intelligentiam conferendus Majemonides in* הלכות קידוש החדש *cap. 2. ubi eam ita παραφράζει*: Non etiam ſanctificant novam Lunam niſi in die, vel interdiu: ſi noctu id faciant, ſanctificatio nulla eſt, quamvis tota Domus judicii, & univerſus Iſraël eam viderint, Domus judicii autem non dixerit, מקדש *Sanctificata eſt*, donec ingruerit nox diei triceſimi primi; aut ſi teſtes etiam examinati fuerint, neque tamen acquieverit Domus judicii ut dicerent, מקודש *Sanctificata eſt*, donec advenerit nox diei 31. non ſanctificant eam amplius, ſed menſis intercalatur, ut principium menſis ſeu neomenia non ſit niſi die 31. quamvis die trigeſimâ viſa fuerit. Nam Phaſis ſeu Viſio non figit ſeu conſtituit Novilunium, ſed Domus judicii, qui dicunt מקודש Sanctificata eſt. Evidentiùs apparet hoc ex eo, quod ibidem ſcribunt: *Venerunt aliquando duo, & dixerunt: Vidimus eam ſuo tempore, luce nimirum triceſimâ: nocte autem intercalationis ejus, ſub egreſſum ſcilicet diei trigeſimi, non apparuit, & acceptavit eos Rabban Gamaliel.* Sanè ſi innixus fuiſſet Viſioni Lunæ, non autem Supputationi, cùm non apparuerit nocte intercalationis, arguere debebat eos ceu teſtes falſos. Propterea Rabban Gamaliel ſine dubio nixus fuit Supputatione, non autem Teſtimonio teſtium. Quod ibidem dicitur; *Imagines formarum lunarium habebat Rabban Gamaliel in cœnaculo ſuo ſuper tabula quadam in pariete, quas monſtrabat idiotis ſeu imperitis*, &c. ejus ſenſus eſt, quòd Rabban Gamaliel fecerit figuras iſtas, ut oſtenderet Zadoko & Bajethoſo, ſe noſſe curſum Lunæ per ſingulos menſes; quâ item formâ renaſcatur Luna in unoquoque menſe, an longa ſit, an verò brevis, quam altitudinem in Sphæra vel circulo habeat, in quod denique latus declinet. Itaque ſingulis menſibus exponebat diſcipulis rationem Lunæ, dicens; *Hoc menſe forma ejus erit talis; declinatio ejus in hoc latus*: & eam formâ, quam diſcipulis ſuis oſtendebat, teſtes ſingulis menſibus ſuo teſtimonio confirmabant. Et hoc ipſo manifeſtum fiebat ipſis, fundamentũ hujus rei non conſiſtere in Viſione, ſed in ſupputatione, & ſimul removebantur & tollebantur

quæ

quæ contra à diſſentientibus afferebantur. (*De his conſulat Lector Doctiſſ. Seldenum de jure Naturæ & Gentium, lib.2. cap.6. pag.203.204.205.206.*). Et quamvis admittebant teſtes viſionis in ejus rei memoriam; tamen non innitebantur Viſioni, ſed Supputationi. Ideò dixerunt, *conſtitutionem Intercalationis eſſe Traditionem Moſis è monte Sinai*: quia facultas figendi annos, & intercalandi, fuit penes Domum judicii magnam, prout ei videbatur ſecundum Leges Intercalationis.

Quòd verò Tempora Stata & ſolennia dependerint à Domo judicii, colligitur ex eo quod ſcriptum eſt; *Conſilium autem ceperat Rex* (Hiskijas) *& principes ejus, univerſuſq; cœtus ejus, ut facerent Paſcha menſe ſecundo*, 2. Chron.30.2. Non utique tranſgreſſus eſt Rex ille pius præceptum de obſervando menſe ſpicarum, qui erat menſis primus: neq; etiam alterum de offerendo Paſchate in tempore ſuo ſtatuto: non etiam permiſit ut comederent Iſraëlitæ fermentatum in Paſchate, menſe primo: non denique effinxit feſtum à ſeipſo, cùm faceret Paſcha menſe ſecundo: quia non conceſſit Scriptura menſe ſecundo aliud Paſcha, quàm quod comederent immundi: azyma autem & feſtum (*ſacrificium feſti*) etiam immundi comedebant & faciebant in menſe primo.

Prævaricatores quidem & ſcelerati iſti (*Karræi*) magnum hic ſcelus adſcribunt Hiskijæ, dicentes, illum tranſgreſſum eſſe præceptum, quòd ſic edoctus eſſet ab Achaſo patre ſuo. Quod eſt abſurdiſſimum. Chiskijas enim fuit pius, rectus, & Dei timens, ſicut dicitur; *Et non receſſit ab ullis præceptis Domini vel ad dexteram vel ad ſiniſtram.* Et ipſemet dicit in oratione ſuâ; *Memento quæſo, quòd ambulaverim coram te in veritate, & corde integro, & quod bonum eſt in oculis tuis fecerim*, 2. Reg.20. ℣.3. Verùm res ita habet ut ſcripſit Aben Eſra, *Paſcha quod fecit, fuiſſe in menſe primo, & tempore ſuo factum.* In hoc verò erravit, quòd cùm intercalare debuiſſet in fine menſis Adar, ipſe intercalarit Niſan in Niſan, quòd Iſraëlitæ omnes non poſſent congregari, & Sacerdotes non ſufficienter mundati & ſanctificati eſſent.

Quomodocunque verò ſe hoc habeat, colligimus ex eo, quòd Intercalatio annorum, & fixio menſium vel noviluniorum, dependerint à Domo judicii magna, & eo quod illi ſecundum Legem fecerunt.

Quod Lex dicit; *Non addes ad eam, neq; detrahes de ea*; non dictum eſt niſi ad plebem, ne illi ex ſuo intellectu, vel ἰδιογνωμίᾳ addant aliquid præceptis Domini, ſicut Karræi faciunt, ſed auſcultemus Prophetis

phetis, Sacerdotibus & Judicibus, quòd ipſi inſtructi ſint auxilio Spiritus Sancti, ſicut Rabbinus ille Regi Coſræo dixit par. 3. §. 41. neque præſumendum, totum Synedrium errare poſſe in re aliqua Legem ſpectante. Hinc ſuſpendit Scriptura veritatem judicii à Loco quem elegerat Dominus, & obligati quoque ſumus legere Megillam ſeu libellum Eſther (*in feſto Purim*) Accendere lucernas in feſto dedicationis Templi, Lavare manus, Commiſcere terminos, & pro his hac formulâ benedicere; *Benedictus ſit, qui nos ſanctificavit Præceptis ſuis* (*quæ in Lege Moſis non ſunt præcepta*); eò quòd Deus omnia hæc permiſerit arbitrio Doctorum Legis, & Synedrii aſſeſſorum.

Karræi autem, ut ſe ſepararent & elongarent à conſuetudinibus Sapientum Iſraëlis contempſerunt illorum ſapientiam & intelligentiam circa artem Intercalationis & Aſtronomiæ; de qua dicitur; *Quia hæc eſt ſapientia & intelligentia veſtra in oculis populorum*; & elegerunt ſibi Phaſin Lunæ, ut doceant ſe procul eſſe ab omni Cabala; interim non cogitantes, ſe neceſſario opus habere Cabalâ & Traditione ad cognoſcendam rationem Menſium & Anni; quomodo item, & quando ſint ſanctificandi, ſicut ſupra ſcripſi. Et, ſi per tres vel quatuor menſes fuerint denſæ nubes (*ut Luna videri nequeat*), ſcribunt, ſe ita ſanctificare menſes, ut faciant tres plenos, & unum cavum. Dicunt item, Intercalandum eſſe annum, quia dictum eſt; *Obſerva menſem Aviſ*. & quemadmodum Intercalationes ſunt dierum, ſic intercalandum eſſe annum per menſes, quemadmodum Rabbini noſtri dicunt; חדשים אתה מונה שנה ולא ימים h.e. *Conſtare debet Annus ex menſibus*, ſc. perfectis, *non etiam diebus*, eis ſuperadditis; & ſequuntur ordinationes Rabbinorum noſtrorum, qui cyclo Lunari conſtituerunt novendecim annos, & ex illis ſeptem intercalare juſſerunt, 3tum, 6. 8. 11. 14. 17. & 19um. Unde liquet, illos etiam inniti Cabalæ & ſupputationi in ſanctificatione menſium, & intercalatione Annorum. Mirari itaque convenit, quomodo Sapientes ipſorum non pudeat, menſem ubique indifferenter ſanctificare, nullâ ratione habitâ loci alicujus communis præ altero. Unde fit, ut Karraitæ in terra Iſraëlis ſanctificent diem unum, Damaſceni alium, Conſtantinopolitani, qui longo intervallo ab illis abſunt, tempore longè alio; & quidam comedant Fermentatum in die Paſchatis, quidam opus faciant in die Expiationum, juxta ſententiam eorum qui ſunt in loco alio; quidam acquieſcunt in Teſte uno, alii in pluribus. Sic pro eo quòd populus Iſraëlis deberet eſſe *gens una in terra*, & ex præcepto Dei

habere

habere *Legem unam & Judicium unum* (*conſuetudines & ritus eoſdem*), illi eam ſcindunt in Leges plures & diverſas, & quotidiè novas condunt, & veteres, quæ antea ipſis placuerunt, abrogant, nihilque aliud habent quod prætexant, quàm quòd dicant; *Sic eſſe ſententiam alicujus illorum*; Sic autem re ipſa credunt & confitentur Cabalam; & dum non inſiſtunt Cabalæ plurium qui acceperunt à Prophetis; acceptant Cabalam Unius, aut paucorum ſuorum Interpretum, propriæ ſuæ opinioni & judicio nitentium, plurimis aliis diſſentientibus.

Sic itaque explicatum eſt, finem præcepti hujus eſſe, ut menſis Niſan ſit principium menſium in memoriam liberationis Ægyptiacæ; non autem, ut Novilunium vel Menſis ſanctificetur per Viſionem Lunæ, ſed modo quàm fieri poteſt veriſſimo & accuratiſſimo: Scientiam item Intercalationis dàtam eſſe Moſi Traditione orali, eò quòd Sanctificatio menſium, & Intercalatio annorum, tradita ſit Domui judicii magnæ (*Synedrio magno*). Hinc enim dicit Scriptura in præcepto hoc; *Et loquutus eſt Dominus ad Moſen & Aharonem*; quia in præſentia ipſorum in Loco Domus judicii magni datum eſt præceptum hoc.

Hactenus Abarbenel.

תם ונשלם תהלה
לאל בורא עולם׃

INDEX LOCORUM SCRIPTURÆ

Quæ

Citantur, Explicantur, & illuſtrantur.

GENESIS.

Cap.	Verſ.	Pag.
I.	1.	290.
	3.6.	302.
	8.	330.
	9.	335.
	17.	53.
	26.	274.
	27.	53.
	29.30.	335.
	31.	336.
II.	2.3.	336.
	4.	290.
	16.	53.251.
	17.	53.
	19.	303.
III.	1.	54.
	22.	45.
IV.	16.	83.
	25.	84.
V.	3.	Ibid.&p. 23.
	24.	153.
VI.	6.	153.
IX.	4.	42.
X.	2.	109.391.
	3.4.	391.
XII.	1.	83.
XIII.	10.	84.96.
XV.	5.	295.316.
	7.	292.
	10.	87.
	16.	112.
XVII.	7.	164.
	13.	109.
	20.21.	84.
XVIII.	13.	146.
XXI.	1.	Ibid.
XXII.	14.	85.
	16.	370.
XXIII.	9.	83.
XXV.	25.	398.
	27.28.	397.
	30.	398.
XXVI.	1.	54.
	35.	397.
XXVII.	25.	141.
	38.	138.
	39.	390.
XXVIII.	11.	85.
	17.	85.93.
XXX.	19.	152.

Cap.	Verſ.	Pag.
XXXII.	3.	398.
	43.	42.
XXXV.	14.	422.
XXXVI.	6 7.8.	391.
	29.	395.
	43.	396.
XXXVII.	1.	98.
XLI.	38.39.	291.
XLV.	14.	138.
XLIX.	29.	149.

EXODUS.

Cap.	Verſ.	Pag.
II.	18.	150.
III.	12.	263.
	13.	262.263.
	15.	263.266.
IV.	5.	118.
V.	2.3.	258. 290.
VI.	3.	79.291.
VII.	10.	41.
	16.	18.
XII.	1.	212.
	2.	200. 206. 440. & ſeqq.
XIII.	5.11.	171.
XV.	6.	416.418.
	11.	263.
XVI.	1.	88.
	22.	238.
	29.	202.
	32.	238.
XVII.	6.	254.
XVIII.	16.	214.
XIX.	5.	645.
	6.	64.
	11.	44.
	15.	Ibid.
	20.	80.
XX.	2.	18.
	20.	278.
XXI.	25.	221.
XXII.	25. ſeqq.	17.
	26.	153.
XXIII.	31.	84.275.
	16.	444.
XXIV.	10.	267.278. 285.
	17.	267.
XXV.	2.	194.
	8.	195.
XXX.	28.	104.
XXXI.	13.	109.
XXXII.	26.	104.
XXXIII.	14.15.	293.
XXXIV.	5.	253.
	6.	257. 275.
	7.	257.
	9.	293.
XXXIX.	43.	194.
XL.	9.	230.
	34.27.	194.

LEVITICUS.

Cap.	Verſ.	Pag.
I.	9.	235.
III.	9.	201.
VII.	3.	Ibid.
VIII.	15.	152.
	21.	188.
	23.	152.
	27.	230.
XI.	20.	447.
	45.	118.

Cap.	Verſ.	Pag.
XII.	4.	222.
	6.	167.
XIII	5.	124
	47.	400.
	50.	230.
	51.	401.
	52.	403.
	54.	124.
	55.56.57.	404.
XIV.	33.& ſeqq.	405.
	34.	401.
	39.	124.
	49.& ſeqq.	231.
XV.	17.	223.
XVI.	29.	231.
XIX.	2.	264.
	17.	172.
	23.	128.
	23.24.27.	167.
	36.	168.
XXI.	8.	101.
XXII.	33.	118.
XXIII.	2.	212.
	4.	448.
	10.11.	218.
	15.16.	217.218.
	24.	386.
	32.	89.210.
XXIV.	18.	220.
	19.	221.
	20.21.	220.221.
XXV.	2.6.23.	87.
	38.	118.

NUMERI.

Cap.	Verſ.	Pag.
IV.	16.	104.
VI.	3.	225.
	24.&c.	231.
VII.	7.	105.
	9.	104.
VIII.	7.11.	231.
X.	9.10.	386.
	10.	123.
	35.	360.
XI.	24.25.	285.
	27.	146.
XII.	8.	278.
	15.	124.
XV.	20.	122.
	39.	171.
XVI.	32.	254.
XIX.		231.
XXI.	17.18.	411.
XXII.	28.	254.
XXIII.	10.	72.
XXV.	41.	118.
XXVII.	13.	149.
XXVIII.	2.	100.
XXXIII.	13.14.36.	88.
XXXVI.	2.	203.

DEUTERON.

Cap.	Verſ.	Pag.
I.	1.	140.
	19.	84.
II.	4.	391.
III.	25.26.	93.
	27.	275.
IV.	6.	199.215.
	25.	109.
	28.	284.
	23.33.34.	117.
	34.	15.
VI.	4.	171.

Cap.	Verſ.	Pag.
	13.	268.
X.	12.	113.
XI.	12.	83.
	21.	123.
XII.	5.	121.
	32.	216.
XIII.	2.	383.
XIV.	2.	19.
XVI.	1.	318.
	9.	218.
XVII.	9.15.11.13.	213.
	19.	197.
XVIII.	4.	122.
	18.	216.
XXII.	7.	153.
XXIII.	3.	234.
XXIV.	8.	124.406.
XXVI.	11.	172.
	13.	167.
	17.18.	261.
	19.	120.
XXVII.	6.	201.
XXVIII.	1.	171.
	47.48.	172.
XXIX.	26.	383.
XXX.	1.	109.
XXXI.	3.19.	414.
	21.	409.
	26.	107.
XXXII. per totũ caput.		109.
	1.& ſeqq.	409.414. 415-416.
	3.	234.
	4.	174.
	7.	325.
	8--14.	87.

Cap.	Verſ.	Pag.
	12.	261.
XXXIV.	1.	93.275.

Josua.

III.	10.	103.
	11.	267.
	13. & ſeqq.	236.
V.	1.& ſeqq.	236.
X.	12. & ſeqq.	236.
XXIV.	19.	123.

Judicum Lib.

V.	1. & ſeqq.	415.
XIII.	18.	262.
	25.	293.
XV.	11.	222.
XVIII.	21.	277.

I. Sam.

X.	6.	293.
XVI.	13.	Ibid.
	16.	131.
XX.	24.26.34.	450.
XXVI.	10.	372.
	19.	96.

II. Sam.

XXII.	1.2.& ſeqq.	410.
XXIV.	24.	85.

I. Reg.

III.	16.& ſeqq.	237.
IV.	32.	411.
	33.	32.
VI.	1.	46.
VIII.	5.	188.
X.	24.	32.

Cap.	Verſ.	Pag.
XI.	9.	280.
XII.	26.	287.
XIII.	6.	264.
	7.8.9.	288.
XVIII.	21.	288.
XIX.	4.& ſeqq.	253.275.
	10. 14.	288.

II. REG.

II.	3.5.	286.357.
	15.	192.
III.	15.	131.
	19.	402.
IV.	33.	32.
IX.	6.	121.
X.	18.	288.
	24.	32.
XIII.	10.	72.
XVII.	26.27.	295.
XXIII.	10.	72.
	17.	422.
XXIV.	16.	30.

I. CHRON.

I.	54.	390.
IX.	22.23.	130.215.
XII.	18.	293.
	32.	451.
XVI.	21.	79.
	33.	402.
XXVIII.	9.	383.

II. CHRON.

II.	17.	302.
III.	1.	85.
VII.	1.	188.
	7.8.9.	215.

Cap.	Verſ.	Pag.
XVI.	14.	422.
XVIII.	18.	252.
	19.20.22.	253.

ESDRA.

III.	1.2.& ſeq.	235.
	4.	236.

NEHEMIA.

II.	17.& ſeqq.	235.
IV.	10.	99.
VIII.	13.	234.236.
	15.	237.
IX.	10.	120.
X.	32.	215.
XIII.	1.	234.

ESTHER.

II.	6.	149.

JOB.

I.	5.	162.
	21.	177.
IX.	4.	79.
XXVII.	21.	146.
XXXI.	26.27.28.	178.
XXXVI.	31.	333.

PSALMI.

III.	5.	93.
IX.	12.	118.
XVII.	3.	162.
XVIII.		410.
XIX.	1.	120.
XXII.	33.	118.
XXIV.	4.	157.
XXV.	38.	118.

Cap.	Verſ.	Pag.
XXXIII.	1.	409.
XXXIV.	9.	295.
XXXVII.	15.	146.392.
XLVII.	5.	260.
	10.	121.
LI.	14.	293.
LV.	18.	163.
LXXI.	15.	172.
LXXVIII.	47.	124.
LXXX.	2.	118.
XCI.	15.	371.
XCIV.	9.	169.365.
XCIX.	5.	93.
CII.	14.	387.
CIII.	19.	278.
CIV.	2.3.4.5.6.	333.
	10.11.13.14.	334.
	15.16.20.	335.
	10.19.	336.
	20.21.22.	336.
	24.	332.336.
	31.	336.
CV.	33.	124.
CVI.	35.	112.137.
CX. & CXI.		416.
CXVIII.	15.	409.
CXXIII.	1.	267.
CXXXV.	21.	118.
CXXXVI.	1.4.	134.
	6.	134.
CXXXVII.	4.	131.
CXXXIX.	1.2.3.	169.
	12.13.	365.
	21.	261.
CXLVII.	20.	123.
CXLIX.	6.	409.

Cap.	Verſ.	Pag.
PROVERBIA.		
XVI.	32.	157.
XXI.	30.	196.
XXVII.	1.	162.
XXX.	6.	138.
ECCLESIAST.		
III.	12.	149.
	21.	142.
IV.	2.	423.
V.	1.	267.
	7.	220.
XII.	7.	71.
CANT.		
I.	10.	408.
IV.	16.	188.
V.	2.3.	99.
	10.	398.
ESAIAS.		
I.	10.	397.
V.		411.
VI.	1.	263.
	2.	275.
	3.	263.278.
VII.	18.	412.
VIII.	7.	413.
XII.	1.	238.
XIV.	24.	74.
XV.	10.	424.
XVIII.	4.	73.
XXI	10.	413.
XXIV.	17--23.	73.
XXV.	8.	Ibid.
XXVI.	1.	411.
	18.	299.

Cap.	Verſ.	Pag.
	18.	299.
	19.	71.73.
XXVII.	2.	392.
XXXIV.	6.	11.389.392.
	6.9.11.	390.
XLI.	8.	317.
	14.	175.
XLII.	8.	384.
XLV.	14.	109.
XLIX.	3.	118.
LII.	8.	384
	13.	110.298. 300.
LIII.	2.3.4.	110.
	4.	112.
	5.	187.
LV.	12.	402.
LVII.	15.	299.
LX.	1.	278. 297.
LXI.		293.
LXIII.	1.	390.
	2.	398.
	12.	120.
LXVI.	8.	73.
	14.24.	74.

JEREMIAS.

VII.	21.	115.
	23.	64.
	32.	72.
X.	15.	381.
XIX.	10.	402.
XXIII.	29.	249.

THREN.

IV.	8.	197.

Cap.	Verſ.	Pag.
	21.	395.

EZECHIEL.

I.	1.	275.
	14.	317.
IV.	14.	228.
VIII.	2.	278.
IX.	2.3.	273.
XVI.	49.	397.
XX.	25.	410.
XXIII.	42.	109.
XXVIII.	24.	401.
XXXIV.	31.	63.
XXXVII.	per totũ cap.	71.
	1.	293.
	3.	110. 175.
	11.	175.
XL.	1.	293.

DANIEL.

II.	11.	102.
	21.	273.
VI.	10.	163.
VII.	9.	275.
X.	5.	45.273.
XII.	2.3.	71.
	7.	274.

HOSEA.

X.	14.	151.

AMOS.

III.	2.	111.

NAHUM.

II.	3.	398.

Cap.	Verſ.	Pag.
JONA.		
I.	3.	83.
III.	9.	280.
MICHA.		
IV.	2.	93.213.
VI.	8.	113.
VII.	1.	240.
HABAC.		
II.	11.	405.
III.	19.	418.
ZACHAR.		
II.	14.	99.
XIII.	5.	156.
MAL.		
IV.	5.6.	71.
I. MACCAB.		
II.	42.	192.
VII.	13.	Ibid.
II. MACCAB.		
XIV.	6.	192.
MATTHAEUS.		
III.	1.	156.
V.	17.	10.
	39.40.	69.
VI.	6.	182.
MARCUS.		
I.	4.	156.
VII.	4.	191.
LUCAS.		
III.	2.	156.
XI.	43.	192.
XVIII.	11.	191.
JOHANNES.		
XIV.	21.23.	106.
XVIII.	28.	191.
ACTA.		
III.	1.	163.
X.	3.10.30.	Ibid.
ROMAN.		
I.	19.	163.
I. TIM.		
II.	14.	54.
APOC.		
III.	20.	188.

INDEX
RERUM ET VERBORUM MEMORABILIUM.

A.

Abarbenel de Reſurrectione mortuorum. pag. 73. de eo, quòd apud Prophetas per Edom intelligantur Chriſtiani. p.389. & ſeqq. de Lepra Veſtimentorum. p. 400. & ſeqq. Ædium. p.405 & ſeqq. de Poëſi Veteri Hebraicâ. p. 407. & ſeqq. de Principio Anni, & conſecratione, ſeu determinatione novilunii. p. 431. & ſeqq.

Aben Tybbon de Poëſi Hebraicâ. p 409. & ſeqq & p. 424. & ſeq.

Abrahamus, cur Hebræus ſeu Eberæus dictus? p. 24. 50. duplici linguâ uſus. p. 132. idoneus fuit ad adhærendum Deo. p. 85. & 87. Libri Jezirah author fertur. p. 301.

de Accentibus Linguæ Hebrææ. p. 151.

Acceſſus ad Deum quomodo pateat? p. 234. ad mortuos variè nocet. p. 126.

Actio, alia divina, alia naturalis, alia accidentalis, alia electiva ſeu libera. p. 367. & ſeqq. artificialis p. 312. legalis p. 231.

Adamus, filius Dei. p. 52. 54 perfectiſſimus. p. 49. 52. an Evâ perfectior? p. 52. 53. Diem quemque nomine ſuo vocat. p. 89 quando, & quò fuerit ejectus ex Paradiſo? p 88. numerationem dierum inſtituit in terrâ S. p. 94. ubi habitaverit, mortuus, ſepultus fuerit? p 83.

Adami Præceptor ſecundum Indos quis? p. 27.

Adamo ſoli cur præceptum ſit datum? p 53.

ad Adamum omnia referenda. p. 26.

de Adamo cur non dicatur; ſecundum ſpeciem ſuam? p. 53.

Adonai. p. 263. 264.

Ægypti dignitas. p. 96. & prærogativa præ aliis terris. p. 275.

Æmulatio inter Cainum & Abelem, p. 83.
  Iſaacum, & Iſmaelem, p 84.
  Iacobum & Eſavum, unde? Ibid.

Aëris terræ S. efficacia p. 97. 98.

Æternitas qualis duratio? p. 28.
  Mundi, probari difficulter poteſt. p. 34.

de Æternitate mundi Philoſophorum conſenſus. 28. & paſſim.

Æternus

Æternus ne mundus? p.48.
Affectus Deo quomodo tribuendi? p.80. viri religioſi quales ſint? p.172.
Affinitas L. Aramææ, Arabicæ,& Hebrææ,unde? p. 132.
Afflictiones, cauſa reſtaurationis. p.112.
Aggadæ quid? 249.250.quotuplices? p.252.253.
Agricolæ ſimilitudo.p.85.
Alchymiſtæ vituperantur. p. 231. & 232.
Altare Holocauſti, ſuffitus. p. 103.
Amor Dei quid? p.118.178.
Amoraim Authores Gemaræ. p.247.
Ἀναμαρτήτȣ hominis exemplum. p.240.243.
Angeli duûm generum. p. 276. num cœli motores? Ibid. num ante mundum creati? p.314.
Angelorum dignitas.p.336.
Ἀνθρωποπάθεια. p.386.
Anima rationalis quid? p. 46.342. ex ſententia Philoſophorum quid? p. 345-347. eſt perfectio, ἐντελέχεια. p. 341. Subſtantia abſtracta, ad Angelorum gradum proximè accedens. p. 102. extrinſecus advenit. p. 342. à Corpore ſeparata.p.351. habitat in corpore harmonico. p. 101. 102. inſtar Regis. Ibid. colligatur, cum corde, ſicut flamma cum ellychnio.p.102.
Animæ rationalis exiſtentia probatur ex motu. p. 341. regimen in corpore quomodo peragatur? p.101-103. Facultates. 341. 349. Organa prima.p. 350. Perfectio, & imperfectio. p. 82. ſtatus poſt hanc vitam.p.67.
Animæ poſt mortem ſuperſtites. p.72.
Animarum diverſitas unde? p.338. & 340.
Animal moribundum licitum, non v.à feris lethaliter vulneratum.p.225.
Animantia opus habent contrariis.p.311.
Appellatio nominum dierum requirit latitudinem. p. 90.91.
Aquæ naturâ ſuâ ambiverunt & texerunt terram, à Deo tamen certis locis incluſæ propter commoditatem terreſtrium. p.333.334. ſupra Expansû. p.311.
per Aquas materiam intellexère Philoſophi. p.312.
Aquatilium rationes plerunque ignotæ.p.336.
Arcuvoltus de Poëſi Hebraica. p.420.
Ariſtobulus ille quis fuerit, qui Ptolomæo Philometori librum inſcripſit? p. 33.
Ariſtoteles Alexandri M. Præceptor. p.30. Præfectus theſauri Salomonis, cujus libros perſcrutatus,& ſuo nomine publicat. p.30. cum Simeone Juſto num collocutus fuerit? p.31.

Ariſtoteli cur minus fides habenda? p.33. Libri quidam falſo adſcripti. p.31.
Arca fœderis cordis rationem habuit. p.107.
Arcæ finis, duratio, abſconſio. p.45.46.
Artes omnes ab Hebræis originaliter provenire. p.29. quomodo ad alias gentes dimanarint? p.30. & ſeqq.
Aſtra quomodo agant in inferiora? p.178.
Aſtrologi culpantur. p.57.282.283. recentiores unde hauſerint ſuam ſcientiam? p.89.
de Aſtrologiâ Liber Pirke R. Eleaſaris Filii Hircani. p.319.
Aſtrologorum epitheta. p.89.
Aſtrorum ſcientiam à Davidis domo πατρoπαραδότως traditam Judæos habuiſſe. p.318.
Attributa Dei, alia activa, alia acceſſoria, p. 76. alia negativa. p. 77. non inhærent eſſentiæ Dei. 78. licet multa, Dei tamen ſimplicitati nil derogant. 77. à Nomine Dei Tetragrammato quænam dependeant? p.78. per externas figuras patent. 279. 280. egregiâ ſimilitudine illuſtrantur. p.289.
Auguſtinus laudatur. p.23.
Avicennæ opinio de Angelis refutatur. p.314. & ſeqq.
Author hujus libri quis? p. 1.6. quo mundi anno vixerit? p.23.
divinus vocatur. p. 415. Princeps Poëtarum. p. 424. vindicatur. p.239. 240.
τῶν Αὐτοφόνων ſcopus quis? p.372.

B.

Bajuli inſtrumentorum ſacrorum, ex filiis Levi. p.104. eorum officia & Claſſes. p.104.105.
Baiethoſæi quales hæretici? p.241. unde originem duxerint? p.240.
Barajeta. p.250.
Brachmanides qui? p.109.

C.

Cabbala quid? p. 59. Punctorum, Accentuum. p.200.
Cabbalæ ratio. p.238. & ſeqq. Hiſtoria. p.241. Neceſſitas. p.200. 221-234.
de Cabbala judicium. p.318.
Calor naturalis unde dependeat? p.103.
de Candelabro. Ibid.
Cantica S. quomodo differant à reliquo ſermone ſcripturæ? p.408. Davidis fuerunt accommodata ad Muſicam. p.419.
Canticorũ S. finis, effectus. p.409. 411. menſuratio impenetrabilis. 419. pr portio in quo conſiſtat? p.418,419. ſpecies inter Judæos. p.408-415.
Canticum Deboræ, Davidis. p.410. Moſis. p.411.416. 421.
Carmina duûm generũ. p.133.135. quæ reſpuat Lingua Hebræa, quæ ad-

quæ admittat? p.415.rythmica & metrica num olim apud Judæos uſitata? p. 408. 416. 417. 421.424.
Carminum genera unde hauſerint Gentiles? p. 420. varietas pro varietate materiæ. p. 420. & 421.
de Carminibus certâ pedũ & ſyllabarum dimenſione conſtantibus ſenſus Authoris.p.136.137.
Catena Cabaliſtica.p.238—247.
Cauſa multiplicationis rerum, circularis motus ſolis.p.313.
Cauſa prima. p.375.376. ad eam omnia referuntur duobus modis.p.376.
Cauſæ mediæ aſtruuntur. Ibid.
Cauſæ ſecundæ organa ſunt cauſæ primæ.Ibid.
Cerebrum ſedes Animæ ſecundaria.p.108.
Charuſim quid? p.408.
Chaſidæi unde dicti? quando orti? p.192.
Chriſtiani in paupertate gloriantur.p.60.69.Edomæi dicuntur. p.11.389.& ſeqq.
Chriſtianorum humilitas. p.298.
Circuncifio p.70. quale ſacramentum? p.164.
Cœlum Deum q.præſentem ſiſtit. p.266.
Cognitio Dei in quo conſiſtat? p.387.
Columna ignis, & nubis, p. 55. quomodo Dei præſentiam ſignificarit? p. 267.
Columnæ duæ Legis quænam? p.194.
Comparatio Jeroboami cũ Chriſtianis, p. 287. Judæorum cum populis Idololatricis. p. 108. Materiæ cum aqua. p.312.totius cultus Moſaici cum homine, temperamentum exactè proportionatum adepto. p. 106. Vitæ rationalis animæ in homine, & Dei in populo ſuo. p.101.105.
Concupiſcentia mala Satanas dicitur. p. 175. quomodo refrænanda? p.158.
Confesſio imposſibilitatis etiam prodeſt.p.387.
Conſervatio creaturarum aſſeritur.p.316.
Contingens dari. p. 366. abſolutum naturâ ſuâ ignotum. p.370.
Contrarietas, cauſa conſervationis animantium.p.311.
Convenientia inter Judæos & Romanos, ſeu Chriſtianos. p.397.
Cor plurimis ægritudinibus obnoxium, omnium tamen membrorum ſanisſimum. p. 110. 111. Sedes eſt Animæ primaria. p.103.
Cordis regimen in corpore. Ibid.
Corporeitas à Deo removetur. p. 75.77.
Corpus quando benè ordinatum. p.103.

p. 103. eſt in infinitum diviſibile. p.226.
de Corruptione hominis quid ſenſerit Author. p. 377. 378.
Coſar Rex fuit Coſroes. p.6. circa quam vocem variæ ſententiæ. p.7. ſomnium habet, unde ei Occaſio inquirendi in religionem veram p.2. hinc colloquiū cum Philoſopho p. 2. & ſeqq. cum Chriſtiano. p. 9. & ſeqq. cum Turcarum ſapiente quodam. p.12. & ſeqq. cum Judæo. p.15. &c. cujus fidem amplectitur. p. 74. 75. & ulterius ab eo erudiri petit p.75. & ſeqq. Hebrææ linguæ amorem fatetur. p.152.
Coſræi Judaizantis hiſtoria. p.74. & ſeqq.
Creatæ res 7. ante mundum. p.254. 10. inter Soles. Ibid.
Creatio ab opere quomodo differat. p.53.
Creationem Philoſophi quomodo ſtatuerint. p.[illegible].
in Creatione hominis. p. 53. Mundi. p. 254. qualis fuerit Dei intentio.
Creatori cum creatura an intercedat commercium. p. 35. eum æternum eſſe unde ſciamus? p.120.
Credendarum rerum fundamenta, ſecundum Judæos. p.327. 328.
Credens quis? p.38.
Cultus ceremonialis ſcopus. p.105. 106. Inſtrumenta. p.1[illegible]4. & ſeq.
Cultus Dei quid Philoſophis? quid Judæis? p. 254. Deo gratus eſt ex ſolâ revelatione divinâ. p.193. 196.

D.

Dæmones cogitationum imaginariarum. p.159.
Damnum omne eſt à privatione rei divinæ. p.39.
David perfectiſſimus in Muſica. p.131.
de Decimarum datione. p.117.
Deus definiri non poteſt. p.313. non eſt Corpus. p. 46. 364. eſt Primus, & ultimus. p.78. omniſcius, æternus, immutabilis. p.365. vivens. p. 77. 78. 365. Immutabilis. p. 76. Unus. p. 78. Lux inacceſſa. p. 77. 78. 380. 387. Cauſa cauſarum. p. 267. miſericors, & ulciſcens, nec tamen mutatur. p. 76. non opus habet inſtrumentis. p.47. comparatur Mundo, Animæ, Sphæræ. p.309. Regi. Ibid. & quidem maximo. p. 274. 275. Judici juſto. p. 76. 79. 81. cum Moſe quo modo fuerit locutus? p. 46. 47. 81 cur potiùs elegerit adipem, ſanguinem, reticulum hepatis, quàm cor vel cerebrum &c. p.308. quomodo inſcripſerit Legem tabulis, fiderit mare, p. 47. cur hâc ratione voluerit coli? p.114.

Dei æternitas probatur. p. 364. decretum abſolutum. p. 374. eſſentia incomprehenſibilis. p 382. 383. cum Sole comparatio. p. 292.
Deo cur adſcribatur ſimilitudo hominis. p. 273.
ad Deum per medium rei creatæ quomodo fiat indicium? p. 264. pertingi quomodo poſſit? p. 59.
Deum Philoſophi à ſcientiâ rerum particularium eximunt. p. 120. quid interſit inter Deum Abrahami, & Deum Ariſtotelis? p. 294.
Deus mi! אדני quibus dicere liceat! p. 264.
de Deo Gentilium ſententia. p. 257. 259.
Dii quinam habiti à Gentilibus. p. 395.
Deorum pluralitatem Philoſophi cur adſtruxerint? p. 382.
Deitas, & Unitas Dei Abrahamo innotuit per ſpeculationem naturalem. p. 316.
Deitatis confeſſio eſt obſervatio Sabbathi. p. 117.
Demonſtrationes indubiæ apud Philoſophos in Logicis & Mathematicis, non verò in Metaphyſicis & Phyſicis. p. 357. 358.
Devotionis. impedimenta. p. 155. & 156.
Dies ſeptimanę cur uno & eodem nomine vocentur toti orbi habitabili.? p. 90. ubi nominibus cœperint vocari? pag. eadem.
Diei principium unde fieri debeat? p. 94.
Dierum certæ appellationis initium & finis, quinâ ſit? p. 90. 91.
Differentia hominum, & intellectus humani, unde? p. 339. & 340.
Differentia ſententiarum circa ſupputationem à creatione mundi inter Judæos qualis? p. 23.
inter Chriſtianos, Turcas, & Philoſophos. p. 286. 287. cœtum Jeroboami, & Achabi. p. 288. Legem Judæorum & Philoſophorum. p. 297. Judæos & Aſtrologos, ſuper numeratione dierum. p. 90. Viſionem Prophetiæ, & Spiritus S. p. 413. inter Intellectum humanum, & Angelicum. p. 270. Adipem, & pinguedinem. p. 201. Proſelytos, & Indigenas. p. 71. ea quæ facta ſunt per Moſen, & ea, quæ per Magos. p. 387. Marem, & fæminam. p 310.
Differunt res tantùm ratione Materiæ. p. 376.
Diminutio facultatum, an Cultus? p. 116. דינים quid? p. 249.
Diſcipuli Prophetarum. p. 192.
Divina eſſentia nec lux, nec tenebræ, nec vita, nec mors. p. 77.
Divinorum ſtatutorum argumenta. p. 121.

Diviſio terræ inter filios Noachi. p.50.
Domus Domini.p. 58. figuras habet Cherubinorum.p.58.
Dráſchos, ſeu Allegoriæ. p. 249.

E.

Edom, apud Prophetas eſſe Romanos,& Chriſtianos.p.11.389. & ſeqq.
Ehcie p. 262.
El. p.263.
Elementa ſpecificè differunt. p.330.
Elementis non eſt attribuenda ſapientia, ſed miniſterium duntaxat.p.37.
Elementorum quaternarius numerus exploditur. p.352.353.
Elohim quid ſignificet? p. 256. quotupliciter ſumatur? ibid. quibus rebus competat? ibid. cur numero plurali efferatur? ibid.
אלהי האלהים. p.263.
Entia ſunt vel divina, vel intelligibilia, vel animalia, vel naturalia.p.24.
Entium varietas unde? p. 305.310.
Epicedia quomodo comparata eſſe debeant? p.423.
Epicurei, voluptuarii. pag. 370. omnia fortuitò eſſe ſtatuerunt. p.375.
Epicureiſmus.p.300.
Epicuri opinio, quòd omnia per Accidés ſint,refellitur.p.330-332
Epitaphia, qualia eſſe debeant? p.422.
Epitaphium Principis exercitus Amaziæ.p.417.
Eſaias reſurrectionem omnium clariſsimè docuit.p.73.
Ethnicorum circa divinitatem opiniones variæ.p.119.
Etymologia Adami, Evæ, Sethi, Kaini, Noachi.p.132.
Eva, quomodo Animæ particeps facta p.53.
Eunuchi intellectu debiliore præditi.p.307.
Exiliū peccata expiare. p.157.384.

F.

Facies Domini in Scripturâ quid ſignificet? p.83.
Facultas altrix, auctrix, procreatrix.p.342.343.formatrix unde? p.387.
ὀργιστική. p.158.
Facultates animantium aliæ motivæ, aliæ apprehenſivæ.p.344.
Facultati unicuiq; Animæ & corporis tribuendum eſſe ſuum dimenſum, p.115. Traditio docet. p.116.
Felicitas perfecta quænam? p.68.
Feſti dies Judæorum. p.161–163.
Fidei & Infidelitatis fundamentum.p.37.
Figuræ ſanctis oblatæ quomodo ab illis fuerint Viſæ? p.275.
Filia vocis. p.170.257. gradus eſt Spiritus S.p.217.

Filii Dei qui? p. 49.50. Prophetarum qui? p. 254. horum conſuetudo.p.156.
Filii quare ſæpè Avis, quàm Patri ſimiliores? p.52.61.
Fœdus cum Iſaaco pactum quid indicet? p.84.
Fœtus ſignum aliud in beſtia, aliud in muliere.p.324.
Forma corporeitatis. p. 328. Hominis unde? p.37. rerum unde? p. 195. 330. 331. 337. tabernaculi Moſi in monte quomodo oſtenſa? p.60. Palatii Salomonis, Davidi. p. 61. ſacræ illius domus æternæ, Ezechieli.p.ead.
Formæ indiviſibiles. p. 332. intelligibiles inſunt animæ rationali vel ex inſtitutione divina, vel per habitum acquiſitum. p.346. Subſtantiarum non recipiunt magis vel minus.p.331.
Formarum gradus.p.337.338.
à Formis differentiæ rerum ſunt. p.330.
Fundamenta fidei ſecundùm Loquentes.p.360.362.& ſeqq.
pro Fundamento appellationis Diei 7. conſtituendæ ſunt 18 illæ horæ, & quare? p.90.91.

G.

Gaonæi.p.204.
Gehenna quid? p.72.73.
in Gemara cur multa ἀσύγλωσα? p.255.
Generantur ab Impiis etiam boni. p.50.54.
Gentiles, cur plures Deos coluerint? p.257.
Gloria Dei quid? p.81. Domini quid ſignificet? p. 277. triplex eſt.277.278.apparet ſuper ſolis electis.p.278. dicitur de formis ſpiritualibus.p.80.
Gomarus laudatur.p.407.
Gradus abſolutè credendi ſine inquiſitione & examine, ſublimis. p.326. Chaſidæorum proximus infra gradum Propheticum. p.170. Hominum præſtantiſſimus in ſenſu præditis. p.377.
Gradus dantur inter entia. p. 377. viventium.p.112. Sermonis, i.e. Prophetiæ p.49.
Græci fures ſapientiæ.p. 29.
Græcos originaliter ab Hebræis ſapientiam habere. pag. 28.29. Philoſophiæ, & Theologiæ aliquam cognitionem hauſiſſe ex libris Hebræorum in ipſorum linguam translatis.p.33.
Grammaticæ utilitas.p.139.141.
Grammaticalia varia ad Hebrææ linguæ proprietatem ſpectantia.p.145-150.

H.

Habitatio quomodo Deo attribuatur? p.118.
Hæreſium cauſæ.p.259.
Hæretici Judæorum. p.241.

Hagio-

Hagiographa à reliquis libris ſacris quomodo differant? p.414.
de Hebdomada nulli diſſentiunt. p.26. cur? p.89.
Hebræa L. unde dicta? p.132. an Arabicâ præſtantior? p.131.
Hebrææ L. accuratio ratione punctorum. p.142. Affectiones. p.144.145. Præſtantia p.131.150. 303. Proprietas tripliciter poteſt conſiderari. p.150. uſus nunc interiit. p.133.
Hebræi ſermonis literæ quomodo dividantur? p.143. Lectio ſemper uniformis. p.143. unde fiat? p.134-139.
Hebræi cur in legendo ſe hinc inde moveant? p.141.142.
de Hebræis literis. p.143.144.
Hepar iræ organum. p.307.
Hermes, an fuerit Enochus? p.7.
Hillelis cum Moſe comparatio. p. 242. Diſcipuli innumeri. p.242.243.
Hiſtoria Kaini & Abelis. p.83.
Iſaaci & Iſmaëlis. p.84.
Jacobi & Eſavi. Ibid.
Holocauſtum Deo gratum quodnam. p.235.
Homo microcoſmus. p.305. mortuus non eſt homo. p.270. proximus eſt ordini Angelico. p.274. eſt vel naturalis, vel divinus. p.65. ſanctus ſecundum Philoſophos eſſe poteſt, qui tamen nullam certam amplectitur religionem. p.115. cur in terrá creatus? p. 178.
Hortus Edenis, quid. p. 72.73.
Humani generis duas ſpecies Judæi ſtatuunt. p.62.63.
Humiliatio Judæorum qualis? p.69.70.
Humilitatis prærogativa. p.298. & 299.

I.

Janus quis? p 394.395. primus Rex Italiæ. p. 305. pro Deo habitus. ibid. idem cum Saturno. ibid.
Januarius Menſis unde dictus? ibid.
Idem poteſt ſciri, & credi. p. 327.
יהוה, hæc vox aliquando impropriè & tropicè tribuitur Gloriæ Domini. p. 80.
Jejunium. p.115.
de Jejuniis Judæorum. p.162.
de Jeſu quid Judæi ſentiant? p.398.
Jevánim, Jones, Græci, à Javan orti, qui fuit ex filiis Japheti. p.28.
Ignis quid? p. 103. ſignum beneplaciti Dei. ibid. reſidentia ejus eſt pinguedo adipum. Ibid. triplex eſt. p.103.104. elementaris. p 329. qui exploditur. p.352.353.
Imagines à Deo prohibitæ. p. 57. olim ab omnibus populis cultæ p.54-58. hodiè à paucis. p.58. à Gentibus pro Diis habitæ. p.256. quo fine à Judæis fuerint cultæ?

cultæ? p.300. Spirituales, ſunt diverſo reſpectu reales, & non veræ. p.272.
Imaginum Spiritualium artifices. p. 193. 195. 232.
Immunditia quid? p.222. non eſt, ubi non eſt Sanctitas. p. ead.
Increpationis utilitas. p. 378.
Indi qui. p. 27. antiquitatem jactant. p.17. libros quos edidére Ibid.
Indiæ Regi Deus comparatur. p.66.
Initium numerationis dierum, ſabbathorum, Feſtorum, unde petenda? p.94.
Infidelis quis? p.38.
Intellectus agens. p.338.351.352. qui dicitur mundus ſupernus. p.352. Materialis paſſivus. p.339. duplex eſt, Theoreticus & Practicus. p.349.
Intelligibilia prima & ſecunda. p.346.347.
Intentio Dei in creatione hominis. p.53. Mundi. p.254.
ad Intentionem Dei quænam referantur? p.379.
Intercalatio proles Aſtronomiæ. p.129. unum ex mirabilibus populi Judaici. Ibid. à Domo Davidis tradita, nec unquam mutata. Ibid.
Intercalationis præſtantia, & certitudo. Ibid.
Intercalationem Judæi unde acceperint? p.209.
de Intercalatione apud Judæos. p.206-209.
Iſaaci ligatio ubi facta? p.84.
Iſidorus. p.393.
Iſraëlita verus quis? p. 180.
Iſraëlitas inter populos eſſe inſtar cordis, p. 110. 112. Scientiam Magiæ à Salomone hauſiſſe. p.29.
de Jubilæo. 122. 217.
Judæus extra terram S. habitans eſt quaſi Idololatra. p.96.
Judæi cur ſic abjecti? p. 299. oſſa quidem diſperſa, ſed qualia? p.107. tenues & fortes, diverſo reſpectu p.129. per quid uniantur & conjungantur in unum? p. ead. non mortui, ſed ægroti ſunt. p.108.110. cur non mutentur in aliam gentem. p.108.109. quam conjunctionem jactent cum re divinâ. p.109.
Judæorum à reliquis gentibus diſcretio. p. 63. Vilitas. p.9.15. 68.69. Segnities in cauſa, quòd res divina nondum fuerit reverſa in terram S. p.99.
Judaici populi magnitudo. p. 49. & 54.
Jura & ritus mactati, & diſcerpti. p.321-325.
Juſtos corripi ad expiationem pro mundo. p.186.

K.

קרוש p.263.
Karræi. p.6.188.196. & ſeqq. quales.

les. p.192. 193. orti ex disſidio Jannæi Regis cum Rabbinis. p.241. originem ab Anane quodam habent. p. 193. propago veterum Sadducæorum. p. ead. diſtinguuntur à Rabbanitis. p. 205-207. ſine gradu ad Sapientiam conantur aſcendere. p.327.
Karræorum Authores. p.203.204. dogmata. p. 203. 224. ſcripta. p.203. in ſententiis variabilitas. p.224. à Sadducæis differentia. p.241.

L.

Lætari debemus ſecundum Legem p.116.
Lætitia ex amore Dei orta. p.178.
Laniorum apud Judæos peritia. p.326.
Latinus an à Lotan. p.395.
Lex quid ſignificet? p. 255. ſcripta & oralis eadem. p.222. medium ſervat inter amoré & timorem. p.116. ſolisne Iſraëlitis data? p.121. an ſervet? p.63. an ſervari poſſit? p. 114. non requirit vitam ſolitariam. p. 115. 117. agit miraculis. p.34. derepente extigit. p. 40. viam & rationem vivendi æquabilem præſcribit. p.115. cũ Naturâ cõciliatur. p.63.
Legis ceremonialis ſtatuta. p.121. 122. Volumina legis cur majora? p.142.150. debitum non eſſe ex fundamento creationis. p.19. ortæ & propagatæ hiſtoria. p.40. & ſeqq.
Leges aliæ Naturales, aliæ Politicæ, aliæ Divinæ. p.114. 115. divinæ quomodo perficiantur? p.114. Intellectuales quomodo peragantur? p.40. Intellectuales ſeu naturales eſſe præparatoria ad Legem Divinam. p.113.
Legum intellectualium, & politicarum effectus. p.114.
Lepra quid? p.400. unde oriatur. p.125. 401. 405. Ædium. p.405. & ſeqq. Veſtimentorum. p.401. & ſeq. in Parietibus, p.124-126. miraculoſa hæc erat, non naturalis. p.405. (p.405.
Leproſi mundatio miraculoſa.
Liber Jezirah. p.178. 179. & ſeqq.
Liberum arbitriũ aſſeritur. p.368. 369. conciliatur cum Decreto Dei. p.366. & ſeqq. eſt ex cenſu cauſarum ſecundarum, & cauſas habet catenatim dependentes à Cauſa prima. p. 368. à coactione immune. p.ead.
Libri Judæorum quales perierint? p.320.
Libros Moſis & Prophetarum etiam ante LXX. in Græcam L. fuiſſe converſos. p.33.
Linguæ non ſunt æternæ. p. 25. nec naturales, ſed ex inſtituto ortæ. p.26.
Linguarum differentia. p.303. intentio & ſcopus. p. 134. præſtantia unde colligenda? p.303.

Literæ

Literæ ſubtiliſſimæ ה, ד, י, p.303.
de Literis Hebraicis. p.301-308.
Locis S. qualis efficacia tribuenda? p.51.58.
Loquentium Secta inter Judæos. p.360.361.
Ludus Schachius. p.379.
Lux tantùm in corpora cadit. p.77. quotuplex? p.289. penetrans, an occiderit? p. 297. divina quando, & ubi videatur? p. 287. prima quando creata? p.89.

M.

Magdiel, quis? an Romanorum Pater? p.389.390.
Mahometanæ ſectæ Auctorum contumeliæ in quibus ſe Turcę jactant. p.298.
Majeſtas, ſeu præſentia divina, alia viſibilis, alia occulta. p.384.
מַלְאָךְ quid ſignificet? p.276.
Manichæiſmi cauſæ. p.259.
Manna. p.43.
Mars Hebræis à rubore dictus. p.398.
Maſóra quid? p.199.
Materia prima. p. 328. an ſit aqua. p.328.329. an in concavitate Lunæ? p.329.
Materiam tantùm ſuppeditant Cauſæ ſecundæ. p.37.
Media ſenſibilia Dei præſentiam ſignificantia. p.266.267. duplicem habent ſignificationem. p.265.
Medica Scientia inter Judæos. p.321.
Membrorum humani corporis effecta propria. p.307.
Memoria p.343.
Menſis quotuplex? p.201.
Meſſias fructus calamitatum Judaicarum. p.300.
Metrica Hebræa, Arabica eſſe. p 137.140.418.
Metrica Poëſis error eſt. p. 135. in Linguam Hebræam injuria. p.135-141.
Microcoſmus & Macrocoſmus. p.274.
Miſericordia Deo quomodo tribuenda? p.76.
Miſchna. p.247.250.
Miſchnici Doctores. p. 247. quibus maximè credendum. p.252.
Modi explicandi Scripturam. p.249-251.13. modi explicandi Legem. pag.251. pronunciandi Scheva. p.151.
Mons Moria. p.85.
Montes Harſan in deſerto. p.74. & 82.
Monumenta ſepulchralia. p. 422. & 423.
Morbi Judęis, non Galeno, cogniti. p.321.
Mors piorum quid? p.234.
Mortis timor quomodo tollatur? p.65.67.
Mortè quinam deſiderent? p. 154.
Morticinum quomodo prohibitum hodiè? p.223.

Moſaici cultus applicatio. p. 107.
Moſes. p. 121. celebratur. p. 21. non abrogavit præcepta Majoribus data p. 42 Legem num populo ſuo ſoli, & viris Linguæ ſuæ dederit? p. 62. num reliquerit eam ſine punctis? p. 198.
Moſi cur toties rebellârint Judæi? p. 24. quomodo ſe Deus communicaverit? p. ead.
Motus rerum unde veniat? p. 257.
Mulieres virili ſexu imperfectiores. p. 53.
Mundus num ſit æternus? p 28. 31. 34. 35. 119. creatus? p. 48. habeat ne Dominatorem & Directorem? p. 293. num novum eſſe probari poſſit? p. 362. 363.
Muſica tempore Davidis perfectiſſima. p. 419.
Muſicæ ſcientia apud Judæos præſtantiſſima p. 129. 130. ejus præſtantia, utilitas, efficacia. p. 130. an ad ſanitatem faciat? p. 130. & 131.
Mutationes in materia unde oriátur? p. 329.
Myſterium 10. Unitatum. p. 317. Fixionis dierum ſuper 18. horis. p. 88.

N.

Natura quid Ariſtoteli? p. 36. Authori p. 255. 337. non agit, niſi in id, quod eſt æquæ diſpoſitionis. p. 302. malè cum Creatore à Philoſophis confunditur. p. 36.
Naturaliter ne omnia fiant? p. 180.
Naziræus an plus peccet comedendo uvas, quàm ſe inebriando, potu ex melle & pomis confecto? p. 224. 225.
Nomen אדני quid ſignificet? p. 265. quò nos dirigat? 266. 267-276. creaturis quibus, & quo ſenſu tribuatur? p. 267.
אלהים poſt abſolutum creationis opus mutatum in nomen *Jehova*. p. 290. illud Ægyptiis uſitatum, non verò hoc. p. 291.
יה p. 262.
יהוה nomen plenum. p. 289. 290. propriè competit eſſentiæ divinæ unicę. p. 313. per ſolam Cabalam innoteſcit. p. 257-260. proprium eſt Dei. p. 257. 258. quomodo differat à nomine *Elohim*? Ibid. an notum fuerit ante Moſen? p. 292. Cur Pharao illud ſe ſcire negaverit? p. 290.
Nomina Dei p. 256. quid ſint, præter tetragrammaton. 76. unde deſumta? Ibid. cur multiplicentur, cùm Eſſentia Dei una ſit? p. 268. varia quomodo Deo attribuantur? p. 81. ſimilitudine illuſtrantur. Ibid. quæ ſunt formæ דָּוִד מֶלֶךְ cur ſint penacuta? p. 152. Nomina Magica. p. 304.
Nominis Jehovæ vera ſignificatio ignoratur. p. 262. quod teſtatur proprietas & præſtantia ſingularum literarum p. 262.

cognomen

cognomen aliquando eſt פְּנִים p.293.
de Nominum Dei uſu Magico. p.232.
Nominum ſignatura. p.304.
Novilunium utrum juxta phaſin, an juxta calculum, ſtatuendum? p.431. & ſeqq.
Nox cur præponatur Diei? p.89. & 90.
de Numerandi per denarium ratione omnes conſentiunt. p.26.
Numerationis dierum initium quando cœperit? p.89.
Numeri ſecretum in denario. p.304.
Numerus rotundus & plenus. p.46.
Numerus & ſuputatio dierum certa haberi poteſt à Creatione Mundi. p.22. Denarius eſt infinitus. p.305. 317.

O.

Obedientia & inobedientia non perficitur, niſi per cauſas ſecundas. p.375.
de Oblationibus. p. 100. & ſeqq. cur dicantur Panis Domini, & odor ejus? p.100. 112.
Oculus alius externus, alius occultus. p.271. 272.
Oleum unctionis. p.107. quid præfiguraverit? Ibid.
Opera mereri. p.386. quotuplicia? p. 136.
ad Opera divina intellectus noſter non pertingit. p.164.
Opera ethico-politica & intellectualia, quomodo nobis nota, quomodo non? Ibid.
Orationis tempus. p.160.
Ordo ille, quo obſervato reſidet in populo Deus non localiter, ſed glorioſè. p.100. 101. declaratur exemplo Animæ rationalis. p.100-102. quandiu permanſerit. p.123.
Ordines tres Virorum S. qui ſe propter Dei gloriam, & Legis amorem à mundo ſepararunt. p.156.
Oſſa in terram Canaan deportari cur voluerit Jacobus & Joſephus? p. 93. 99.

P.

Pallium piloſum veſtis virorum ſanctorum. p.157.
Panis nomine quænam veniant? p.335.
Parabola. p.188. 189.
Paradiſum 4. ingreſſi. p.245.
Paradiſus Philoſophorum. p.338.
Paſcha non incidere debet in quartale hyemis. p.318.
Patriarchæ Cor & peculium generis humani. p.22. 50. 62. 82. 83. &c. eorum fides quanta? 79.
Pavoris effecta. p.127.
Paupertas & humilitas magis convenit Rei divinæ, quàm gloria & ſuperbia. p.298. 299.

 Peccata

Peccata quomodo expientur, cùm ſacrificium offerri non poteſt. p.384.
Peculium Dei.p.112.Peculium peculii Ibid. quomodo etiam degeneres Judæi ſint peculium Dei? p.57.
Perfectio Adami.p.49.52.
Perfectio prima & ſecunda. p.341.
Periculis quouſque ſe exponere liceat? p.385.
Perſas Aſtrologam ab Indis habere.p.29.
Petitio prima in oratione. p. 184. petitiones reliquæ. p.184.185.
Phantaſia. p.243.
Phariſæi unde dicti? p.191.ſucceſſores Chaſidęorum.p.192.Rabbanitarum anteceſſores.p.191.
Pharmacopæi ſimilitudo. p.38.57.
Philoſophi. p. 86. eorum Argumenta. p.16. dogmata. p.2. & ſeqq. principia intellectui repugnant. p.315. ſcopus & finis. p.286. ſectæ. p. 358. ſententiæ de prima cauſa. p.120. quæ habeant fundamenta? p. 286.287. unde acceperint Philoſophiã? p.32. quid maximè ſecundum illos à veritate declinet? p. 11.
Philoſophię imperfectio.p.355.357
Pio Homini tria conſideranda. p.168.
Plagæ Ægyptiorum unde profectæ.p.41.
Plantarum forma.p 337.338.
Plato ſapientiam à quibus acceperit? p. 31.33. num cum Jeremia collocutus fuerit? p.32. ſtatuit æternitatem Materiæ.p.35.
in Pœnis quem ordinem Deus teneat? p.124.
Poëſis Hebraica in Libris S.uſitata. p.406.& ſeqq.quomodo differat à recenti artificioſa.p.133-135.
Populi Dei dignitas unde? p. 87.
Præcepta Dei quomodo ſciri poſſint? p.234. ſeptem, data filiis Noachi. p. 42.251. decem illa, unde populus acceperit? p.44. Adamo, Noacho, Abrahamo, &c.data p.42. Legis perfectè quomodo explicari poſſint? p.222.quędam dependent à loco,quem elegit Dominus.p.215.
Præcepti rationem habet, etiam quod poſt Moſen conſtitutum eſt.p.215.
Præceptorum omnium ratio dari non poteſt,p.230. quorum poſſit? Ibid. maxima pars ſunt Traditio Moſis.p.214.
in Præceptis condendis quid obſervandum? p.184.
Præſcientia Dei non excludit cauſas ſecundas.p.270.273.275.
Præſentia divina apud quos? p.123. in Iſraële idem eſt, quod Spiritus in corpore.p.126.
Precandum quomodo? p.160.quo ritu,& geſtu corporis? p.160.
Precatio inter Judæos uſitata. p. 72. quænam exaudiatur? p.180-182. Judæorum contra

Sadducæos,

Sadducæos. p. 241. Chriſtianos. p. 242. Schmóne eſre. p. 180.
Precationis tempora. p. 160. 163.
Preces Judęorum ſimiles eſſe cantui Gallorum. p. 100. tantùm fieri debent pro tota Eccleſiâ, & in Eccleſiâ, ubi ad minimum 10. convenerunt. p. 182. privatæ, cui ſimiles? p. 183.
Precibus quænam præmittenda? p. 180. 181.
Precum multitudo. p. 171. 172. ſumma. p. 171. efficacia. p. 161. ordo. p. 184-186.
Prophetarum parabolicæ Viſiones, quomodo differant à Canticis 3. generis. p. 412-414.
Prophetia quid? p. 413. propria Judæorum prærogativa. p. 82. fit tantùm vel in terrâ S. vel propter eam p. 83. quandiu durarit in templo ſecundo? p. 215. 238. quando ceſſarit? p. 86. quando iterum expectanda? p. 239. gradus eſt inter humanos Deo proximus. p. 187. 377. 413.
Prophetiam adjuvantes cauſæ. p. 86.
Proprietates animales. p. 20. Rationales. Ibid. rerum naturalium quænam? p. 19. quomodo Deo tribuantur? p. 273.
Proprietatum divinarum myſterium expoſitum. p. 81.
Proverbium Judæorum. p. 206. & 207.
Providentia aſtruitur. p. 169. 173.
300. 301-309. in minimis elucet. p. 177. 178. Cur ſe extendat ad Gentes? p. 262.
Pſalmi quidam cur inſcripti *Victori*? p. 131.
Ptolemæus quos in linguam ſuam transferendos petierit à Sacerdotibus Hieroſolymitanis? p. 32.
Puncta & accentus à Moſe per traditionem oralem propagata, tandem figuris expreſſa. p. 198. & 200.
Punctationis nobilitas facit ad Hebrææ linguæ præſtantiam. p. 142.
Pythagoras unde ſua hauſerit? p. 33.

Q.

Qualitates primę dantur. p. 353. 354.
Quidditas quid? p. 313. ab Eſſentiâ differt. Ibid. in Deo tamen cum eſſentiâ unum eſt. Ibid.
Quies Sabbathi à Regum quiete quomodo differat? p. 166.

R.

Rabbanitæ Phariſæorum propago. p. 191. læti eſſe poſſunt, non Karraitæ. p. 229. 239. religioſi, quomodo vivant. p. 193.
Rationem colendi Deum, eſſe immediatè ab eo profectam, unde ſciri poſſit? p. 196.
Ratio ſtatus. p. 287.

Ratiocinatio quomodo fiat? p.346. & ſeqq.
Rationes aliæ accuratæ, ut Logicæ & Mathematicæ, aliæ imperfectiores, ut Ariſtotelis. p.259.
Reatus immunditiei extra terram S. ſublatus. p.223.
Religio Philoſophorum. p. 2. & ſeqq. Chriſtianorum. p. 9. & ſeqq. Turcarum p. 11. & ſeqq. Judæorum. p. 15. &c. non eſt æſtimanda ex Gloriâ externâ. p. 297. 298.
ad Religionem quibus mediis alii pertrahantur? p. 62.
Religioſi Judæi definitio. p. 157. ratio vivendi. p. 153 parabolica deſcriptio. p. 157 & ſeqq.
Rei divinæ quomodo quis idoneus fiat? p. 106.
Res divina (Deus) ſe habet ad nos, ut anima ad cor. p. 101. non capit utilitatem à cibo & potu. Ibid. quandiu homini benè faciat? ib. ſuper quibus quieſcat? p. 99. quomodo differat, ab artibus falſis? p. 24. quomodo, & quibus per ſucceſſionem adhæſerit? p. 50. 51.
Reſurrectio num cum Adventu Meſſiæ conjuncta? p. 74. ab Eſaiâ clariſſimè fuit deſcripta. p. 73.
Retributionis porta. p. 73.
Revolutio Lunæ. p. 18. Solis certa occulta, nec in vulgus nota. p. 318. & 319. cui uſui Judæis? p. 319.
Revolutiones vulgo uſitatæ, non accuratæ. p. 318.
Romanos eſſe filios Japhet. p. 391. intelligi per Cittim. ibid. per Edom. p. 389. & ſeqq.
Ruth Liber à Samuele Propheta ſcriptus p. 414. cur inter Hagiographa relatus? Ibid.

S.

Sabbathum. p. 177. recipiendum, & obſervandum. p. 43. typus eſt futuri ſeculi. p. 337. dependet à Terra S. ut & alia tempora feſta. p. 87.
Sabbathi initium unde deſumendum? p. 88. 90. quando in Sinis. p. 88. in terrâ Iſraëlis vocari incipiat? p. 90. appellatio quando deſinat? p. 93. ſcopus & finis. p. 117. 165.
Sabbathiſmus terræ. p. 117.
Sadducæi, unde? p. 240. eorum dogmata. p. 241.
Salomonis ſcripta. p. 32.
Sanctitas quid? p. 223.
Sanctus, quid ſignificet? p. 263. 264. quis? p. 157. quid olim fecerit in loco illo divino? p. 190. quid hoc tempore faciat in afflictionibus quâ publicis, quâ privatis. p. 174. 175. 177. Dominator verè eſt. p. 157-160.
Sanctorum hominum ſeries ab Adamo. p. 179.

Sapientia

Sapientia in Deo non eſt proprietas. p. 79. Dei in minimis elucet. p. 309. in grano ſeminis. p. 299. in pulice æquè ac in Sphæris. p. 376. in minimo reptili. p. 35. non eſt attribuenda Sphæræ, Planetis, Elementis. &c p. 35. 37. 55. Dei in gubernatione creaturarum. p. 173.
Sapientia Humana non habet locum in cultu Dei. p. 61. ab Adamo hæreditate accepta fuit tantùm in ſemine Semi. p. 28. 30. quando, unde, quâ occaſione in Græciam pervenerit? Ibid. Salomonis. p. 131.
Scientia Dei an ſit rerum cauſa? p. 370.
Scientiarum migrationes. p. 131.
de Scheva. p. 143.
שׂיר p. 410.
Sebhuræi. p. 204.
Joh. Seldenus. p. 157. 158.
Senſus communis. p. 343. 344.
Senſus quid apprehendant? p. 269. 270. ubi habeant ſedes principales? p. 103. quomodo ſe habeant ad Intellectum? p. 271. Scripturæ quotuplex ſecundum Judæos. p. 249.
Senſuum objecta communia. p. 344.
Separatio à mundo, Prophetarum qualis? p. 154. Philoſophorum qualis? p. 154.
ספרים tribus mundum Deus creavit p. 301-304.
Septuaginta aſſeſſores Synedrii. p. 244. ex quibus electi? p. 245.
Sermo quotuplex? p. 372. 373. num Deo tribuendus? p. 44. 81. & Scriptura in Deo idem. p. 302. quo Deus creavit Mundum? p. 302. 303. quo cum Moſe fuit locutus? p. 47.
Servitus Dei vera libertas. p. 386.
Simeon Juſtus quando vixerit? p. 239.
Similitudo proportionis Mundi, Animæ, Anni ad Deum. p. 308. 309.
Sinarum Regio ubi? p. 88. vide Tzin.
Socrates. p. 287. ſapientiam hauſit à Judæo p. 31. primus per Philoſophiam invenit ens aliquod abſtractum. Ibid. ad quem gradum pervenerit? p. 154. ſapientiæ humanæ ſe peritum dixit. p. 358.
Sol ejuſque effecta. p. 119. 121. 270. 289. variè recipitur in corporibus variis p. 289. quanto terrâ major. p. 226.
Solis motus circularis, cauſa multiplicationis rerum. p. 313.
Solitudo laudatur. p. 154 quibus conveniat. p. 153-156. quibus non? p. 155. quotuplex ſit? p. 154. 155.
Spes appropinquationis ad Deũ, ejuſque Angelos, fundamentum promiſſionis p. 65.
Sphæra ſuprema nullo loco circũſcripta. p. 80.

 de

de Sphæris opinio erronea. p.358. & 359.
Spiritus Dei incubans aquis. p.329
Spiritus S. quid ſit Judæis? p. 71. 80.213.217.311.312. 349.413. gradus eſt Prophetiâ inferior, ſecundum illos. p.213.217.
Splen, riſus organum. p.307.
Suffimentum purum ubi & quando Deo offerri poſſit? p.266.
Suillæ carnis eſus, leve peccatum. p.224.
Summum bonum ſecundum Philoſophos. p.296.
Superiora quam vim habeant in terreſtria? p.282.
Supputatio Judæorum ab Adamo, Setho, &c. & ſic uſque ad Noachum; cur non & ab aliis petita? p.50.
Synagogæ magnæ Viri qui? & quando inceperint. p.239.240. aliquot eorundem recenſentur. p.240.
Synedrii Aſſeſſoribus quid mandatum. p.126.127. quid ſcire debuerint illi? ibid. & 216. ab iis nunquam ablatam fuiſſe Prophetiam. p. ead.

T.

Templa Martyribus apud Chriſtianos ſacra. p.298.
Templi primi duratio. p.23.46. ejus & ſecundi mentio. p. 86. Templi ſecundi Viri, an legis periti? p. 234. Tertii mentio. p.61.
per Tenebras quid intelligatur, Gen.1.p.129.
Tephillin. p.171.
Termini perterrefaciunt Auditores. p.36. terræ Iſraëlis. p.84.
Terra aliqua num ab aliis differat certâ quadam qualitate? p.82.
Terra Canaan terra Prophetiæ. p. 50. medium & præſtantiſſimum climatis temperati. Ibid. Iſraëlitica eſt umbilicus telluris. p.94. in illâ animas congregari, hincque in cœlum aſſumi. p. 98.
Terræ Iſraëlis ſitus. p 88. prærogativæ. p.82. & ſeqq. Vnde eluceant? p. 93. 98. Sanctitas inhærens. p.384.
Threnodiarum ratio apud Judæos. p.421.
Tohu Vabohu quid? p. 312. 329.
Traditio oralis, & ſcripturaria. p.197. Punctorum. p.200. non ab uno accipienda, ſed pluribus. p.234.248.252. quos Authores habeat? p. 234. neceſſaria. p.200.
Traditiones conjungendas cum lege Rabbinorum. p.228. Orales pleraſque periiſſe. p. 237. Punctorum, accentuum, &c. neceſſarias eſſe p.200.
Traditionum infallibilitas. p.25. neceſſitas. p 200.202.221.
Traditionum Gemaræ, Miſchnicarum præſtantia. p.248.
Tzin. p.87.88. vel Sinæ, extremus orbis

orbis habitabilis locus. p. 89. malè ſtatuitur principium appellationis dierum.p.ead.
Tzinenſes.p.26.
Tzizis, quid? p.171.

V.

Vacuum non dari.p.226.
Varietas vitium unde? p. 305.310. Lectionum in Scripturâ.p.197.
Ventriculus ſomni organũ. p.307.
Verba cum duobus Kametz, aut duobus Patach.p.146.147.
Verba ore prolata præſtant ſcriptis.p.134.
Virtutes & vitia unde? p.178.
Vis formatrix, menſuratrix, proſeminatrix, ſoli Deo tribuenda. p.37.
Viſiones, & apparitiones, cur non fruſtraneæ? p.279. quotuplices. p.253.
Vita æterna.p.63.80.187.
Vita à nobis quomodo intelligatur? p.77. quo ſenſu Deo tribuatur? p.78. ex præcipuis Dei donis.p.153.
L. Vives.p.23.
Vituli confectio, & adoratio.p.54. 56. in quo formale peccati hujus conſtiterit? p.57. unde profluxerit? Ibid. Quale fuerit peccatum? p.58.
Vnitatis Dei teſtes, Mundus, Anima, Annus.p.305.
ab Vno multa provenire unde ſciamus? p.314-316.
Vnum quid ſit? p.78.
Vocales fundamentales quæ? p.151. propriæ, ſeptem Reges à Veteribus dictæ. p. 150. quomodo dividantur? p.151.
de Vocalibus Hebræis. p.146.147. &c.
Voluntas Dei aſſeritur. p. 80. 81. Æterna, immutabilis. p. 365. idem cum Verbo p. 81. num in Deum cadat? p.80. unde patuerit Abrahamo? p.316.
Voluptatis ſenſus perfectus in quibus.p.176.
Vtilitas omnis per ſe eſt à re divinâ. p.39.

Z.

Zabii qui? p.109.
Zachæi cujusdam mira ſanctitas. p.243.
Zelus ſuperſtitionis quare ferventior? p. 204. 205. ſimilitudine illuſtratur. Ibid.
Zin, ſeu Sinarum Regio, plagæ Orientalis ultima.p.44.

F I N I S.

EMEN-

EMENDANDA.

Pag. 9. *l.*21. *lege* eos. *p.*108.*l.*5.*lege*,infra.*p.* 112.*l.*5.*lege* Emorrhæis.*p* 119. *l.*13 *lege* גר. *p.*120.*pro* ביאור *lege* אור *p.*131.*l.*15.*lege*, ס .*p.*134.*l.*1. *lege*,ſuaviter. *lin.penult.poſt* rerum, *dele diſtinctionem.* *p.*236.*l.*15.*lege*, necesſitas. *p.*149.*l.*34.*lege*, hac. *p.*156.*l.*32.*lege*, Prophetarum. *p.*168.*l.*22.*lege*, adeſſe.*p.*170.*l.*6.*lege*, ipſi. *p.*197.*l.*20. *lege* παρερμηνεία. *p.* 208. *l.*12.*lege*, datum. *p.* 227.*l.* 22. *lege*, committitur. *p.*236. *lin.*15.*pro* potuimus,*lege*, poſuimus, *p.*237.*l.*32.*lege.Nehem.*8.*p.*250. *l.*29.*addendum* Coſri. *p.* 265. *l.*5.*lege*,Secunda. *p.*288.*l.*2.*lege*, Acroamaticorum. *p.*316.*l.*2.*lege*, conſentit.*p.*321.*l.*35.*lege* cruſta.*p.*324. *l.*21.*lege*, Dilaceratio.*p.*328.*l.*35.*lege*, Ariſtoteles.*p.*347.*l.*15.*lege*,Mathematicarum.*p.*356.*l.*26.*lege*, Illi.*p.*357. *l.*35. *lege*, Felicitatem.*p.*391.*l.*4.*lege*, Edomæi. *l.*24. Ægypto. *p.* 407. *l.*11.*lege*, Chronologica.*p.*409.*l.*15.*lege*,accommodare.

C. VIII. 664

196.

Digitized by Google

REGIA BIBLIOTECA DELL' UNIVERSITA' DI TORINO
G. VIII. 664